IO. ERNESTI FLOERCKII I. V. D.

COMMENTATIO

DE

CRIMINE CONIVRATIONIS SPIRITVVM

EIVS

PROCESSV ET POENIS

PRAEMISSIS NONNVLLIS

AD MAGIAM SVPERNATVRALEM
DIVINAM DAEMONIACAM ET HVMANAM
NEC NON THEVRGIAM CABBALAM ET THEOLOGIAM
MYSTICAM PERTINENTIBVS
OMNIBVS ET SINGVLIS E PRINCIPIIS
VERIS ET GENVINIS PHILOSOPHICIS ATQVE
IVRIDICIS NEC NON FONTIBVS HISTORICIS
DEDVCTIS

VNA CVM INDICE RERVM ET VERBORVM
NECESSARIO.

IENAE,
APVD IO. FELIC. BIELCKIVM.
M DCC XXI.

University
White
Library

~~7410 F 875~~
A. 5001. BK

ILLVSTRI VIRO
DOMINO
BVRCARDO GOTTHELFFIO STRVVIO

SERENISSIMORVM SAXONIAE DVCVM LINEAE ERNESTINAE CONSILIARIO ET HISTORICO, NEC NON SERENISSIMO MARGGRAVIO BRANDENBVRGICO CVLMBACENSI A CONSILIIS AVLICIS SPLENDIDIDISSIMO, ICTO, PROFESSORI IVRIVM ET HISTORIARVM PVPLICO, VT ET POLYHISTORI EXCELLENTISSIMO

PATRONO ET AVVNCVLO OMNI OBSERVANTIAE CVLTV VENERANDO

PERENNEM A DEO FELICITATEM!

MUltae ſunt, Vir Illuſtris, eaeque graues cauſſæ, quae, vt Nomini Tuo Excellentiſſimo leue hoc ingenii ac iudicii mei monumentum inſcriberem, me compulerunt. Tibi enim tanquam autori & ſuaſori huius ſcriptionis meae, eam, quam primum per modum diſputationis ſub Tuo praeſidio publice ventilare conſtitueram, nunc auctiorem omnino dedican-

dam consecrandamque existimavi, eo potissimum animo, vt aliquod animi mei grati ac in Te obseruantissimi publicum documentum extaret, non saltem ob nexum materni sanguinis, quo Tibi tanquam Parenti meo ob parentelam arctissime iungor; sed & pro tantis beneficiis atque indubitatis singularis Tuae in me propensionis & beneuolentiae signis argumentisque firmissimis, quae per aliquot annos in me abunde contulisti: Quo enim tempore Ienam accessi, labebatur autem tum annus a millesimo & septingentesimo decimus tertius, me tam beneuole & humaniter hospitio Tuo excepisti, tanquam filium per omne istud tempus fouisti; Ea quoque fortuna per integrum triennium & vltra, quo continua serie tum temporis Ienae commorabar, vsus sum, vt Te non tantum historiam, cum vniversalem, tum particu-

larem,

larem, Germaniae aliorumque Statuum Europae, nec non Politicam, Heraldicam, rem Nummariam, ſed & prudentiam Iuris Publici, Feudalis & Canonici illuſtrantem iteratris vicibus audiverim; Tua inſuper bibliotheca rariſſimis praeſtantiſſimisque omnis generis libris inſtructiſſima omni tempore mihi patebat, Tua conuerſatione & conſuetudine, doctiſſimis ſermonibus ſaluberrimisque conſiliis abundanti, quotidie mihi frui licuit, quæ quidem beneficia, licet maxima ſint, maiora tamen incrementa fauoris Tui & adfectus quaſi paterni in me collocati, coeperunt, vt in hiſce enumerandis magis verba, quam numerus eorum deſint: quae vt & virtutes, merita, honores, laudes famamque Tuam per omnem literarum orbem volitantem longe celebrare, neque Tua verecundia neque mea tenuitas permittit. Iure denique proprio hoc

 opuſcu-

opuſculum Tibi vindicas, cum multa in eo contineantur, quae partim ex Tuis diſcurſibus ſcriptisque, partim ex libris mihi abs Te libenter communicatis hauſerim; Accipe igitur eadem humanitate & benevolentia, qua me ſemper excepiſti, hoc qualecunque & quamuis tenue munuſculum in gratae deuotaeque mentis teſſeram, & mihi Tuum fauorem & beneuolentiam conſerua. Quod ſuper eſt, ſupplex precor Diuinum Numen, vt Te, Vir Illuſtris, Reipublicae ciuili pariter ac literariae, familiaeque ſplendidiſſimae, mihi quoque & bonis omnibus, rebus humanis diutiſſime intereſſe, & Te ſaluum ſemper & in columem cum Tua familia ad ſeram vsque aetatem conſeruare velit. Vale & favere perge

Vir illuſtris

Excellentiſſimi Nominis Tui

Cultori obſervantiſſimo

Io. ERNESTO FLOERCKE, D.

B. L.

AGitata est aliquot ab hinc annis ab ingeniis acutissimis controuersia: Vtrum Atheismus an superstitio sit peior? *a*) Nec minus controuersa est quaestio: vtrum Adaemonismus *b*), liceat hoc verbo vti, an vero superstitio sit deterior? seu vtrum doctrina de potentia Diaboli, quae in defectu, an vero illa, quae in excessu peccat, magis sit reprehendenda? Equidem media via incedere, atque in ea normam S. Scripturae, tanquam filum Ariadnaeum sequi, & in reliquis, vbi S. Scriptura silet, nihil certi affirmare, sed iudicium suspendere, neque in deuia aberrare tutis-

a) Hanc quaestionem pluribus tractauit BAYLE *pensées diuerses sur les Cométes* §. 133. p. 261. Item *Continuation des pensées* §. 70. p. 407. §. 118. p. 568. seqq. & *Reponse aux questions d' un Provincial* To. IV. c. XVII. XVIII. p. 258. Autor *des entretiens d' histoire & de religion* Entret. IV. p. 277. seqq. & BUDDEVS de *Atheismo & superstitione* c. IV. §. IV. & V.

b) A negatione diaboli non valere consequentiam ad negationem Dei ostendit BAYLE *dictionaire histor. & critiq.* voc. *Ruggeri* p. 989.

tutissimum esse arbitramur. Cum vero facile contingat, vt siquis neglecta S. Scripturae regula solummodo viribus naturalibus, & vel sua ratione, vel aliorum autoritatibus confidens, in hac materia scrutari velit, in alterutrum horum extremorum dilabatur. Nobis videtur asserendum, eos, qui Diabolo potentiam agendi in corpora, pacta cum hominibuc ineundi, eos laedendi, & talia similia denegant, non eadem censura dignos esse; quam qui diuinandi potestatem, faciendi miracula, nec non in rebus naturalibus liberam nec permissioni diuinae adstrictam agendi facultatem ipsi adscribunt: Illi enim, qui Diabolo minorem potentiam, quam quae per S. Scripturam manifestata est, tribuunt, etsi indirectè autoritati S. Scripturae derogant, & loca Scripturae talem Diaboli potentiam probantia alio seusu explicare contendunt, non tam grauiter peccant, quam isti, qui tantam potestatem ipsi assignant, quam sacra Scriptura soli Deo, tanquam propriam tribuit. Hinc dicendum videtur, quod Diaboli minimum potentiae adscribendum sit, quantum salua S. Scriptutae autoritate fieri potest, & quod in dubio, seu in iis casibus, in quibus quidem Diabolum aliquid posse certum sit, sed nondum constet, an etiam reuera hoc in casu subfuerit, potius iudicium suspendendum, quam determinatione alicuius sententiae periculo, se aliosque decipiendi, se committere. Ceterum haec quaestio mota maxime fuit occasione istius casus tragici *c*), qui vigiliis natalitiis ann. M DCC XV. in agro Ienensi contigit, vbi quidam studiosus, nomine Weber, cum duobus rusticis, cooperantibus aliis quibusdam personis conspirarunt ad euocandos spiritus, qui thesaurum in vicinia ingentem, auro & gemmis exsplendescentem,

c) Huius relatio publica Serenissimi Ducis, Domini territorialis, autoritate, ex actis publicis extracta prodiit ann. M DCC XVI. add. *c. IX. §. IX. p.* 519. vbi Responsum Lipsiense in hac causa subiectum est.

tem, vti putabant, detegerent, ſeque illius participes facerent: Et quidem ſpiritum Nathaelem cuſtodem huius theſauri eſſe virginis ſpecie comparentem credentes conſenſerunt in euocationem coniuratoriam Ochi, quem vocant, principis ſpirituum in ſole, cuius imperio Nathaelem ſubeſſe ſomniant; Quo notandum, quod ipſe Weberus in cuſtodia detentus, profeſſus eſt, ſe non niſi boni alicuius ſpiritus ope vti voluiſſe, quam ob rem etiam aduerſus malignos ſe muniuerit precibus, veluti oratione Dominica, quam recitarunt, tum amuletis quibusdam, quae conſortibus dederit eo fine, ſicut & nomen Tetragrammaton ſuper liminaribus aediculae, vbi conuenerunt, inſcripſerit. Verum euentus huius coniurationis ſpirituum non ſolum vanus, ſed & maxime triſtis iſtis temerariis hominibus fuit, cum duo ruſtici miſere perierint, vnus vero Weberus nomine ſtudioſus ſemiuiuus ſuperſtes manſerit: Licet grauem admodum ſanitatis iacturam, quae vix longo poſt tempore reparari potuit, paſſus ſit. Poſtquam enim alter theſauripeta Gesnerus, conſuetas coniurandi formulas ex promta memoria recitauerat Weberusque ſtudioſus easdem ex Fauſti, quem poſſidebat, libro, altera vice repetere coeperat, in ectaſin quaſi abreptus oculorumque hebetudine ſuperueniente impeditus, propoſitum plene exequi non potuit: cumque ſopor ipſum obrueret, caput in menſam inclinare coactus eſt; qui ſopor profundus tamdiu urſit hominem, donec poſtridie ſub veſperam feriae primae natalitiae ab aduentante contubernali difficulter admodum excitaretur, inque diuerſorium proximum deinceps deferreretur. Haec omnia dum obtigere Webero, reliqui duo ruſtici erecti adhuc & validi ad menſam conſediſſe dicuntur. Vtrum vero paulo poſt actum coniuratorium, qui vix horae ſpatium durauit, morte fuerint oppreſſi, an media demum nocte animam infelicem efflauerint, in actis non exprimitur; Id ſaltem ea teſtantur, quod poſtridie, vbi vineae poſſeſſor, ſceleris conſcius,

cum Weberi contubernali thesaurarios inuisere e re sua fore consueuerat, extincti horrendo ac toruo vultu reperti fuerint. Licet quidem destituti sufficientibus rationibus nihil certi affirmare possimus, vtrum Diabolo, an vero causis naturalibus, vel an vtrisque feralis ipse euentus tribui debeat? hoc tamen omnino asserendum, non solum casum fortuitum, sed iustissimum Dei iudium hic subfuisse, qui tales facinorosos hoc modo punire voluit: Quomodo vero perierint, illud naturalium rerum indagatoribus disquirendum relinquentes, hic non examinabimus. Tragicus tamen ille casus occasionem mihi praebuit disquirendi, qua poena eiusmodi facinorosi digni sint: *d)* Non deerant tunc temporis, qui eos excusabant, existimantes laudabile esse commercium cum angelis quaerere, & quod istorum hominum intentio talis fuerit, hoc constare ex illorum piis orationibus precibusque & ceremoniis non malis, sed potius laudabilibus; neque etiam intentionem thesauros inueniendi malam, sed indifferentem, quin bonam esse, siquis iis non abutatur; Hinc eos ab omni poena absoluebant, & si puniendi essent, eos non aliam ob causam poenam mereri censebant, quam quod per omissionem rituum, qui in tali actu obseruari deberent, contra leges ab huiusmodi Magistris praescriptas peccassent, sibique tale periculum vel damnum, quod ipsis loco poenae esset, attraxissent. Cum his existentiam Daemonum, vel saltem eorum commer-

d) Scripsit hac occasione DAVID RICHTER quatuor dissertationes philosophicas de *conciliatione spirituum Ienae 1716.* & paulo post eodem anno IO. ANDR. RINNEBERG sub praesidio FOERTSCHIANO habuit dissert. *Theolog. de pactis lamiarum cum Diabolo circa abditos in terra thesauros effodiendos, & acquirendos*, qui vtrique vanitatem & impietatem huius actus bene demonstrarunt: Me tamen in hoc opusculo non actum egisse, facile ex inspectione & collatione eorum patet; Inprimis cum meus scopus ab illorum longe diuersus fuerit.

commercium cum hominibus plane negantes in eo conueniebant, quod eiusmodi homines a crimine abſoluendos, vel ſi puniendi eſſent, non propter aliam rationem, quam propter ſuam ſtultitiam, hac in re commiſſam coërcendos eſſe ſtatuerent: Alii e contra eos tanquam pernitioſiſſimos Magos, humani generis hoſtes, & Diaboli mancipia deuouebant, & ad ignem tradendos clamabant. Ego valde dubius in quam ſententiam tranſirem, hac de re ſerio cogitare coepi; euolui multos nouiſſimos & antiquos rerum criminalium Scriptores, ſed nihil ſpecialiter de tali caſu tractatum vel elaboratum inueni; non tamen propterea animum abieci, ſed eo auidius inquirere inſtitui; Cum autem bene animaduerterem, nihil ſolidi hac in re aſſeri poſſe, niſi ipſum factum cum omnibus circumſtantiis bene inueſtigaretur; hac de cauſa imprimis libros theurgicos nec non alia huc facientia ſcripta conſulebam: Silentio hic praeterire non poſſum ſingularem humanitatem & beneuolentiam Excellent. Dni. Struvii, nec non ſumme reuerendorum & doctiſſimorum virorum Dni. Io. Ioſeph. Winckleri Theologi Celeberrimi, Eccleſiae Cathedralis Magdeb. Paſtoris, Inſpectoris Circuli Sylv. & Conſil. Conſiſt. regii, & Dni. Iac. Frid. Reimanni Praeſulis apud Hildeſienſes grauiſſimi, nec non Dni. Simon. Io. Arnoldi S. S. Theologiae Doctoris ad D. Vlrici, apud Magdeburgenſes antiſtitis meritiſſimi, in communicandis & ſuppeditandis libris rariſſimis & huc maxime ſpectantibus: Atque ſic deprehendi huius generis homines, qui ſpiritus ſibi conciliare nituntur, non ex mala intentione, ſeu ex malitia & dolo, ſed ex ſimplicitate & perſuaſione alicuius boni ſeu ſaltem liciti frequentius peccare; Adeoque contra hos caute procedendum, neque eos in totum abſoluendos, neque etiam ſine discrimine ad vltimum ſupplicium damnandos eſſe ratus ſum. Fuerunt quidem meæ cogitationes, quod hæc tractatio conciſa diſſertatione publicae diſquiſitioni ſubmittenda intra breue tempus abſolui poſſet: At

progressu operis deprehendi tractationem hanc ob argumenti grauitatem variasque difficultates intra angustos cancellos coarctari non posse. Accedebat quod aliis studiis principalibus distentus necnon variis causis impeditus non antea, quam in praesentiarum opusculum publice exhibere potuerim; licet fateri cogar, me in eo conficiendo non parum temporis consumsisse, hae tamen remorae mihi iam non ingratae fuerunt, quod interuallo illius temporis multa supplere potuerim. Non tamen negare possum, nonnulla in prioribus pagellis, quae iam ante aliquot annos typis mandatae sunt, extare, quae, si iam liceret, mutarem; sed cum hoc amplius praestari non possit, id alteri correctiori & locupletiori editioni reseruabo; sicut & confiteor, non omnia, quae in vltimo capite proposui, satis esse exhausta, prout argumentum & intentio mea requirebat, sed caussa eius fuit, quod, nescio quo fato, theses iam elaboratas amiserim, ita vt propter festinationem typographi & instantes nundinas mihi non licuerit, eas in integrum restituere, sed saltem ex schedis mancis, quantum possibile fuit, supplere & in ordinem aliqualem redigere necesse habuerim; Interim hoc qualecunque opusculum non omnino inutile & ingratum fore spero, cum omnia ex veris atque genuinis principiis iuridicis & philosophicis nec non historicis deducere & illustrare summo studio annisus sim. Vsus sum in eo methodo arbitraria, quam rationi magis consentaneam iudicaui. Aliorum opiniones & autoritatem non temere secutus sed rationem & veritatem magis ob oculos habui, quare nemo, vt confido, mihi vitio vertet, quod nonnunquam ab aliorum opinionibus secessum fecerim; non enim hoc factum ex pruritu quodam seu animo nouandi, sed ob veritatem inuestigandam, & quidem summa cum modestia, nec sine ratione, sicut nec aliquem inuitum in meam sententiam trahere cupio, quin potius alium melius monstrantem libenter se-

quar:

quar: modo eadem ſinceritate & modeſtia in me vtatur. Superba in citandis autoribus encomia alias adiici, ſolita conſulto omiſi, non quidem ex vilipendentia tantorum virorum, quos ſumma animi obſeruantia veneror, ſed ne in hac tractatione prolixior eſſem, & quod magnorum virorum nomina & merita ſine mea praedicatione eruditis ſatis ſint cognita. Saepe autorum a me allegatorum ipſiſſimis verbis ponderoſis & non facile in compendium redigendis libenter vſus ſum, vt eo magis veritas aſſerti, cuius gratia ſunt retenta, etiam ex aliorum autoritate conſtaret. In allegandis locis Platonis, Plutarchi, Iamblichi, Iuliani, Maximi Tyrii, aliorumque Scriptorum Graecorum, in gratiam plurium vſus ſum, non ipſo textu authentico, ſed verſione latina; vtrumque vero textum huic operi inſerere nimis prolixum, quin & ſuperfluum eſſe duxi, inprimis cum optimas & probatiſſimas verſiones adhibuerim. Non facile autores allegaui, quos non ipſe perlegi, aut quorum contenta ex actis literariis non perſpexi. Indicem quoque rerum & verborum, in quo adornando frater meus dilectiſſimus ſedulam nauauit operam adieci; inprimis cum multa vtilia nec iniucunda non ſolum ex iure, ſed & ex philoſophia, nec non hiſtoria ciuili, eccleſiaſtica & literaria paſſim diſperſa in hoc tractatu reperiantur. Caeterum errores B. L. qui fortaſſe irrepſerunt, cum, quod MS. ab aliis deſcribi curaui, & ipſi correctioni intereſſe non potui, tum, ob argumenti tractati difficultatem & humanae naturae fragilitatem pro humanitate tua beneuole condonare velis. Nihil autem vt ſpero dictum erit contra S. S. fidem, vel rectam rationem vel Leges publicas: aut ſi quid his diſſentaneum forte irrepſerit, illud nec ſcriptum eſto.

CONSPECTVS CAPITVM ET PARAGRAPHORVM.

CAP. I.

DE SPIRITIBVS IN GENERE EORVMQVE DIVISIONE.

Homonymia spiritus §. I p. 1. divisio in creatum & increatum, in completum & incompletum. II 3.

De Deo, III. 4. de angelis, IV. 5. de anima: eorumque existentia & essentia, V. 7. magiae diuisione. VI. 8.

CAP. II.

DE MAGIA IN GENERE ET SVPERNATVRALI IN SPECIE.

Magiae etymologia & homonymia, I 9. diuisio in supernaturalem & naturalem, II. 12. supernaturalis quid? III. 12. eius obiectum Prophetiae & miracula, IV. 13. Prophetiarum genera. V. 14. miraculum quid? VI. 15. Fiunt a solo Deo res supernaturales, VII, 17. subiectum sunt magi supernaturales, VIII. 21. an magia supernaturalis adhuc hodie supersit. IX 29.

CAP. III.

DE MAGIA NATVRALI IN GENERE ET DE DIVINA IN SPECIE.

Magia naturalis quid, eiusque diuisio in diuinam, daemoniacam & humanam, I. 30. diuina quid? II. 37. an adhuc hodie detur. III. 42.

CAP. IV.

DE MAGIA DAEMONIACA.

Magia daemoniaca quid, I. 44. eius diuisio, II. 45. eius obiectum sunt res naturales, III. 49. acquiritur a daemone, IV. 58. ex permisfione Dei, V. 60. eius subiectum est homo pactum expressum vel tacitum cum daemone habens, VI. 62. Finis eius, VII. 69. an detur magia daemoniaca, VIII. 71.

CAP. V.

DE MAGIA HVMANA.

Magia humana quid & quotuplex sit, I. 77.

CAP. VI.

DE MAGIA CEREMONIALI ET THEVRGIA IN SPECIE.

Magiae ceremonialis origo a cultu spirituum bonorum & malorum, I. 84. qui per traditionem de duobus naturae principiis bono & malo creuit, II. 89. vnde magiae ceremonialis diuisio in Goetiam & Theurgiam, III. 96. Goetia quid, IV. 97. Theurgiae origo ex ethnicismo, iudaismo, & enthusiasmo, V. 98. prima origo petenda a Chaldaeis autore Zoroastre, VI 99.

dein

dein a Persis institutore Zarade, VII. 100. ab Aegyptiis autore Hermete Trismegisto, VIII. 103. ab Aegyptiis eam acceperunt Graeci, autoribus Orpheo, Pythagora & Platone, IX. 109. Eam magis excoluerunt & in formam artis redegerunt Plotinus, Porphyrius, & Iamblichus, X 115. quos secuti Iulianus apostata, Proclus, Syrianus, Aedesius &c XI. 121. Alter Theurgiae fons est Iudaeorum Cabbala, eius origo & diuisio, XII. 127. Tertius fons est Theosophia seu Theologia mystica, eius origo & dogmata, XIII. 134. Exempla Theurgorum, 142. Theurgia quid, eius Synonima, causa & origo, XIV. 153. eius dogmata de Deo, & spiritibus eorumque diuisione & natura, XV. 161. eius ritus seu Teletae, XVI. 172. consistunt (a) *in animae purgatione, vbi eius dogmata de anima, eius partibus, origine, descensu, ascensu, variis purgationibus, 190. seq.* (a) *in sacrificiis, quorum varia genera, 216. Theurgia finis, effectus, XVII. 126. artis Theurgicae refutatio, 237. vbi de libris magicis. 240.*

CAP. VII.

DE CRIMINE CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

Theurgiae operatio est coniurattio spirituum, huic causam dedit doctrina de genius tutelaribus, §. *I. 249 duplex est vel genethlialogica vel Theurgica, II. 272. Coniuratio spirituum quid, III. 274. subiectum eius sunt coniuratores, ad eorum dignificationem requirunt perfectam peritiam, religiosam pietatem, puritatem animi & corporis, castimoniam, ieiunia, taciturnitatem &c. IV. 282. haec omnia tanquam falsa, hypocrita, superstitiosa & impia refutantur, 291. Spirituum qui in hoc actu eliciantur diuisio, eorum inuocatio & cultus, V. 294. vtrumque vtpote S. Scripturae & rectae rationi contrarium reiicitur, 302. Vincula spiritus coniurandi triplicia ponunt, nempe ex mundo intellectuali, elementari & coelesti, VI. 310. quod tamen tanquam absurdum & impium refutatur. 315. Primum vinculum consistit in certis precibus, nominibus Dei, angelorum, sacris verbis hebraicis, characteribus, signis crucis aliisque signis, VII. 320. quae omnia vt nullius momenti nefaria & blasphema damnantur. 331. Alterum desumtum ex mundo elementali, & quidem regno animali vegetabili & minerali, consistit in certis animalibus, herbis, plantis radicibus, metallis, lapidibus, gemmis, annulis, sigillis, amuletis suffumigationibus &c. VIII 340. qua omnia vt falsa, superstitiosa & impia reprobantur. 348. Tertium vinculum ex mundo coelesti petitum constans in peculiaris constellationis, seu coeli adspectus, dierum, horarum, loci, aliarumque circumstantiarum obseruatione, IX. 359. quod pariter vt falsum & superstitio-*

stitiosum refutatur. 363. Finis huius operationis dicitur epiphania seu apparitio spirituum, quam multifariam esse volunt, & ex quorum praesentia fortunata & stupenda sibi promittunt X. 364. Quod refutatur 372. Coniuratio spirituum in genere vt operatio vana, periculosa & impia reiicitur, XI. 375. & crimen laesae maiestatis habetur, quod in specie idololatrico-Magicum dicitur. p. 383.

CAP. VIII.

DE PROCESSV CRIMINIS CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

Connexio, §. I. 393. Forum seu iudicium, competens huius criminis vulgo dicitur ecclesiasticum, i. e. episcoporum & inquisitorum, II. 394. sed iurisdictio ecclesiastica vt rectae rationi, S. Scripturae & legibus humanis reiicitur, & hoc crimen fori secularis esse probatur. III. 401. Processus criminalis in ordinarium & extraordinarium dividitur, illeque in criminibus exceptis, inter quae sortilegium & quaelibet magiae species refertur, obtinere debere dicitur, III. 409. sed distinctio in crimina excepta & non excepta confutatur, & processum ordinarium in hoc crimine locum habere debere probatur, 412. nec non abusus processus in hoc crimine demonstratur. 417. Duplex est procedendi modus in hoc crimine, accusatorius, IV. 421. & inquisitorius, vbi de eius origine in specie in crimine magiae, V. 425. In hoc processu requiruntur indicia, quae sunt triplicia, VI. 436. alia ad inquisitionem, VII. 440. alia ad capturam, IX. 458. ad condemnationem vero non sufficiunt indicia, sed requiruntur probationes, X. 466.

CAP. IX.

DE POENIS CRIMINIS CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

Pro diuersitate criminis magiae & coniurationis spirituum diuersa sunt poenarum genera, I. 474. quae poenae iure diuino, II. 477. iure Persarum, Graecorum & Romanorum. III. 480. Legibus Imperatorum Christianorum, IV. 488. Wisigothorum, Saliorum, Ripuariorum, Longobardorum & Francorum. V. 496. Iure Canonico tam antiquo quam nouo Pontificio VI. Constitutione criminali Caroli V, VII. 508. Iure Saxonico Electorali, VIII. 512. qua poena in specie coniuratores spirituum hodie afficiendi nostra sententia. IX. 514.

(o)

CAPUT I.

DE SPIRITIBUS IN GENERE EORUMQUE DIVISIONE.

§. I.

Spiritus vox varie accipitur *) cuius tamen diuersa significatio potissimum ad duplicem respectum Physicae nempe & Pneumatologiae reduci potest. Hic

A

*) Latissima vocis Spiritus significatio est, quae denotat animam mundi, quem spiritum huius vniuersi vocant, hunc HENRICUS CORNELIUS AGRIPPA de *occulta Philosophia Lib. I. C. XIV. p.* 33. ita describit: *Medium autem tale fingunt esse Spiritum mundi, scil. quem dicimus essentiam quintam, quia non ex quatuor elementis, sed quoddam quintum super illa aut praeter illa subsistit.* Et paulo post: *Per hunc itaque Spiritum omnis occulta proprietas propagatur, in herbas, lapides & metalla & in animantia per solem, per lunam, per Planetas, perque stellas Planetis sublimiores. Potest autem hic Spiritus nobis prodesse magis, si quis illum sciuerit ab aliis elementis plurimum segregare; Quare Alchymistae nituntur eum spiritum ex metallis secernere vt aurum conficiant.* Nec ab hac sententia, quod praeter Deum sit spiritus mundi ex aëre & luce commixtus abhorrent IO. MARCUS MARCI *Phi-*

Hic **) nomine Spiritus intelligimus omnia entia intellectu & volun-

---

losoph. veter. restitut. P. I. Sect. VII. p. 54. FRANCISCVS GEORGIVS VENETI in *Harmonia Mundi Cant. III. Ton. V. c. II.* IORDANVS BRVNVS de *Monade, numero & figura*, in libro *de vniuerso & Mundis*, & CHRISTIANVS THOMASIVS. *im Versuch vom VVesen des Geistes C. V. Thes. IX. sqq.* Quin *C. III.* & *IV.* omnibus rebus spiritum quem pro vna qualibet potentia siue virtute agendi, quam alii formam appellant, accipit, inesse putat: *Dass eine iede Krafft etwas zu thun Geist sey, in einem Verstand genommen: und dass eine solche Krafft ein selbstständiges Wesen sey; und dass alle sogenannte Geister einerley Natur seyn, überhaupt davon zu reden,* add. REALIS de VIENNA *Responsum Philosoph. ad Christ. Thomasii quaestion. de definitione substantiae*, & HENRICI MORI *Enchiridion Metaphysicum*, ex quo refert DANIEL GEORG MORHOF. *Polyhist. T. II. L. II. c. II. p. 241. illud immobile a materia mobili distinguit atque adeo putat rem esse spiritualem si non ipsum Deum.* vid. IAC. FRIDER. REIMMANNI *Introduct. in histor. literar. P. III. L. II. Sect. III. qu. 19. p. 42.* Originem huius sententiae optime exponit IO. FRANCISC. BVDDEVS *Instit. Philosoph. Theoret. P. IV. c. VI. §. XL. p. 304. Nonnulli ex veteribus, vt Stoici, ipsum Deum pro anima mundi venditabant, Deum cum natura confundentes, nec alieni adeo, ab illa impietate, quam Benedictus Spinoza iterum in lucem produxit. Alii autem, vt Platonici, substantiam quandam a Deo distinctam fungi hoc officio contendebant. Inter illos autem, qui christiana doctrina imbuti sunt, quidam ipsum Spiritum S., pro spiritu naturae habent, cum alii distinctam rursus a diuina essentia substantiam hoc nomine designent.* Nec eos de *principio hylarchico, archaeo*, similibusque verba facientes, vel omnibus rebus sensum affingentes ab hac hypothesi longe discedere, sed eodem redire, vt spiritum seu animam mundi admittant §. *XXXVII. p. 316.* commendat.

**) Cum IO. CLERICO in *Pneumatologia Praef.* §. I.

voluntate praedita, ***) quaeque Pneumaticae considerationis sunt.

§. II.

Vt plurimum quidem huius Philosophiae spiritualis Doctores diuidunt spiritus in completum & incompletum, illumque in increatum, quem Deum dicunt & creatum, quem angelum nominant, incompletum animam; cum vero angeli cum Deo in oppositione ad hominem minus recte componi videantur; *) nobis placet Spiritus diuidere in increatum, quem Deum nominamus, & creatum, huncque iterum in completum & incompletum, illum spiritum in specie ita dictum bonumque vel malum, nunc vero animam vocamus.

§. III.

Increatus vero ille spiritus est Deus. *) Dei nomine venit

 ens

***) Et quidem in excellentia cum alias vtrumque intellectum & voluntatem etiam brutis & aliis rebus tribuat THOMASIVS *c. l. C. VII. Thes. 27. p. 152. Dass den allgemeinen Welt-Geist oder dem Geist aller Körper ein Verstand und Wille zukomme;* adde Eundem in *confessione* suae *doctrinae* §. 174. & in *scripto contra Hoffmannum antith. 38.* & 40. HENR. MORUM in *praefat. general. Opp. T. II. p. 8.* Spiritum autem naturae describit de *immortalitate animae c. XII. Opp. Tom. II. p. 430.* Sicut & iam THOMAS CAMPANELLA Lib. *de sensu rerum*, omnibus rebus sensum adscribens non obscure in hanc sententiam inclinare videtur.

*) Optime meam sententiam confirmat BENEDICTUS PERERIUS *L. I. Phys. C. VII. p. 27.* dicens: *Maior est distantia & diuersitas inter Deum & intelligentias, quam inter has & res naturales, siquidem maior est distantia inter finitum & infinitum, quam inter duo finita.* Adde IAC. THOMASIUM in *Origin. Histor. Philosoph. & Ecclesiast. §. XIX. Lit. D. p. 24.* vbi notat, male de Deo & Angelis agi in eadem scientia, cum Christianorum Philosophia scientiam de Angelis a Theologia naturali diuellere deberet.

*) IO. FRANC. BUDDEUS *Element. Philosoph. Pract. P. II. C. IV. Sect. II. §. V. p. 254. Entium sunt duae Classes, quarum vna cor-*

ens omnium perfectissimum, quod reliquorum entium omnium causa est; Paucis: Deus est spiritus independens. **) Deum existere non tantum a posteriori constare, sed & a priori per notitiam innatam omniumque cordibus inscriptam, sunt qui asserunt. ***) Verum licet Idea Dei haud ingenita sit, tamen in rerum ordine, causisque contemplandis etiam citra aliorum communicationem ad Dei cognitionem duci possumus; Sine istiusmodi enim primigeniis impressionibus & consignatis in mente Ideis, satis hominibus diuina bonitas in eo prospexit, quod facultates iis tribuerit, satis ad omnia investiganda efficaces, quae illorum naturae accommodata sunt. ****) Eius vero essentia non-

pora, altera spiritus complectitur. Ad priorem Deum referri non posse ex eo intelligitur, quia spiritus perfectior est corpore: Imperfectius autem Deo tribuere absonum est. Spiritus est substantia cogitans. h. e. intelligens & volens: ergo & Deo intellectus & voluntas sed modo longe perfectiori tribuitur.

**) IDEM *Theolog. Moral. Part. II. C. III. Sect. I. §. VI.*

***) IDEM *Instit. Philosoph. Eclect. Tom. II. Part. VI. C. III. p. 357.* & in *Theologia morali cit. loc. in Notis.*

****) Sunt verba IO. LOCKII de *intellectu humano L. I. C. IV. §. XI.* ex Anglica lingua in latinam translata; *quem existere adeo certum est, ac anguli oppositi duarum linearum rectarum intersectione facta.* IDEM *cit. loc. §. XVI.* IAC. PIGNATELLVS *Nouissimis Consult. Canon. Tom. I. Consult. XXVIII. p. 38.* Dei existentiam, sed saltem a posteriori demonstrat, dicens: *Fatendum est non quidem a priori, quia Dei essentia nullam habet causam & rei natura nec verbis explicari, nec animo vel intellectu comprehendi potest* & pag. 41. *Ita enim per demonstrationem a posteriori ex Creaturis tanquam ex effectibus distincte ac euidenter probari potest existentia Dei ut tamen quidditas eius aut essentia nisi valde imperfecte & sub confusa quadam ratione cognosci possit.* Cui sententiae adstipulantur IOANNES CLERICVS *Pneumatol. Sect. III. C. II, §. III* & CHRISTIAN. THOMASIVS in *Cautelis circa Praecognit. Jurisprud. CXIX. Cautela XLV.* Nobis distinguendum inter assen-

nonnisi imperfecte nobis patet, quae & sacris literis saltem sub imaginibus est reuelata. *****)

§. IV.

A Spiritu increato progredimur ad creatos & quidem primum ad Angelos; Eos dari infallibiliter ex sacro Codice clarum est, ex lumine vero naturae eorum existentia non est demonstrabilis, licet aliquo modo a posteriori illa colligi possit; *) Omis-

sum & ideam existentiae Numinis, illius facultatem homini esse innatam, non vero hanc; Hoc meo iudicio innuere videtur Paulus ad *Roman. I. 19. & 20. Quia quod notum est Dei*, (i. e. quantum de Deo cognosci potest, id notum est inter illos, ANDR. OSIANDER ad *h. l.*) *manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit: Inuisibilia enim ipsius a creatura, e creatione mundi, per ea, quae facta sunt intellecta, conspiciuntur: Sempiterna quoque eius virtus, potentia & diuinitas: ita ut non sint inexcusabiles.* Adde infra C. II. §. 11. not. 1.

*****) CHRIST. THOMASIVS *Institut. Jurisprud. diuin. C. III. §. XLIX. p. m. 102. quid vero sit Deus, id equidem perfecte cognoscere intellectus noster non potest, etiam si accedat lumen revelationis, ob infinitam distantiam essentiae humanae a diuina; tantum abest vt solum rationis lumen mysteria ista capere queat.* Jungatur IDEM *in Cautelis circa Praecog. Jurisprud. C. XII. Cautel. 20.* & IOANNES FRANCISCVS BVDDEVS *in Instit. Philosophiae Tom. II. P. VI. C. IV. §. 1. p. 367. sqq.* LOUIS ELLIES DV PIN *Bibliotheque des auteurs ecclesiast. Tom. III. p. 467. L' Ecriture Ste. s' est accommodée à la foiblesse des Hommes en attribuant quelque fois à Dieu des termes qui ne conviennent proprement qu' à des corps, où à des Esprits imparfaits, & elle s' est rarement seruie des Noms qui ne conuiennent qu' a Dieu, parce qu' il est tres-difficile de connoitre parfaitement en cette vie la substence & l' Essence de la Nature diuine.*

*) HECT. GOTHOFR. MASIVS de *existentia Daemon. C. II. §. V. nam a priori, inquit, ne angelos quidem in genere natura demonstrare potest, cum sint liberae voluntatis diuinae opus, multo minus*

Omissa diversarum tam veterum quam recentiorum Philosophorum circa Spirituum essentiam opinionum recensione nostram de illorum Natura sententiam breuibus exponemus: Absoluitur Natura Spirituum facultate intelligendi & volendi, illa se exserit circa res, eas non ope sensuum sed solo intuitu percipiendo, cum praesentes, tum praeteritas, nec non futuras scil. quatenus earum causae sunt necessariae, non vero circa res futuras contingentes nisi probabili coniectura: quod tanto verosimilius nobis quanto & naturae praestantis tanquam Spiritus liberi acumine, & quia sunt immortales plurimorum seculorum memoria & experientia praecellunt: Haec scil. voluntas cum potentia exequendi se exserit in praestando erga Deum hominesque (inque hoc vel interne vel externe) ministerio bono vel malo, illo ex Dei mandato, hoc ex eius permissione proveniente. **)

§. V.

Daemones siue angelos malos, quos existere necessum non est &c. *Probabiliter vero ab effectu colligis eorum existentiam. Sunt enim nonnullae operationes, quae nec Deo, nec hominibus tribui possunt, ergo tertio cuidam enti, quod propter actiones malas malum, & propter agendi subtilitatem Spiritus sit.* Daemonis existere probationem a variis spectrorum generibus, ab effectu Daemonis in Magis & Veneficis, ab obsessis, oraculis & a certo genere somniorum sumit IDEM *cit. loc.* quibus IACOB. PIGNATELLVS in *Consultationibus nouissimis Tom. I. Consult. XXXII. p. 63.* ab ostentis & prodigiis desumptam addit; & quanquam hi enarrati effectus vel Deo, vel animabus separatis, vel Phantasiae adscribi possunt, tamen multo probabilius imo cum certitudine quadam morali spiritibus certis eos tribui IDEM *p. 65.* & *66.* latius demonstrat.

**) Hanc sententiam sacrae scripturae, rectae rationi, assensui prudentum & experientiae quam maxime conuenire, probare hic iam supersedeo, facile tamen ex istarum comparatione imprimis animae nostrae, cuius facultates nobis paulo perspectiores, eius veritas patebit, sicut & inferius passim illa demonstrabitur, latiusque deducetur.

§. V.

Nunc conſideranda eſt anima ſiue mens noſtra *) ſiue id quod nobis ineſt; Cum anima ſit ſubſtantia cogitandi facultate praedita, **) eo ipſo quoque dum cogitamus, exiſtentiam huius rei cogitantis affirmare poſſumus; ***) Mentis huius facultates duae ſunt principes, Intellectus & Voluntas, illi percipiendi, iudicandi, facultas recte tribuitur, nec haec variis ſuis operationibus eſt deſtituta. ****)

§. VI.

---

*) Nonnulli mentem, quam etiam ſpiritum vocant, & animam tanquam diuerſas partes eſſentiales in homine ſtatuunt. Urgent in primis Canticum Mariae Virginis *Luc. I. 46. 47.* Reſp. anima & Spiritus in Cantico ſunt Synonyma, & repetitio fit emphaſeos cauſa (2) *1. Theſſ. V. 2. 3.* Reſp. Apoſtolus non loquitur de homine tantum eſſentialiter ſpectato, ſed de homine converſo & per Spiritum intelligit dona Spiritualia, videri poteſt ALB. CHRIST. ROTHE in *Antropologia Thomas, C. I. §. I.* & AND. OSIANDER ad *h. l.* Nec re ipſa diſſentiunt, cum media illa pars hominis ad ipſum corpus referri poſſit, & Spiritus animales, licet ſubtiliſſimi, ad corpus tamen pertineant.

**) IOAN. CLERICVS *Pneumatol. Sect. I. C. I. §. 10.*

***) IDEM *cit. loc. §. 9.* Animae exiſtentiam inter alios imprimis demonſtrauit RICHARD BENTLEY in *Refut. Atheiſmi Orat. II.* Quam tamen nonniſi a poſteriori conſtare demonſtrat CHRIST. AVGVST. SALIG. *Diſſert.* de *Philoſophum. Philoſophorum de Anima Proem. p. 5. Haec euidenter monſtrant omnem animae noſtrae notitiam non a priori, ſed a poſteriori, h. e. ex animae actionibus directis ac reflexis ex uſu ſenſuum, converſatione ſociali, facultate eliciendi, actus intellectus & voluntatis nobismet innoteſcere.*

****) BVDDEVS *Theol. moral. P. I. C. I. Sect. II. §. 1. ſqq.* & *Sect. VI. §. 2.* in *notis.* Hae ſunt operationes purae, quae ſi non per lapſum eſſent deprauatae angelorum eſſent ſimillimae, vnde quilibet debet niti, vt eas cum quoad facultates naturales, tum ſpirituales in integrum reſtituat; Aliae ſunt operationes mentis mixtae, quae ſine corpore non poſſunt peragi, licet quoque

§. VI.

His itaque recensitis Spiritibus acquiritur scientia: & quidem vel a Spiritu increato: & dici potest Magia supernaturalis; vel a creato: & dici debet naturalis, quae iterum pro diuersitate suae originis, Spiritus scilicet boni, vel mali, vel denique animae, in Magiam Diuinam, Daemoniacam & Humanam diuidi potest; & quanquam omne id quod scimus, habeamus a Deo, & ita quoque Magiam naturalem, *) habemus tamen diuerso modo, sic supernaturalem immediate a Deo, naturalem vero mediantibus spiritibus pro ratione suae voluntatis, vel mandantis,

---

hae malae corrigendae sint, tamen non eo anniti debemus, vt cum Philosophis Stoicis, vel hodiernis Enthusiastis, eos plane exstirpemus, ac si anima quasi extra corpus per mortem philosophicam transiret, vid. IAC. THOMASIVM in *Origin. Philosoph. Gentil.* §. XXI. *Lit. F. p. 26.* qui ea de causa Platonicos increpat, quod haec doctrina ludibriis malignorum spirituum sit opportunissima.

*) IAC. PIGNATELLVS in *Consult. Nouiss. Canon. Consult. IX. p. 9. Principio sciendum omnium scientiarum dogmata ab aeterno lumine totius veritatis lucidissimo fonte promanare, ideoque ratione primae Originis ex Deo esse. Sed licet omnis scientia & doctrina in ista prima Origine conueniat, tamen in modo positionis differt, & ex huiusmodi positionis diuersitate discrimen omne sortitur. Nam scientia quae lumine naturae simplici rationis intuitu, absque ullo discursu de principiis scientiarum naturalium & axiomatum, ex eis proxime fluentium habetur, cognitio naturalis dicitur. Quae vero per deductionem, discursum & per modum illationis obtinetur, acquisita & humana scientia est, licet etiam naturalis ex parte obiecti vocetur. Quae autem scientia nec vi naturae, solo videlicet rationis intuitu simplici nec per discursum, sed per diuinam reuelationem siue per dispositionem Dei specialem proxime habetur, non scientia, sed fides nuncupatur, & cognitione non humana sed diuina. Quia non per modum naturae, neque disciplinae humanae generatur, sed auctoritati Dei innititur, qui per se immediate, vel per ecclesiam docet.*

dantis, ut eſt in magia diuina, vel concedentis ut in daemoniaca & humana inque his immediatum Dei concurſum cum Carteſianis haud ſtatuere debemus, **)

CAPVT II.

DE MAGIA IN GENERE ET SVPERNATVRALI IN SPECIE

§. I.

Magiae vocis deriuatio dubia eſt; *) Magi, licet nomine demum

**) BVDDEVS *Inſtit. Philoſoph. Theoret. Part. V. Cap.* I. *§. 14. p. 260. Deum immediatam aut motus omnis, aut determinationum motus cauſam facere, periculo non caret, cum ita facile Deus cum natura confundatur, cui accedit, quod ita cauſa motus non magis nobis innoteſcat, cum aeque obſcurum ſit, quo pacto Deus moueat, ac quo pacto Spiritus creatus, aut corpus aliud corpus mouere queat.* Quomodo vero numen mediantibus cauſis ſecundis ad actiones rerum creatarum concurrat, non parua diſceptatio eſt. Non nulli ſentiunt non edi ab his ullam actionem ad quam Deus non concurrat; alii contra a Deo ſemel datam rebus creatis operandi facultatem duntaxat conſeruari contendunt, ſine cooperatione in ſingulis actionibus: Illorum ſententiam amplectitur BVDDEVS *cit. loc. Part.* VI. *C.* IV. *§. 29. p. 380.* Horum vero FRIDERIC. HOFFMANNVS Diſſert. de *potentia Diaboli, in corpora* §. 2. dicens: *Utpote Deus non eſt qui in nobis cogitat vel vult, ſed mens noſtra propria cogitandi & volendi gaudet potentia, nihilominus generali diuino concurſu, ut exiſtat, opus habet, ſiquidem absque eo nec actualem cogitationem formare poſſumus;* Utriusque ſententiae argumenta collegerunt BENEDICT. PERERIVS *Phyſic. Lib. V. C.* VIII. *p. 313. Lib.* VIII. *C.* VII. *p. 489.* & IAC. THOMASIVS Diſſertatione de *Concurſu Dei cum cauſis ſecundis*: priori tamen opinioni accedentes.

*) MELCHIOR GOLDASTVS *in Rechtlichen Bedencken von Confiſca*

demum a Persis **) reipsa tamen iam a Chaldaeis ***) originem

cation der Hexen-Güther §. *III. p. 5.* ex opinione aliorum in notis *pag. 6.* allegatorum venire putat a voce Persica, quam hominem doctum & sapientem significare, indeque vocem magistri descendere. Et IACOBVS REX *Angliae in Daemonologia L. I. c. III. Opp. p. 47. Magus in lingua Persica diuinarum scientiarum contemplatorem sonat, & interpretem, quae superstitio a Chaldaeis verae Theologiae inscitia primitus usurpata virtutum prima habita est, & honesto nomine immerito donata; quod Graeci ad omnes artes illicitas deinceps transtulerunt.* SALMASIVS de *Hellen. p. 368.* ab auctore ZOROASTRE siue Persice Zaradust; *idem*, inquit, *vocabatur proprio nomine Mog Persice, vnde Graecis* Μάγος. Sed IO. CLERICVS in *Indice Philolog.* ad STANLEII *Philosoph. Orient.* voce *Zoroaster* coniecturam saltem nominat, & IDEM voce *Magus*, Magos dictos esse, ex Medorum lingua *Mag*, dissoluens, quod ope Magiae vires exercitus frangi veteres crediderint, asserit. BARTHOL. D' HERBELOT in *Bibliotheca Orientali* deriuat ex Persica voce *Meikhousch* quae dulce & amarum notet allusione facta ad duplex Magorum Principium bonum & malum, quod probat ex libro Orientali, quem titulo *Tarikh Montekeb* allegat, vid. *Acta Erudit. Lipsiens. 1698. Mens. Mart. p. 111.*; aliter sentit HADRIAN. RELANDVS in *Dissert. Miscell. Part. II. Dissertat. II.* vid. *Journal des Sçavans 1708. Tom. 39. p. 511. Mog en Persan moderne est un adorateur du feu, tels qu' etoient les anciens mages.*

**) THOMAS STANLEIVS *Historia Philosoph Oriental. lib. II. Cap. IV.* a IOAN. CLERICO ex Anglica lingua in latinam translata, & *Tom.* II. *Oper. Philosoph.* adiecta. Nonnulli vocem Μάγος putarunt esse graecam, quos tamen refutat ISAACVS CASAVBONVS *Exercit. ad annal. eccles. Baronii Exercit.* II. *p. 163.* quia dictio μάγος HOMERO & aliis Graecis antiquioribus fuerit incognita: quod testimonium sit non leue, Persicum id vocabulum esse, sicut HERODOTVS, PLATO, XENOPHON, STRABO, DIOGENES LAERTIVS & plures alii obseruent:

ginem trahant: in bonam partem tamen olim accipiebantur, quippe qui res latentes Dei inuestigarunt & naturae arcana rimati sunt, ac deinde mirifica operabantur, usibus humanis ipsa applicando; ****) Sed ob abusum postea pro maleficis, incantatoribus & Diabolorum collusoribus existimabantur †: Unde varia magiae significatio orta, ut illa habeatur vel pro scien-

---

nec non PLINIVS initio *lib. XXX. H. N. Hoc igitur primum constare debet, Magos proprie dictos, Persarum sapientes fuisse vel sacerdotes.*

***) IDEM *Lib.* I. *Prooem. & Sectione* II. *C. 24.* plura vide in BARNAB. BRISSONII Tractatu de *Regio Persarum Principatu*, & THOM. HYDE in *Historia religionis Persarum*, nisi quod hic plus aequo Chaldaeis conferre videatur, teste CLERICO. *c. l.*

****) THOMAS CAMPANELLA de *sensu rerum lib.* IV. *C.* I. *p.* 160. & HADRIANVS RELANDVS *c. l. Les mages etoient chez les Perses les depositaires de la religion & des sciences*, vid. *Journal de Savans c. l.*

†) MATTHIAS BERLICHIVS *Conclus. Practicab. P.* IV. *Concl. 3. n. 1. p. 46. quia tamen alii gloriae cupiditate accensi reliquos superare volebant, nec ea quae natura humana per se ipsam facere & docere non potest, peruestigare poterant; ideoque rerum naturalium notione non contenti, honestae magiae limitibus transgressis ad curiosam & impiam Daemonum collusionem & imposturam fuerunt prolapsi, vnde paulatim factum est, vt Magi non pro bonis & sapientibus, sed pro malis incantatoribus & diabolorum collusoribus acciperentur.* Et THOM. CAMPANELLA *c. l. imperiti namque ac sordidi homines taedio inuestigationis rerum affecti, a Daemonibus breui negotio petierunt ea quae praestare nequeunt, sed posse se fingunt,* vbi etiam demonstrat alias voces v. g. Astrologia, Prophetae &c. olim bonas habitas, idem fatum ex eadem ratione esse perpessas, nostroque seculo in impietatem incidisse; adde IACOB. REG. *Daemonolog. l.* I. *c.* II. *Opp. p.* 47. & MICHAEL PICCARTVS *Oration. Academ.* XIII. de *initiis, progressu & inclinatione Magiae.*

tia supernaturali, vel diuina vel daemoniaca, vel denique humana: nos eam latissime, quatenus omnes istas scientias comprehendit, accipimus, ††)

§. II.

Scientia, vt hoc loco sumitur, ratione originis, vel infusa vel acquisita est: illa nobis dicenda venit magia supernaturalis, haec naturalis. *)

§. III.

Magia supernaturalis est scientia rerum supernaturalium a Deo immediate homini ad promouendum eius honorem infusa *)

§. IV.

---

††) Quod etiam alii fecerunt, vt patet ex iam laudato GOLDASTO *d. l.* quamuis mihi eorum diuisio, & ipsius GOLDASTI, qui eam in supernaturalem, naturalem & praeternaturalem distinguit, cum ea, quam praeternaturalem vocant, ad naturalem possit referri, vt ex *C.* III. §. *1.* elucebit, non placeat. MARTINVS DELRIVS *Disquisit. Magic. Lib.* I. *Cap.* II. *pag. m. 3.* magiam a causa efficiente diuidit in naturalem, artificiosam & diabolicam, quod & facit THOMASIVS Dissert. de *Crimine magiae* §. IX. Ratione causae finalis in bonam & malam; aliter PIGNATELLVS *Consult.* LXII. *p. 218.* sed admodum confuse.

*) Omnem scientiam naturalem inesse acquisitam & non innatam omnes facile conueniunt, sed quoad eius prima principia valde dissentiunt; sic inter alios BVDDEVS *Theolog. Moral. P.* II. *C.* II. §. *V. sqq.* vult esse quaedam principia homini innata; e contrario IO. LOCKE de *intellectu humano Lib.* I. *C.* II. §. *1. sqq.* & *C.* III. nulla neque theoretica neque practica esse connata; nobis distinguendum videtur, inter illorum notitiae potentiam & habitum; illam homini initio natiuitatis adesse, non vero hunc; hanc sententiam quoque defendit IO. ZEISOLDVS IV. *Disputat* de *Notit. naturalibus* & THOMASIVS *Jurisprud. diuin. Lib* I. *C.* II. §. *67. p. 68.* & in *Dissertat. Prooem. p. 51.* Conf. PVFENDORFIVS *in apologia* p. 46.

*) Haec Magia supernaturalis dicitur, cum ratione obiecti, quod

§. IV.

Obiectum huius magiae sunt res supernaturales, sub quibus intelligo eas, quae sunt ultra vires naturae, adeoque naturam quoque, non vero contra rationem; *) Tales fuere omnes Prophetiae & miracula, quae in S. Scriptura inueniuntur **)

§. V.

Prophetia est donum supernaturale *) eius varia genera

res, quae cadunt sub hanc scientiam sint supernaturales, tum ratione modi, quod, cum Deus hic immediate agat, fiat modo supernaturali.

*) Quid sit contra & supra naturam exponit GVNTH. CHRISTOPH. SCHELHAMMERVS in *Natura sibi & Medicis vindicata* C. VIII. & licet THOMASIVS in *Cautelis circa Praecognita Iurisprud.* C. V. §. 24. quoad res contra naturales dissentiat, attamen cum eas §. 27. describat, quod sint *illae, quarum reuelatio inuoluit contradictionem*, satis patet, intelligendum esse, de rebus contra rationem. Res supernaturales non inuoluere contradictionem demonstrauit BERNHARD. CONNOR in *Euangelio Medici de suspensis naturae legibus*.

**) Supernaturalia describuntur a BREITHAVPTO in *thesibus credendorum & agend.* l. I. c. II. th. IV. qu. 2. p. 28. *Supernaturalia sunt, quae non de natura hominis sunt, sed ad perfectionem huius supplendam superaddita: quemadmodum nunc spiritualia corruptae naturae haut supernaturalia.* Rationem naturalem inseruire S. Scripturae non praeualendo, vt autor vult Diss. cui titulus: *Philosophia Scripturae interpres*, sed ministrando & declarando mysteria fidei, ex professo demonstrauit CHRISTOPH. VVITTICHIVS in *Consensu veritatis Scripturae & Philosophiae*, PETR. DAN. HVETIVS *de Concordia rationis & fidei*, & LEIBNITIVS in Discursu de *conformitate rationis & fidei* quem praemisit tract. *essais de Theodicée.*

*) PETRVS PETITVS de *Sibyllis* Lib. I. C. VIII. p. 30. seqq. BENEDICT. SPINOZA in *tractat. theolog. politico* c. II. p. 18. & alii

ra recensentur a Theologis, per visionem veluti & somnum **) item per applicationem Ephod, unde dicebatur Deus dare responsa in Ephod per Urim & Thummim ***)

§. VI.

Miracula *) alterum membrum Magiae supernaturalis

Prophetiam naturali mentis facultati adscribunt, quos tamen latius refutat HERMANNVS VVITSIVS in *miscellaneis sacris Lib.* I. *p. 60. sqq.* & BVDDEVS *Dissert.* cui titulus: *An naturali homines polleant vaticinandi facultate*; Quomodo ab ista, humana & Daemoniaca differant vid. PIGNATELLVM *Consult.* LXXIX, usque ad XCIII.

**) DELRIVS *cit. loc. Sect.* II. *p. 126.* & PIGNATELLVS *Consult.* LXXII. *p. 261.* nec non PETR. GREGORIVS de *Republica l.* XIII. *C.* XXXIII. *n. 7. p. 615.*

***) PIGNATELLVS *Consult.* LXXVII. *p. 288.* IO. BVXTORFIVS *in diss.* de *Urim & Thummim.* IO. SPENCERVS de *Urim & Thummim*, contra hunc scripsit PHILIPP. RIBOUDEALDVS CABILONENSIS, adde DIETERICVM de *Urim & Thummim* & BVDDEVM *Hist. Eccles. Per.* II. *Sect.* I. §. *32. p. 687. sqq.*

*) Per Miraculum intelligo opus, quod ideo vere ac merito mirandum est, quia omnis naturae creatae vim atque potentiam excedit; quamvis simpliciter & absolute in comparatione naturae diuinae nullum plane miraculum sit, nullum enim miraculum diuinam potentiam & sapientiam excedit. Sic & alio modo miraculum potest dici respectu hominum, quod ipsis est ignotum & cuius causam ignorant; qua ratione non modo Daemonum & Magorum, sed & sapientum hominum inuenta quaedam noua & artificiosa nominantur miracula, qualia fuere opera eximia, quae septem mundi miracula apud priscos dicuntur; vid. PETR. GREGORIVS de *Republica l.* XIII. *C. XXV. p. 593.* PIGNATELL. *Cons.* LXVI. *p. 233. sqq.* Eadem quoque tradit DELRIVS *Disquisit. Magic. Lib.* II. *Cap.* VII. *p. 102.* Adde *The Certainty of the Christian Reuelation* BY FRANCIS GASTRELL, qui docuit differentiam miraculorum Dei, & effectuum mirandorum

lis **) constituunt. Definimus ***) miraculum, quod sit effectus

spirituum, hominumque, illosque refutauit, qui miracula perfectioni Dei contraria crediderunt, ac demonstrauit, miracula quidem non magis conducere ad Dei existentiam probandam, quam ordinarium naturae motum, bene vero ob corruptam hominum naturam; vid. *Nouvelles de la Republique des lettres 1700. p. 527.* & *530;* Bene quoque extraordinaria a miraculis discernit MALEBRANCHE *Lettres, lettr.* II.

**) Magiam supernaturalem dicente CAMPANELLA de *sensu rerum Lib.* IV. *C.* II. *p. 268. non esse naturalem, vt Plinio & Auicennae & Pomponatio videtur, palam est in eo, quod nemo valeat mortuos resuscitare, aridos solitare, Maria exsiccare, flumina in sanguinem conuertere, virgulta in aurum, coelo & ventis imperare simplicibus tantum verbis, vt amici Dei fecerunt;* Ubi & p. 270. refutauit POMPONATIVM qui putat miraculorum patratores temperamenti virtute purissima, elementorum & coelesti influxu praeditos, effecisse. *Quae enim,* inquit, *naturalem vim sequuntur virtutis semper & vbique sine precibus & religione opus suum per se consequuntur, vt magnes semper ferrum trahit. At sancti & quicunque miracula fecerunt, vera & non nisi Deo inuocato miracula fecerunt, etiam incredulis aegris conferendo sanitatem in testimonium coelestis doctrinae.*

***) Cum FRIDERICO HOFFMANNO in *Dissertat.* de *potentia diaboli in corpora* §. *V.* & BVDDEO in *element. Philosoph. eclectic. Tom. 2.* C. 2. & *Historia ecclesiastica Period.* II. *Sect.* I. §. *V. p. 513. vbi aliquid fit in quo reuera ipsius naturae leges suspenduntur.* MALLEBRANCHE *lettres, lettr.* II. describit miraculum, *que Dieu n' agit par des volontez particulières que lors qu'il fait des miracles.* LOCKE *Oevres diuerses discours.* III. definit illud quod sit *une operation sensible, que le spectateur regarde comme divine parce qu' elle est au dessus de sa portée & contraire même, a ce qu'il croit aux loix, & ebliés de la nature.* GVILIELMVS FLEETVVOOD de *inuestigatione solida miraculorum*, quem ex Anglica lingua in Germanicam transtulit IOAN VLRICH HENRICI

ctus supernaturalis in ipsis corporibus, id est, qui cursum, qui ordinem, qui vires naturae transscendit; breuibus: Suspensio legum naturae motus; quae vero sint talia, siue quae sint ultra vires naturae, harum exploratoribus diiudicanda relinquimus. ****)

§. VII.

---

p. 2. Ein Wunderwerck ist eine ausserordentliche Wirkung Gottes wieder den bekanten Lauff und bestimmte Gesetze der Natur, wobey es Hauptsächlich auf das Urtheil der Sinnen ankömmt. HOBBESIVS quem *p. 3.* citat definit miraculum, quod sit *ein Werck Gottes darinnen er seine Wirkung nach dem Lauffe der Natur so er in der Schöpffung geordnet und bestimmet, selbst überschreitet.*

****) Sine dubio tamen miracula fuerunt transmutatio baculi Mosis in serpentem, aquae in sanguinem, productio ranarum &c. quae contra BENEDICTVM DE SPINOZA in *Tractatu Theologico-Politico de libertate philosophandi* C. VIII. caussis naturalibus ea adscribentem vindicat BVDDEVS *Hist. ecclesiast. Period.* II. *Sect.* I. §. *V. p. 513. adde §. 12. p. 555. sqq. & §. 36. p. 749.* nec non GUILIELMVS FLEETVVOOD cit. lib.; Idem fuit in Solstitio tempore Jhosuae facto, quod latius cum contra ISAACVM PEYRERIVM in *Systemate Theol. P.* I. *Lib.* IV. *C. V. p. 194.* uniuersalitatem huius Solstitii negantem, tum contra SPINOZAM *c. l. C.* II. *p. 21.* plane huius fidem in dubium vocantem, defendit SAMVEL REYHERVS in *Mathesi Mosaica* C. XXXI. Idem dicendum de sole retrogrado in Horologio Ahas, de quo vide citat. REYHERVM C. XXXIX. & BVDDEVM *Histor. Ecclesiast. Period.* II. *Sect.* II. §. IV. *in notis. p. 828. sqq.* qui praeter PEYRERIVM etiam HVGONEM GROTIVM & JOANNEM CLERICVM miraculum fuisse negantes, refutat. De aliis vid. iam laudat. REYHERVM *in Mathesi Mosaica*, cum *appendice aliorum S. Scripturae locorum mathematicorum.* VALENT. HENR. VOGLERVM in *Physica & medicina Sacra*, EUNDEM in *Physiologia Historiae Passionis Jesu Christi*, & plures Scriptores huc facientes. IDEM recenset in *Programmate cit. lib.* praefixo, quibus addi potest SAM. VVERENFELSIVS *in Diss. de veritate mira-*

§. VII.

Fiunt res supernaturales a solo Deo *) nec unquam a Spiri-

C

culorum in S. Scriptura narratorum. HERMAN. WITSII Diss. de *miraculis Iesu.* Cautelas quoque in hisce diiudicandis dedit THOM. CAMPANELLA de *sensu rerum Lib. IV. C. IV. p. 280. sqq.* sed minime sufficientes, potius vid. LOCKE *Oeuvres diverses Discours III.* PASCAL *Pensees des Miracles,* IOANN. CLERICVM *Pneumatolog. Sect. III. C. VIII.* & BVDDEVM *cit. loc.*

*) *Psalm. LXXII. 18. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit miracula solus.* Et *Psalm. LXXVI. 14.* Hinc CAMPANELLA de *sensu rerum L. IV. C. II. p. 268. Creare enim atque intrinsecus transmutare absque violentia munus est proprium duntaxat primae potentiae, primae sapientiae, primi amoris: quo res cunctae constant & cui intrinsecus obediunt.* Cum quo consentit BVDDEVS *elementis Philosophiae theoreticae P. IV. C. II. §. 3. p. 262. Cum vero Deus vtpote naturae auctor solus hasce leges dederit, manifestum est & ab eo solo hasce leges suspendi posse: ex quo consequitur, a Deo solo perpetrari posse miracula. Deo vero hanc vim abiudicare perinde esse ac negare, eum naturae auctorem esse. Nec enim nulla ratio apparet, cur non suspendi naturae leges ab eo possint a quo sunt constitutae.* Eius enim est legem interpretari, tollere, euertere, mutare, cuius est condere *l. 1. & fin. C. de legib.* adde PETR. GREGORIVM de *Republica l. XIII. c. XXIV. p. 591.* HENRICVS CORNEL. AGRIPPA de *Occulta Philosophia Lib. I. C. XIII. p. 31. Qui* (Deus) *licet per intelligentias & coelos in haec inferiora operatur, nonnunquam tamen omissis his mediis, aut suspenso eorum ministerio, immediate ex se ipso illa facit Deus, quae opera tunc miracula vocantur: Nam cum primae causae imperio & ordine secundariae causae, quas ministras Plato vocat necessario agant, & effectus suos necessario producant non nunquam tamen pro libitu suo, si alias absoluit aut suspendit Deus, vt ab illius imperii & ordinis necessitate penitus desistant. Et haec maxima Dei sunt miracula: Sic ignis in fornace Chaldaica non combussit pueros; Sic sol ad imperium Josuae a cursu suo unius Diei spatio retrocessit: Sic*

ritibus bonis * *) vel malis * * *) vel homine

ad Ezechiae petitionem per decem lineas siue horas regressus est: Sic patiente Christo in plenilunio defectum sol sustinuit; Et harum operationum ratio, nullo rationis discursu, nulla Magia, nulla quantumcunque occulta siue profunda scientia inuestigari aut attingi possunt, sed solis diuinis oculis addiscenda sunt & exquirenda. Sed ego quidem Agrippae coniecturas de modo faciendi miracula meas haud facio.

**) IOAN. VVIERVS de *praestigiis Daemon. Lib. I. C. 24. Col. 128. Non minus Spiritibus suae potentiae leges & limites praescripti vltra quos ne latum quidem pilum ferri queunt, etiamsi Deus conniueret cunctaque permitteret. Nihil autem permittit, quod in suo ordine fieri nequit. Ex omnipotentia porro diuina non quicquid concludendum; a posse ad esse non valet consequentia. Deus non agit contra verbum & seipsum, probandum esset, hoc vel ipsum Deum velle.* Cum hoc consentit GODELMANNVS de *Lamiis Lib. II. C. III. n. 38. p. 28.* & BVDDEVS *Element. Philosophiae Tom. II. P. V. C. II. §. VI. p. 263. manifestum est hunc effectum nec hominem nec spiritum, sed solum Deum agnoscere autorem, adeoque pro vero miraculo habendum esse*, & p. 264. exponit, nec ea, quae Deus mediantibus angelis agat miracula dicenda esse, sed saltem extraordinaria. Addatur EIVSDEM *Hist. Eccles. Period. II. Sect. I. §. V. p. 512. & 513.* Quanquam PAVLVS GRILLANDVS de *Sortilegiis* Qu. VII. §. 15. & CLERICVS *Pneumatologia Sect. III. C. VIII. §. IV.* & in diss. *de miraculis* adiuncta tract. de *l'incredulité p. 366. seqq.* angelis bonis virtutem miracula faciendi tribuunt, tamen si ea recte indagemus, nomen miraculorum non merentur, sed extraordinaria saltem sunt dicenda.

***) GEORGIVS PICTORIVS *in Isagoge* de *materia Daemonum* extante in AGRIPPAE *operibus Tom. I. p. 550.* & *557.* vult Daemones diuinare & miracula efficere posse, sed IO. FILESACVS de *Idololatria magica* §. *V. p. 31.* & seqq. demonstrat, totam istam insomniorum & apparitionum fabulam, quam diuinandi scientiam non modo ridiculam, sed & periculosam esse. Adde

VVIERVM de *praestigiis Daemonum Lib. II. C. XII.* vsque ad *XVII.* Miracula quod attinet, quae Daemoni tribuuntur fiunt illa vel reuera viribus naturalibus, vel saltem praestigiis quod bene exponit ANDREAS OSIANDER in *Deutr. XIII.* 3. *Porro quaeritur, cuiusmodi signa & miracula sint, quae a Satana fiunt? Resp. Minime talia sunt, vt cum diuinis miraculis comparari possint. Sunt enim quaedam ex eis merae imposturae & delusiones: quale est illud quod de Belo Dan.* XIV. *narratur: Ita etiam sunt praestigiae Satanae, cum oculis hominum species rerum & phantasmata obiicit, vt talia videantur, quamuis reuera talia non sint, cuius rei exemplum habemus in vita Macarii. Quaedam etiam naturalibus mediis & occulta operatione Satanae in natura fiunt &c. At vero diuina miracula longe diuersa sunt a Satanae miraculis: Non enim apparentia, vt illa, sed vera: Vtpote facta contra communem cursum & ordinem rerum: Qualia sunt resuscitatio mortuorum, foecundatio effoetarum & sterilium mulierum, diuisio marium & fluminum, statio cursus solis & lunae, aquae in vinum conuersio.* IACOBVS REX I. *Daemonol. VI. p. 60.* & *61. ipse siquidem diabolus cui naturalia manserunt splendidissima & in sua prima perfectione, vera miracula edere non potest, cum hic effectus solius diuinae omnipotentiae proprius, nec vlli creaturae sine summa blasphemia attribui potest.* PAVLLVS GRILLANDVS de *sortilegiis cit. loc. Virtus enim Daemonis est adeo vehemens & acuta, quod multa opera, quae ipse facit eius virtute & industria & ex rebus naturalibus adeo bene componit & velociter exsequitur, quod homines, qui illa vident, dicunt esse miracula, licet in veritate non sint,* addatur LAMBERTVS DANAEVS de *Sortiariis* C. IV. *p. 91. sqq.* & PETHEODORICVS *Colleg. Criminali* C. VI. *aphor.* III. *Num. 21. p. 944.* Nec ea permittente Deo facere posse probat VVIERVS de *Praestigiis Daemonum Lib. I.* C. XXIV. & contra IO. BODINVM in *confutat. Wieri p. m. 765.* & *766.* IOAN. GEORGIVS GODELMANNVS de *Lamiis Lib.* II. C. *3. n. 38.* & quanquam FLEETVVOD de *inuestigatione solida miraculorum p. 8.* hanc potestatem, permittente Deo, diabolo tribuat, nec non *p. 24. halte ich dafür, daß der Teuffel kein wahres Wunderwerk ohne*

Göttliche Zulassung oder aus eigener Macht thun könne, tamen contrarium ex dictis satis patet; Illi autem, inter quos etiam BODINVS in *Confutat. Wieri c. l.* & *in Daemonologia L.* II. C. VI. *g. 353.* qui talem virtutem Daemoni adscribunt, mouent potissimum exemplum Magorum Pharaonis, quippe Daemoniacorum, non autem sapientum, vt nonnulli volunt, cum hi illis *Exod.* VII. *11.* expresse opponantur; Verum cum supernaturalia non prius locum habent nisi deficientibus caussis naturalibus, videamus, an non tales hic subsint: Duobus autem modis, ut iam dictum, diabolus agit, vel reuera causis naturalibus, vel saltem praestigiis; Quibus alterutrarum diabolus in prodigiis Aegyptiacis vsus sit, diuersae sunt sententiae: Nonnulli vt DELRIVS *Disquisit. Mag. L.* II. *q. 6. p. 101.* VALENTINVS HENR. VOGLERVS in *Physica* & *Medicina sacra* ad *Exod.* VIII. *7. p. 84.* & alii putant, reuera Daemones virgas illas conuertisse in serpentes applicando illis inuisibiliter aliqua agentia naturalia nobis ignota, ad producendum serpentes potentissima & efficacissima; sed respondeo, absque semine ex mera putrefactione non potest viuum nasci, & si possit produci, non tamen tam subito & sine operosioribus praeparationibus; nam virgae materia admodum remota & aliena recipiendae formae serpentis, ne dicam, quod haec sententia ansam daret, etiam Mosis miracula causis naturalibus adscribendi. Alii haec prodigia pro praestigiis habentes iterum in diuersas opiniones abeunt, quas recensere & refutare, hic nobis nimis longum esset, videri potest *C. XXIV. Caus. XXVI. qu. 5.* CAMPANELLA de *sensu rerum Lib. IV. C. III. p. 272.* WIERVS de *Praestigiis Daemonum Lib. II. C. VIII. Col. 178.* & *de Lamiis C. II. Col. 10.* THOMAS ERASTVS in *Disput. Paracels. P. I. fol. 40.* GODELMANNVS de *Magis & Veneficis Lib. I. C. III. n. 13. p. 25.* & imprimis PIGNATELLVS *Consult. 66. p. 235.* Nos itaque cum PIGNATELLO. c. l. & BENEDICTO PERERIO *L. I.* de *Magia* c. XVII. p. 156. asserimus veros fuisse serpentes, quia expresse in scriptura dicitur factos esse serpentes; non tamen dicimus, eos productos fuisse ex virgis, ne urgeamur illis rationibus, quibus ille modus premitur, sed defendimus esse suppositos loco illarum, nec obstat, quod DELRIVS *l. c.* obiicit, quod dicantur virgae conuersae in ser-

mine ****) ex sola Dei permissione vel ex virtute propria.

§. VIII.

Subiectum cui haec Magia inest, sunt magi supernaturales,

 quales

pentes, sed respondendum est, scripturam id dixisse non quod ita fuerit secundum veritatem, sed quia ita videbatur & existimabatur spectantium iudicio; idem nobis dicendum de mutatione aquae in sanguinem & productione ranarum ex parte Magorum: quod vero Mosis miraculis non idem obiici possit, patet ex eo 1) quod Magi mala non poterant abolere, si enim veras produxissent ranas, utique & reducere uniuersum hoc ranarum genus potuissent, cum hoc sine dubio priori facilius sit, sed Pharao Mosen ea de causa petiisse in scriptura legitur 2) Ubi Moyses alia facit plurima absque interuallo ad cogitandum & moliendum quae opus erant, illi pergere non poterant, sed obstupuerunt dicentes: *Digitus Dei est hic.* Non possum quin adhuc FLEETWOODI hac de re sententiam referam, putat ille magorum effectus, nec a Daemone, sed a Deo prouenisse, sic enim *pag. 26. Daß die Ægyptischen Zauberer alleine durch Gottes Gewalt ihre Stäbe in Schlangen, das Wasser in Blut, und durch eben diese Göttliche Macht die Frösche aufs Land brachten, ob Sie gleich weder daran gedacht noch solches geglaubet.* Sed inter alia, quae me a subscribendo illius sententiae detinent; non minimum est, quod nec ipsi sine dubio in mentem venit, quod Deus praecipue in voluntate particulari, qualis semper in miraculis adest, sibi non possit esse contrarius, quod tamen tunc fuisset, cum Moysis serpens magorum serpentes deuorauit, quod praeter scripturam, etiam IOSEPHUS *Antiquit. Judaic. L. II. C. V.* testatur.

****) Interueniunt quidem nonnunquam homines, sed nihil ad eos effectus contribuunt, Deus enim eos immediate, vel pure & unice, vel occasione hominum peragit, & hoc respectu dicitur magia supernaturalis. Sic IO. LUDOVICUS VIVES in *Augustini de ciuitate Dei l. VII c. XXXII. p. m. 215. Prophetae nec omnes sua vaticinia intelligebant! nec qui intelligebant, omnia intelligebant. Non enim ex se loquebantur, sed ex superiore Dei afflatu,*

quales fuere nonnulli, non tantum fideles, & vere credentes, *) sed

cuius consilia non omnia erant eis manifesta, vtebatur Deus illis, non velut consultis futurorum, sed instrumentis, quibus homines alloqueretur.

*) GOLDASTVS *von Confiscation der Hexen-Güther* §. *IV. p. 6. die übernatürliche Magi sind gewesen die H. Propheten des einigen Allmächtigen Gottes, diese H. Magi werden in Gottes Wort Viri Dei, diuini, Videntes &c. Männer Gottes, Schauer oder Seher &c. genennet: durch welche Gott viel grosse Wunder und Zeichen übernatürlicher Weyse gethan, so einig und allein durch die Allmächtige Hand Gottes die an keinen Lauff der Natur gebunden ist, haben geschehen können. Solche sind gewesen die Patriarchen Adam, Seth, Enoch, Noa, Sem, Abraham, Joseph, die Propheten Moyses, Josua, Samuel, Elias, Eliseus, Daniel, Esdras &c.* add. TORREBLANCA de *Magia l. 1. c. 1.* & alii ibi citati. Hi Magi simul quoque saepe magia naturali & humana instructi erant, sic dicitur *Act. Apost. VII. 22.* Moyses doctus fuit in omni sapientia Aegyptiorum, vid. BVDDEI *Introductionem ad Historiam Philosophiae Ebraeorum* §. *V. Lit. j.* PRIDEAVX *Oper. Theolog. p. 441.* & PHILONEM *Iudaeum in vita Mosis* C. *I.* nec Daniel artium Chaldaearum fuit ignarus de utrisque vid. *C. VIII.* & *XI. Dist. 37.* Et Salomon omnes Orientales & Aegyptiacos Magos rerum scientia antecessisse dicitur *II. Reg. IV. 30. sqq.* CAMPANELLA de *sensu rerum* L. *IV.* C. *III. p. 277. Sic Tobias felle piscis ab Angelo Raphaele est sanatus, Esaias ficuum emplastro curat Ezechiam, Helosaeus Naaman aqua Jordanis, & Moyses ligno aquas reddit dulces. Equidem arbitror, Deum non vti miraculis vbi natura sufficit, sed miraculum tunc est scire, quae res cui vsui idonea & qua ratione applicanda & ad ista ex parte Diabolus quoque pertingit non ut auctor, sed vt discipulus naturae.* Minus recte & nimis improprie hoc miraculum dicitur, cum id saltem miraculum dicendum, quod omnes naturae vires transcendit. Conf. quoque GOLDASTVS c. l. §. *VI. p. 8.*

sed etiam infideles & ethnici: **) licet his talia supernatura-
lia

**) CAMPANELLA de *sensu rerum Lib. IV. C. II. p. 266. Omnia enim possibilia sunt credenti: hoc autem intelligimus iuxta consuetum modum miraculorum: Nam Deus potest per sceleratum hominem alium sceleratum incredulum sanare, vel qui solam historicam habet fidem potest quoque sanare non credentem Deo, & elementa mutare omniaque facere, quae contradictionem non implicant, quando opus est in gloriam suam, & miraculosa maleficia exhibet non credentibus, vt Pharaoni. Saepe quoque fides erit in operante tantummodo, sicut Apostoli ad incredulos miracula multa fecerunt: saepe vero in eo cui fiunt, vt quae fecit Judas & increduli hypocritae ad credentes consueuerunt. Imo narrat Tacitus de quibusdam mendicis languentibus, claudis, aridis, luxatis, qui nescio quo numine moniti conuenerunt Vespasianum venientem de Iudaea Romam ad Imperium occupandum, rogantes, vt sua virtute curaret eos: Cumque Imperator responderet, se talem non habere virtutem, tamen cum precibus vrgeretur, imprecatus est illis sanitatem, & sicut petebant, curati sunt recte prorsus. Et virgo Vestalis in tutamen signum propriae pudicitiae, cuius violatae insimulabatur, portabat aquam in cribro de flumine in templum: Potest quidem in multis interuenisse Daemon, potest quoque existimari, Deum eiusmodi miracula fecisse in salutem ipsorum qui pie credebant in eum aut in rem, quam simplici animo imaginabantur esse Deum verum. Et fidem respicit Deus & ignorantiae non procuratae ignoscit: qui deceptores non autem deceptos exequtur.* Et *C. III. p. 276.* dicit: *Suborta esse cornua Cippo Cinghim, sicco pede cum exercitu transiisse Caspium mare sicut Moyses Erythraeum, possibile quidem est, diuina virtute, quae voluit ita eos magnificare, ut ad mundi regimen congruebat,* &c. GVILIELMVS FLEETWOOD de *Inuestig. solid. miraculorum p. m. 244.* distinguit miracula in prouidentialia & euidentialia; *Prouidentialia heiß ich die*, inquit vertente HENRICO, *so GOtt der HErr durch tüchtige Werckzeuge zu dem Ende verrichten lässet, daß das unglaubige Volck dadurch zum Glauben*

lia non tam facile tribuenda sint, cum multa inter illa inueniantur, quae saltem ab ethnicis vt Judaeorum & Christianorum supernaturalia imitarentur fuerunt conficta, ***) vel viribus natura-

gebracht werde, und welche diejenige, so sie ins Werck richten sollen, vorhero schon wissen. Dergleichen Wunder thaten vor Zeiten Moises, unser Heyland und andere Propheten &c. Euidentialia aber nenne ich die, so zwar eben sowohl, wie die vorigten, als wahre Wunder anzusehen, inzwischen aber so geschehen, daß niemand weiß, warum, ja die denen Wunderthætern selbst gantz und gar unbekant, ehe sie selbige würcklich ausüben; Et talia (quae tamen *p. 148.* & *sqq.* prouidentialia appellat, nisi sit vitium typographicum) perpetrasse Vespasianum, Apollonium Tyanaeum, & alios infideles, quin imo Magos Pharaonis asserit *p. 155. sqq.* & *166.* Sic & PETR. GREGORIVS de *Republica l. XIII. c. IV. n. 4. p. 530.* & *c. XXIV. p. 592.* asserit, Deum quandoque per malos miracula operari, putatque huc facere, quod dicitur *Matth. VII. 22. Multi in die iudicii dicent mali, nonne in nomine tuo daemonia eiecimus, & prophetauimus, & in nomine tuo multas virtutes fecimus, & tunc confitebor, inquiet Deus illis, quia nunquam noui vos* &c. nec non alia loca S. Scripturae, Iuris Canonici, Patrum aliorumque DD. hunc in finem adducit. Ex his patet non plane negandum esse nonnunquam & infideles vel ethnicos, seu potius Deum occasione illorum miracula effecisse. Bene hic iterum discernendae sunt res supernaturales fidei, quae omnino requirunt subiectum fidele vereque credens, quod & innuere voluisse videtur CAMPANELLA *c. l. c. II. p. 266. Hic ipse loquor de Magia, quam homo acquirere potest, non de his, quae extra ordinem Deus facere potest: Itaque assero fidem requiri non haesitantem & cordis puritatem non historicam, sed intrinsecam, quae cum Deo unanimes nos faciat vtrumque Spiritum atque velle & nolle* &c.

***) GABRIEL NAVDAEVS in *Apologia pro viris magiae suspectis c. XII. §. 10.* obseruat id fecisse Hieroclem de Apollonio, cuius vitam scripsit PHILOSTRATVS, sed contra Hieroclem EVSEBIVS, vide IANVM IACOBVM BOISSARDVM de *diuinatione &*

turalibus & praestigiis, interueniente astutia hominis, aut ope Daemonis perpetrata, vel caussis necessariis aut probabilibus praedicta sint; Omnia tamen v. g. Bileami, ****) Sybillarum †)
D alio-

magic. praestigiis in *Apollonio p. 346.* Sic & PORPHYRIVM & IAMBLICHVM, vt haberent quod Christi miraculis opponerent, *vitam Pythagorae* variis miraculis refertam conscripsisse notauit LLOYDIVS in *Epistola ad Richard. Bentley*; Idem forte dicendum esse puto de PORPHYRIO & MARINO, illo *Plotini*, hoc *Procli vitae* scriptore, nec non de *R. Schimeon* filio Ioachi artis Caballisticae autore variis miraculis, apparitionibusque angelorum & animarum sanctarum celebri.

****) De quo vid. *Num.* XXIII. & IOSEPHVM *Antiquit. Iudaic. Lib.* IV. *C.*VI. IVRIEV *Histoire Critique des dogmes & des cultes* habet Balaam quidem vt hominem pessimum non vero magum, sed prophetam Dei. vid. *Journal des Savans Tom.* XXXIII. *1705. p. 189.* & *Nouvelles de la Republique des lettres du mois Août pag. 277.* Varias de eo sententias recenset quoque BVDDEVS *Historia Eccles. veteris Testament. P.* II. *Sect.* I. §. *36. p. 752.* & *p. 753.* eumque quidem fuisse hominem improbum, non vero Magum adserit.

†) Ex Sybillis quasdam vixisse iam ante Homeri tempora probat IO. ALBERT. FABRICIVS in *Bibliotheca graeca Lib. I. C.* XXIX. §. *1.* Erant mulieres fatidicae, quo spiritu vero actae maior est controuersia; Nonnulli bonis spiritibus imo ipsi Deo adscribunt, vt PIGNATELLVS *Consult. 76. p. 286.* & alii quos recenset FABRICIVS *c. l.* §. *12.* malo Daemoni, alii fortiori phantasiae & imaginationi, alii meras fuisse fraudes atque imposturas quibus arbitrio suo plebem rexerint contendunt, quos magno numero citat FABRICIVS *c. l.* §. *12. sqq.* Alii propriam quandam terrae illius naturam esse volunt, qua velut morbus contrahatur, quod habet HIERONYMVS CARDANVS *de rerum subtilitate L.* XVIII. *p. m. 657.* alii, vt IO. VVIERVS in *apologia Col. 861. sqq.* partim Deo, partim Daemoni tribuit. Sed ego assentior FABRICIO, qui §. *16.* non negat multos passim oracu-

la ad mentem suam confinxisse olim, vel interpretatos esse fraude politica; omnia vero & singula quae quocunque tempore & loco praedicta eiusmodi impostoribus addicere nimis temerarium esse putat, cum multa in rebus magni momenti mirando more euentus comprobasset; neque indignum esse Deo casus magnos & mutationes rerum publicarum per varios ut ipsi visum sit, modos mortalibus significare, cuius rei in omnium gentium historiis non inficianda vestigia extare; neque absurdum esse malorum Daemonum quandoque maligna sentire ludibria, aut furore naturali, fortioreque imaginatione actos homines mira & stupenda vaticinari. Quod carmina eorum attinet IO. MARCKIVS de *Sybillinis Carminibus Differt.* IV. probare vult, haec carmina demum post natum Christum collecta & adaucta; sed CRASSET *Dissertation sur les Oracles des Sybilles* imprimis contra BLONDELLVM defendere conatus est, non esse suppositia, vide *Journal des Savans*, *1678. p. 189.* Contra CRASSET scripsit SERVATIVS GALLAEVS *Dissertationes de Sybillis earumque Oraculis*, qui defendit plurima esse supposititia, dari tamen quaedam genuina, in quibus vero afflatum vel vllum concursum Dei negat, nec obstare, quod nonnulla oracula videantur a Daemone non proficisci, sed a Deo, non nunquam enim Daemonem ea simulasse, vt eo magis diuina habeantur & eo tutius homines seducat, vide *Journal des Savans 1688. p. 436. & 446.* Alii non negant aliquas ex gentilibus reliquias in iis reperiri, ea tamen quoad maximam partem interpolata esse, vt adstruitur in *Obseruat. Hallens. Tom. IV. Obseruat. 2.* adde BVRCARDI GOTTHELFF STRVVII *Syntagma antiquitat. Roman. C. II. p. 258.* & ISAACVM CASAVBONVM *Exercit. I ad apparatum Annal. Baronii n. XVIII.* qui breuiter, sed solide de iis disputat & *p. 68.* concludit: *Neque nos negamus, multa diuinitus potuisse dici a Paganorum vatibus, non minus quam ab asina Baleami: illa tantum reiicimus, quae arcana religionis nostrae apertius explicant, quam factum sit vnquam a Dei Prophetis, & multa fuisse inserta carminibus Sibyllinis existimamus ad veritatis christianae confirmationem.*

aliorumque Magorum ††) fictioni vel Daemoni vel Magiae hu-
D 2 ma-

††) Sic tres Magi ad Christum osculandum ex Oriente venientes, licet non Daemoniaci tamen infideles fuere, simul atque supernaturales, cum haberent scientiam rei supernaturalis scil. Stellae, sicut & ipse Deus in somno cum iis egit *Matth. II. v. 12.* & haec magia supernaturalis illis collata est, praecipue ad honorem Christo praestandum: Quod vero illa stella fuerit supernaturalis demonstrat SAM. REYHER *mathesi Mosaica c. XLII. §. 23.* nec non ERENBERGER in peculiari *schediasmate* hanc stellam non ordinariam, sed in infimo aethere nouiter quasi creatam fuisse, & PIGNATELLVS *consultat. 78.* illos qui naturalem fuisse asserunt latius refutat. Adde NICOLAVM OLIVARIVM de *magorum Stella*, PETRVM DE MARCA de *aduentu magorum*, & BVRCHARDVM GOTTHELFF STRVVIVM *Dissert.* de *Magis ad Christum osculandum venientibus.* Hic quoque referri potest Saul qui spiritu malo correptus, pulsante Cytharam Dauide prophetauit, & rursus dum peruenisset ad chorum Prophetarum, exuit quoque se vestimentis & cum illis prophetauit *I. Reg. XVIII.* & *XIX.* nec non Caiphas, qui, licet homo impius, de Christi morte pro hominibus prophetasse dicitur *Joan.* XI. *50. sqq.* Non tamen admittenda est sententia BARTHII, qui L. II. c. VIII. & XII. Hesiodum *Dei immortalis praeconem inter Judaeos* nominat, nec non illorum, qui Homerum & Virgilium ex instinctu diuino de aduentu Christi aliisque futuris prophetasse putant, ac qui citantur in *Actis Philosophorum* III. *Stück* I. §. XXIV *p. 434.* Bene ea de re iudicium fert PETR. GREGORIVS de *Republica l.* XIII. *c.* XXXIII. *n. 14. p. 618. Deus Optimus Maximus aliquando permisit inter gentiles & abhorrentes a lege Dei eiusque vera cognitione, vates vera quaedam praedicere & praescire, aliquando etiam Daemon Deum simulans, falsa & spiritus mendacii posuit in visionibus, somniis & locutionibus pseudo prophetarum, permittente Deo, ad decipiendos eos, qui Dei spem, potentiam & cognitionem abiecerant, ut aliquando decepti resipiscerent. Sicuti enim prodigia proferri gentibus permisit & voluit, ad euitanda mala, sic & per*

manae adscribere, sine ratione fieret, cum illi nonnulla effecerunt, & tam certa praedixerunt, quae nullis viribus humanis aut Daemoniacis unquam produci vel praesciri potuerunt & de quibus non tantum historiarum scriptores ethnici, sed & ipsa sacra scriptura, testatur: adeoque Deo tribuenda, qui saepe ad nomen suum glorificandum etiam infidelibus usus est, vel potius ipse Deus occasione tantum illorum egit, vt eo magis & infideles de veritate verbi divini conuincantur. †††)

§. IX.

---

spiritum suum etiam inter gentes declarauit mala aduentura, vt sibi prospicerent homines, ne ut sine admonitione interceptos calumniarentur.

†††) Finis huius magiae supernaturalis est gloria Dei, ubi igitur hic finis non adest, & tamen stupenda ab infidelibus fiunt, pro miraculis non sunt habenda, sed sunt naturalia, quibus saepe Daemon simul interuenit v. g. ut refert VALERIVS MAXIMVS *L.* VIII. quod statuae & bruta vocem emiserint quasi humanam, quodque virgo vestalis aquam cribro hauserit; & CICERO de *diuinatione*, quod augur cotem nouacula sciderit; Alia prodigiosa videri possunt apud DION. CASSIVM l. XL. XLI. & seqq. SVETONIVM, LIVIVM, DIONYSIVM HALYCARNASSAEVM & alios, Conf. qui ea magno numero collegit IVLIVS OBSEQVENS in libro de *prodigiis*. Quibus addi possunt IOACH. CAMERARIVS, POLYDORVS VERGILIVS & CASPAR. PEVCERVS in libro de *Teratoscopia* & passim in libris de *Diuinationibus*, nec non P. BOAISTVAV, C. DE TESSERANT, F. DE BELLEFOREST, ROD. HOYER aliorumque *Histoires prodigieuses* quae uno volumine in *12mo Parisiis 1598.* prodierunt, nec non illa in septem libris edidit FRIDER. NAVSEA, BLANIVS CAMPANVS. Quid vero sit ostentum, definit VLPIANVS *in l. ostentum 38. de Verb. Signif.* ex mente Labeonis. Haec igitur prodigia vel ab ipsis conficta vel reuera patrata vana sunt, nullamque utilitatem in se continent, nisi quod oculos pascerent; Illa vero cum fiebant ad honorem Dei, semper continebant aliquid utilitatis ac beneficii, imprimis miracula Christi, unde nec Christus signa vel

§. IX.

Magiam supernaturalem adhuc superesse multi asserunt *) & nescio quanta miracula, quantasque Prophetias fingunt, venditantque; licet quidem non plane negauerim, talia adhuc fieri posse, tamen cum Prophetiae per adventum Christi impletae sint, ita ut nouas expectemus non opus esse puto: **) nec ut noua miracula contingant necesse esse, cum voluntas Dei sa-

miracula in coelo Pharisaeis ostendere volebat, quippe quae essent vana nec simul beneficium in se continerent. Eodem fere modo sensit ISAACVS CASAVBONVS *Exercit. I. ad apparatum annal. Baron. p. 85. Ego vero existimo, illorum omnium prodigiorum quaedam fortasse esse vera, pleraque falsa: neque dubito Hostem humani generis per eiusmodi praestigias & φαινόμενα, ὀυκ ὄντα* ꝫ *miracula miseris hominibus illusisse. Vera miracula unius Dei est praestare, aut eius qui potestatem ab illo accepit: Diabolus si quae per arcanam Dei permissionem edat miracula;* (non vera miracula, sed solum prodigia) *nunquam ipsum ad bonum finem sed ad decipiendos homines illa referre notum est Dei timentibus.*

*) MELCH. GOLDASTVS *im rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen- und Zauber-Güther* §. *IV. p.* & alii ibi citati.

**) HERMANNVS VVITSIVS in *Miscellaneis sacris L. I. p. 371.* monet, non videri quidem prorsus negandum donum Prophetiae ad tertium aut quartum seculum viguisse, non tamen omnia, quae narrantur a patribus promiscue admittenda esse: negat autem post canonem scripturarum consummatarum ecclesiam eodem indigere: & *p. 381.* exempla affert falsarum Prophetiarum *p. 390.* tamen iudicium suspendit & dicit, tales personas Deo committendas & euentum expectandum esse. Quoad Prophetias & quidem nouissimas confictas eas esse demonstrauit BAYLE *Dictionaire historique & critique v. Cardan not. E. v. Henri II. not. R. & v. Henri IV. not. E.* Quoad miracula *v. Democrite p. 1026. lin. 1. seqq.* Sed FABRICIVS in peculiari libro de *Reuelation.* ex historia ecclesiastica omnium seculorum diuinitatem nonnullarum reuelationum vult probare.

tis clare nobis patefacta, huiusque veritas iam olim miraculis satis corroborata sit ***)

***) ISAACUS CASAUBONUS *Exercit. XVI. ad annales Eccles. Baronii p. 672. : Primis ecclesiae nascentis temporibus miracula necessaria erant, vt infidelibus diuinitas doctrinae coelestis manifestetur : vbi vero semel constituta est ecclesia & scripturis sua constitit in ecclesia Dei autoritas, non plane quidem miracula fieri desierunt ; semper enim facta sunt, & verissimum est, quod super eo scribit Augustinus Retractation. lib. I. c.* XIII. *sed fieri ita ut initio & tam communiter desierunt* ; quam sententiam multis autoritatibus Patrum confirmat, & ostendit, docenti e Scripturis, nec miracula facienti, potius credendum esse, quam miracula facienti & contra scripturam loquenti. Cautelas hac in re dedit THOMASIUS in *Praecognitis iuris prud. C. XII. p. 34. sqq.* Legi quoque meretur *1. Corinth.* XIV.

CAPUT III.

DE MAGIA NATURALI IN GENERE, ET DE DIVINA IN SPECIE.

§. I.

Magia naturalis est scientia rerum naturalium mediantibus vel spiritibus bonis, vel malis, vel solo intellectu homini acquisita ; unde in Magiam diuinam, Daemoniacam & Humanam diuidi potest *)

§. II.

*) Eodem modo hanc Magiam diuidit BENEDICT. PERERIUS *l.* I. *de Magia c.* III. *p. 28. Naturalis autem Magia rursum triplex tradi potest : alia enim dici potest humana, quia humano studio & diligentia comparatur ; altera diuina, quae per reuelationem vel a*

Deo vel ab angelis bonis percipitur. Tertia daemoniaca, quam daemones tradunt iis hominibus, qui se illis impia societate & foedere deuinxerunt. Differt Magia naturalis a supernaturali, non tantum fine & obiecto, ut facile ex earum comparatione constat, sed & praecipue modo; supernaturalis fit una vice per infusionem vel inspirationem Dei immediatam, & nulli ordini est adstricta haec fit sensim, cum adstricta sit ad ordinem naturae, ubi primum res incurrit in sensus, hinc species transmittitur ad Phantasiam, tum dirigitur ad intellectum agentem, qui abstrahit a conditione materiae atque intelligibiles efformat species, quas ubi sic praeparauit, intellectui offert, ut, qui intellectus erat potentia fiat intellectus actu: sed quo fortius est medium, quod operatur, eo prius ad finem suum peruenit; sic quo longius angeli boni malos (proprie loquendo simili potentia gaudent, cum hi post lapsum omnes dotes naturales, amissis solum dotibus gratiae, retinuerunt, sed quatenus illi agunt ex mandato Dei, hi vero ex eius permissione, illudque hac soepius laxius, potentia quoque eorum maior horum potentia dici potest) & hi intellectum (quatenus scilicet anima in corpore habitat) in scientiis rerum naturalium praecedunt, eo facilius his vel illis mediantibus finis propositus obtinetur. Sub scientia naturali non tantum Physicam & Mathematicam sed & Morales, & ita Theologiam, Jurisprudentiam, Medicinam reliquas & Philosophiae partes intelligi, quas mediante intellectu homini acquiri, cum nullus dubitet, ita & eas a spiritibus bonis vel malis homini tradi posse demonstrandum erit. CARDANVS de *rerum varietate L.* XVI. *C.* XCIII. *p. m. 328.* statuit; Daemones quidem bonos & malos esse, sed raro ad homines venire: delectari enim eo loco, in quo generentur, generari autem in aeris regione aethereo contermina, vnde fieri, vt raro & non nisi magnis ex causis ad homines deueniant, quod si fiat, tamen nec corpora nec animas vllo modo mouere posse, sed tantum homines monere; adeoque nec iuuare eos, nec iis prodesse: nec aliquem a Daemone ditatum, nec artem nouam aut opes acquisitas esse, nunquam aliquem librum mutilatum daemonis auxilio restitutum, aut locum obscurum declaratum esse, omnes artes &

ſcientias humana induſtria inuentas eſſe; ſed tamen IDEM de *ſubtilitate rerum L.* XIX. *p. m. 660.* limitat, ſi quis iam eruditione aut aliqua arte praeſtaret, tunc non leue incrementum a ſpiritibus ei accedere poſſe, quale Petro Aponenſi obuenerit, vt ipſemet teſtatum reliquit. Ergo quod ſpiritus hominibus non ſaepius ſcientiam communicent, non eſt ratio, quod non poſſint, ſed quod Deus Angelis bonis non mandet, malis vero non permittat; quod vero alias hoc fieri poſſit, patet ex *Epiſtola ad Eph.* VI. *11.* vbi dicitur τὰς μεθοδείας τοῦ διαβόλου, quod LVTHERVS ita vertit: *Wieder die liſtigen Anläuffe des Teufels*, quanquam hoc BVDDEVS *Theol. mor. P.* I. *C.* II. §. *64.* in *not.* ex mente DANIELIS HEINSII in *Exercitat. ſacr.* ad *h. l. pag. 472.* deducit a μεθοδεύειν, *qui circumit & inſidiatur*, tamen ſimul notat μεθοδείαν deriuari poſſe a μέθοδος, quod compendium recte & breuiter tradendi artes ſignificet: vt itaque *Paulus d. l.* & hoc innuere videatur, vt caueamus a diaboli deſiderio nobis tradendi varias artes per compendium; BALTHAS. BECKERVS in *Mund. faſcin. L. II. C.* XVI. quidem putat Apoſtolum *c. l.* loqui de Pſeudo-Philoſophia aduerſariorum, ſiue malorum hominum; Verum hoc venit ex eius peruerſa opinione *c. l. C.* IX, vbi ſtatuit, ſpiritus non poſſe agere in animam noſtram, ſine ſermone aut ſigno externo absque interuentu corporis adſumpti: quod tamen adſumere eos poſſe negat *C.* XIX: nec magis *C.* XXXII. concedit, quod vulgo dicitur Satanam eſſe inſignem Phyſicum, Polyglottum, Theologum: non eſſe ait Phyſicum, quia res naturales & corporeae absque corpore non intelligantur: nihil eſſe in intellectu, quod non fuerit prius in ſenſu; non Polyglottum, quia ſpiritus non operetur, niſi cogitando, i. e. intelligendo & volendo: iam licet quis cogitet, qua lingua incolae terrae auſtralis incognitae vtantur, non poſſe iſtam hoc ipſo addiſcere absque interuentu corporis (i. e. vel audiendo vel in libris legendo) ſpiritum nihil concipere poſſe de hominis lingua, vel voce, vel ſono; non denique Theologum: nam & angelos bonos nihil noſſe de rebus diuinis, niſi quantum e diuina reuelatione & legatione ad pios compertum habeant; multo ergo minus

nus patrem mendaciorum perscrutatureum profunditates mysteriorum diuinorum, vid. *Act. erud. Lips. 1692. p. 19.* Quam tamen opinionem alii satis refutarunt, inprimis MELCHIOR LEYDEKKERVS in *dissert. hist. Theol. de vulgat. nuper* cl. BEKKERI *volum.* & quidem quoad illud, quod spiritus non possint agere in animam *Sect. XVIII.* ostendit, quod licet illi non possint immediate illabi in animam & mentem afficere, tamen diuersarum rerum species & phantasmata possint obiicere, cogitationum occasiones suggerere, spirituum in cerebro motum peragere, aliaue facere, quae longe ab operationibus Dei, qui mentem potenter illustrat, & voluntatem ducit, quo vult, sint diversa. vid. *Act. Erud. Lips. 1692. p. 542.* addique possunt AALSTII *&* PAVLI STEENWINKEL *zeedige Aanmerckingen, i. e. Annotationes modestae in* BALTHASARIS BECKERI *librum* §. *LVII. seqq.* quae eo magis commendandae, quo magis in iis sine ullis conuiciis in veritatem inquiratur, sicut & multa in isto libro vera in ipsis approbentur. Nec non BVDDEVS *Institut. Philosoph. T. II. P. VI. C. II. p. 340.* conferri possunt reliqui BECKERI Antagonistae tum Polemici tum historici qui recensentur in BOEKZAAL *van Europe ao. 1692. p. 34. 52. 103. 131. & 156.* & ZACH. GRAPII *Theolog. recent. controuers. continuat. c. II. qu. IX. p. 81. seqq.* HOFFMANNVS quidem *Diss. de potent. Diaboli in corpora* §. *VIII.* videtur etiam negare Diabolum homines doctiores facere posse, ex ea potissimum ratione, quod eruditio sit perfectio intellectus, haecque quoddam bonum, quod tamen Diabolus aversetur sed THOMASIVS *in cautel. circa praecogn. Jurispr. C. I.* bene demonstrauit scientiam siue perfectionem intellectus non bonum quoddam dici posse, alium enim respectum esse veri, alium boni: Verum autem fieri posse bonum vel malum pro ratione vsus: cum vsus itaque scientiae a daemone acceptae sine dubio minime bonus sit, hinc diabolo, quia essentiae eius non contrariatur, non impossibile est hominem certo respectu doctiorem reddere; & ipse HOFFMANNVS in *seqq.* non negat, diabolum variis modis in phantasiam agere posse, hincque memoriam non quidem firmiter sed saltem superficiarie iuuare. Verum diaboli potentiam non tantum circa memoriam sed & circa alias

operationes mentis se exserere alii demonstrarunt, sic FIGNATELLVS *Conf. LXVII. p. 238. Itaque circa animam corpori iniunctam, idque informantem daemones sensus internos immutare, memoriam iuvare, vel debilitare, intellectum sublimiorem & meliorem, quo ad functiones ingenii ac iudicii reddere; atque scientias docere; Et Conf. C. IX. p. 454. Daemones non possunt scientias infundere, licet possint verbis, hominibus adloquendo, exprimere aliqua scientiarum documenta.* Quomodo autem id possint explicat THOMAS *Quaest. XVI. de malo art. 12.* his verbis: *Sicut in rebus corporalibus superior virtus adiuuat, & confortat inferiorem virtutem, ita & lumen angelicum confortare potest lumen intellectus humani ad perfectius judicandum, quod angelus bonus intendit, non autem malus, unde hoc modo Angeli boni movent animam ad intelligendum, non autem daemones. Ex parte autem specierum angelus bonus vel malus potest immutare hominis intellectum ad aliquid intelligendum, non quidem influendo species in ipsum intellectum sed quaedam signa exterius exhibendo, quibus intellectus excitatur ad aliquid apprehendendum, quod etiam homines facere possunt, sed etiam ulterius angeli boni vel mali possunt interius quodammodo disponere ac ordinare, species imaginarias, secundum, quod competit ad aliquid intelligibile appetendum. Quod quidem angeli boni ordinant ad hominis bonum, mali vero ad hominis malum; vel quantum ad effectum peccati, prout scilicet homo ex his, quae apprehendit, mouetur ad superbiam, vel quod simile, vel ad impediendum ipsam intelligentiam veritatis, secundum quod per aliqua apprehensa inducitur homo in dubitationem, quam soluere nescit, & sic trahitur in errorem.* Adde quoque DELRII *disquis. Magic. l. II. quaest. XXIII p. m. 182.* Haec quidem omnia nostra non facimus, sed iudicium nostrum ratione modi tradendi scientias suspendimus; hoc tamen certum est, quod non fiat per infusionem, quae soli Deo competit, quomodo vero aliter fiat, ignoramus, interim quod fiat ex sequentibus patebit; & quidem Theologiam quod attinet, eam mediantibus bonis spiritibus homini acquiri videmur passim in Sacra Scriptura in Magis diuinis: nec obstat, quod supernaturalis Magia Theologiam sibi vindicare videatur,

tur, cum concernat mysteria diuina, quae immediate a Deo & ita modo supernaturali scriptoribus sit reuelata; sed Resp. quatenus modo supernaturali per infusionem homini est reuelata, pertinet ad supernaturalem: quatenus vero scientia in Theologicis non per habitum infusum, sed mediantibus spiritibus bonis homini acquisita, pertinet ad Magiam naturalem, & quidem diuinam, *de Theologia daemonum* vide FRID. ANDR. ZÜLICHII dissert. qui in ea ut patet ex §. *III.* potissimum adstruxit, daemonibus competere scientiam articulorum diuinae, ac hominibus ad salutem ipsorum reuelatae, doctrinae; hanc daemonem hominibus tradere posse, adserere nihil est, quod obstat, ut & *c. l.* §. *XXII.* & *XXXVI.* probatur nisi quod finem conferre non possit nec velit diabolus, quo facit *Cardinalis* BONA de *discret. spirit. C. X p. 358, a.* qui ait. *Quamuis daemon possit alium incognita docere, quia tamen non respicit moralem discentis perfectionem, nunquam dicitur illuminare: quem* ZÜLICH §. *XVII.* ita explicat, *utique daemon non illuminat, sed nec homo proprie illuminat, sed solius verbi diuini est illuminare, sive is, qui illud proponit, perfectionem Theologiam discentis, respiciat, siue non respiciat.* Quae vero mediante solo intellectu obuenit homini, pertinet ad humanam, a qua fides, quae scientia non potest dici, ut C. II. §. dictum est, bene distinguenda venit, vide BREITHAUPTII *Theses Credend. atque Agend. l. I. C. I. Thes. V. p. 9.* Quod jurisprudentiam concernit, in diuina habemus exemplum in Salamone, qui *I. Reg. III. 9.* expetebat cor obediens, ut populum Dei regere posset. Hancque diuinam juris sapientiam satis demonstrauit in judicando inter mulieres de infantulo litigantes, nec haec ad supernaturalem potest referri, cum obiecto, modo & fine ab ea differat. Iuris prudentia etiam ex Daemoniaca occurrit, cum enim diabolus scientiam aliarum rerum ex permissione Dei alicui tribuere possit, cur non & iurium: huius vero exempla non tam saepius occurrere, venit fortasse ex triplici ratione, quia 1) si quis ope daemonis scientiam sibi acquirere vult, tum ad id impellitur vel ex ambitione, vel ex auaritia, vel ex curiositate, neutra tamen inprimis nec ultima in iurisprudentia inuenitur tam feliciter quam in coeteris disciplinis. 2) Deus

 Dia-

Diabolo iuris ſcientiam aliis tradere non tam facile permittit, cum iudices, qui ſunt iuris periti loco Dei in terra judicent, adeo nimis arduum officium iis incumbit, cui Magos accedere non facile concedit, 3) & ſi Deus permitteret, tamen diabolus libentius in aliis, quam in hac ſe exſerit, cum in hac, licet excellenti, ſolum docti huius artis in admirationem rapiantur, in quibus vero daemon finem ſuum non tam commode aſſequi poteſt, quia docti non ſolent (ad minimum non debent) eſſe ſuperſtitioſi: in aliis vero ſcientiis phyſicis, Mathematicis &c. plures per talia, quae a ſuperſtitioſis pro miraculis habentur in admirationem & paulatim in adſenſum adducuntur. In Medicina, qui habuerunt ſcientiam diuinam exemplum eſt in Tobia iuniore, de quo vide VALENT. HENRIC. VOGLERI *Phyſicam & Medicin: ſacram ad Tobiae VI p. 225.* Datur quoque Medicina daemoniaca, ſic IOHANNES FILESACVS de *idolol. Mag. §. V. fol. 22.* diaboli artes, quibus diuinitatis exiſtimationem apud homines parauit, unde & quale Medicinae commercium cum Magia exponit. TERTVLLIANVS *Lib. de Anima*: *quae in ſpeciem benignitatis & utilitatis comparata veluti beneficia, eo ſubtilius fallunt, tum per ea, quae iuuant ab inquiſitione verae diuinitatis adducit diabolus ex inſinuatione falſa & Magos laedit juvando.* Quoad Philoſophiam, quam hic latiſſime intelligo, quatenus ſcilicet omnes reliquas ſcientias comprehendit, ſpiritus & bonos & malos homines docuiſſe exemplis illuſtrare eſſet contra meum inſtitutum. GOLDASTVS in Rechtlichen Bedencken von *Confiſcation* der Hexen Güther §. 23. p. 69. *ſeqq.* & alii ibi citati multa exempla collegerunt. Sed an omnia veritate nitantur & non potius ex inuidia vel ignorantia multi ſint accuſati aliorum recto judicio ſubmitto. Videatur GABRIEL. NAVD. *apologie pour tous les grands perſonnages, qui ont été fauſſement ſoupçonné de Magie*, qui multos ab hac nota abſoluit.

§. II.

§. II.

Magia diuina *) est scientia rerum naturalium

*) Magia diuina dicitur, quia etsi cum angelis commercium habetur, tamen sit ex mandato diuino & nihil aliud est, quam si ipse Deus cum hominibus ageret, cum ipsi nomine Dei saepe apparuerunt, ut vult THYRÆVS de *apparition. Christi L. III. C. XVIII. Num. IX p. 307. Itaque quemadmodum Deus O. M. non per se in propria persona autoprosopos apparuit, ita conueniebat, ut non autoprosopos hominibus adesset Christus, quando apparebat in Nouo Testamento, ut hic locum habere possit quod de Diis ad Nabuchodonosarem dicebant Magi Dan. II. quorum non est cum hominibus conuersatio.* Et *II. V.* rationem dedit: *conueniens fuisse, ipsum* (Christum) *rebus humanis hoeteroprosopos interesse propterea, quod non docuerit, ut aut coelum soepius desereret, aut uno eodemque tempore duobus pluribusque locis inueniretur;* Nec non HVGO GROTIVS & IO. CLERICVS ad GENES. *XVI. 23.* angelum creatum, quo Deus tanquam instrumento ad voluntatem suam Mosi & aliis patefaciendam usus sit, fuisse asserunt; In eadem opinione est Autor *du Platonisme deuoilé P. 1. C. 1. p. 4. Dieu se sert de la personne d'un Ange, qui porte son nom, & qui parle en son autorité. C'êt ainsi, qui s'est fait voir, & quil a parlé aux Patriarches, & c'est la raison, pourquoi Philon apellé si souvent les Anges des Verbes;* Et *p. 21. Il est impossible, dit Eusebe demonstrat. Euangil. L. V. C. XX. Que les yeux des mortels voient iamais les dieux souuerains, lui qui est au dessus de toutes choses, & dont l'essence est non-engendrée & immuable. Il est absurde & contre tout de raison dit le même (hist. Ecc. l. I. C. 2.) que la nature non engendrée êt immuable du Dieu tout puissant prenne la forme d'un homme, & que l'ecriture forge de pareilles faussetez;* Adde *C. X. p. 102. C. XIV. p. 150.* & *C. XXII p. 287.* Sed BVDDEVS *histor. Eccles. Per I. Sect. III.* §. *XII. p. 324.* probat, quando dicatur in veteri Testamento, Deum apparuisse hominibus, hoc intelligendum esse de filio Dei, nec de angelis, & saepe filium Dei angelum Dei nominari in veteri Testamento. Add *Per. II. sect* I, §, *III. p. 496. & c. l,* §. *VII p. 519.* §. *XVIII. p. 604* §. *XIX. p.*

) a Deo *) mediantibus spiritibus bonis****) homini *****) in-

612. nec non *sect* II. §. *XIV. p. 931.* differt a supernaturali obiecto, modo, subiecto & fine: ab humana modo subiecto & fine: eadem quoque ratione a Daemoniaca.

**) Est haec Magia scientia rerum naturalium, non supernaturalium, quarum spiritus non sunt capaces, quaeque Deus sibi tantum reseruauit, ut iam ostensum *C. II.* §. Et quamuis angeli boni supernaturalia facere possint, non tamen ea hominibus communicare possunt, quippe horum scientia hominibus immediate a Deo infunditur. Ergo manet Magia diuina scientia naturalis.

***) Acquiritur haec Magia a Deo vel si mauis dicere mandato Dei, commercium enim externum cum homine iniisse angelos non ex sola permissione, sed ex speciali mandato Dei patet ex S. Scriptura; patet quoque ex AVGVSTINO *de Trinitate L. III. C. VIII. sed nec boni haec nisi quantum Deus iubet nec mali haec iniuste facient, nisi quantum iuste ipsis permittit*, unde de interno intelligendus est BVDDEVS *Theol. Mor. P. I. C. II.* §. *27 not.* dicens: *Interim limitatam hic valdeque circumscriptam esse spirituum malorum aeque ac bonorum potentiam arbitramur, ut ea saltem hic agere queant, quae Deus permittit.*

****) Cum itaque angeli boni in commercio externo semper ex speciali mandato Dei agunt eorum quoque apparitiones ex isto mandato fieri necesse est; de quibus THYRAEVS de *Apparit. Christi L. III. C. VI. p. 177.* ita disserit, quod angeli appareant vel sub propria persona, vel sub nomine Dei, & tunc quadrupliciter eorum sit apparitio, vel visibilis, seu ocularis; vel vocalis, siue auricularis, vel imaginaria, quae in somnis fiat; vel intellectualis, quae perficiatur operatione intellectus. In quantum vero hae apparitionum distinctiones fundatae sint, cuiuslibet iudicio relinquo: Restat vt quaedam de discretione spirituum proponamus. AVGVSTINVS de *ciuit. Dei L. X. C. 7.* hoc discrimen assignat inter bonos & malos angelos, quod Eudaemones illi & probi angeli, quoniam nos mortales & miseros, vt immortales beatique simus misericorditer diligunt, nolunt nos sibi sacrificari, sed ei, cuius & ipsi nobiscum sacrificium se esse norunt. Et idem *C. XVI. utrum eis credendum. qui*

ſe religionis ritibus coli volunt, ſibi ſacra & ſacrificia flagitanter a mortalibus exhiberi, an eis, qui hunc omnem cultum uni Deo Creatori omnium deberi dicunt, eique reddendum vera pietate praecipiunt, cuius & contemplatione beati ſunt, & nos futuros eſſe promittunt. AVGVSTINVS duplex paulo poſt deſignat ſacrificium, unum viſibile, externum, & veluti corporeum, alterum ſpriritualé & myſticum: Daemones utroque ſacrificii genere nimium quantum delectari aſſerit vide FILESACVM de *idololat. Mag.* §. *VII. fol 48.* THYRÆVS *l. III. C. II. n IV. p. 267.* putat ex fine diſcretionem ſpirituum eſſe colligendam; Licet enim omnis actio ex fine ſit diiudicanda, vt tamen Diabolus ſaepe finem bonum prae ſe fert ad homines circumducendos, adeo alia quoque ſunt obſeruanda. CARDANVS de *ſubtil. rerum L. XIX p. m. 635.* aliter equidem diſſerit: *adventus daemonum ab afflatu diuino angelicoque congreſſu ſic diſtinguunt. Nam cum daemones humanus animus naturaliter horreat, mens ipſa illorum praeſentia turbatur, horreſcit ac metuit quidpiam, quod tamen nondum nouit; Cogitationes prauae, & in prauis actionibus ſolent, aut inſidiis, quas paramus, obrepere. Odores quoque tetros & ſonitus inconditos pariunt, aut relinquunt. Suſpicio manet poſt receſſum, aut deſperatio, ut de Bruti Genio legitur. At afflatus diuinus ſiue angelus quiſpiam occurrat, non niſi bona ſaltem mente praeditis ſe offert, ac ſine ſtrepitu ullo ſenſimque accedit, animam exhilarat, ac fiduciam praeſtat, optimamque ſpem.* Sed haec diſcretio non ſufficiens eſſe videtur, cum diabolus ſpeciem angeli boni inducere poſſit, reuelante nobis iſtud Paulo *2. Corinth. XI, 14.* noſque docente hiſtoria de Sevennenſibus, cum pro Gabriele ſe venditauit, cuius relationem cum reſponſo edidit AVG. PFEIFFER. Alia criteria habet PIGNATELLVS *Conſult. XCIV. p 348.* ſed minime ſufficientia; JO. de GERSONA in *MS.* de *Probatione ſpirituum*, per modum artis ſ. doctrinae, inſpirationis & officii ierarchici & *idem* in *MS.* de *Reuelationibus veris a falſis ſecernendis* nonnullas cautelas hac in re affert ſed multas fabulas apparitionum ſanctis factarum intermiſcet, JO. BONA de *diſcret. ſpirit. C V. p. 565.* dicit: *Iudicium, quo fit diſcretio non eſſe certum, & infallibile, niſi adſit expreſſa reuelatio diuina.* BVDDEVS *Theol. Mor.*

*****) intuitu eius felicitatis reuelata. †) Cavendum hic

Mor. P. I. C. IV. §. *13. not. 2.* putat diſcretionem ſpirituum cum propriam, tum aliorum certam eſſe: Sed loquitur de actibus internis, qui ad Magiam diuinam non ſpectant, nec huius loci ſunt: aliquo modo cautelae §. *XII.* & *ſeqq.* datae etiam hic applicari poſſunt; qua in re non ſolum ad doctrinam ſed & ad mores ſtatumque hominum reſpici debet: & § *XIV.* ita dicit: *In illis* (ſcilicet diuinis, quae autor extraordinaria vocat) *ad verbi diuini regulam cuncta diligenter exigenda ſunt, ut ceu ſpurium & ad fallaciam comparatum ſtatim reiiciatur, quod ei repugnat, aut in fide, vel vita, aliud quidquam, quod in eo continetur, nobis obtrudit, vel alia ulla ratione autoritatem eius aut ſufficientiam nobis labefactat. Deinde in his omnibus naturae vires ſedulo explorandae, quae in phyſicis operationibus prout moralibus opponuntur, longe plerumque maiores ſunt quam vulgo eſſe creduntur, & tum demum ſi naturae vires aliquid certo excedere cognoſcamus, deque illorum qui extraordinaria obtendunt ſinceritate ſatis nobis conſtet, quod omnis abſit fallacia, num ad Deum an Diabolum autorem referendum ſit, diſpiciendum idque ex ſubiecti conditione, effectibus, circumſtantiis, ſimilibusque characteribus, quantum fieri poteſt diiudicandum: ita tamen ut in re obſcura ſuſpendatur potius iudicium, quam certe quid pronuncietur.* Conferatur omnino PORSTIVS de *inſpiratit* & MART. DELLRII *disquis. Mag. L. IV. C. I. qu. III. p. 131. ſeqq.* qui tamen multas fabulas apparitionum intermiſcet.

*****) Hac Magia inſtructi fuere Magi diuini, quatenus eorum ſcientia fuit circa naturalia, & quidem mediantibus angelis acquiſita, ſed ſemper requiruntur fideles & regeniti quia angeli boni abhorrent forditatem malorum adeoque differt a ſupernarurali etiam ratione ſubiecti, cum in hac etiam infideles occurrant: Exempla hominum quibus boni ſpiritus ſcientiam communicarunt recenſer Petr. Gregorius de Republica l. XV. c. 1. n. 28. p. 639. *ante Eiusdem comment. Syntaxeon Tom. IV. P. 1. c. XI. n. 37.*

†) Huius magiae finem deſcribit AGRIPPA in *epiſt.* ad *Hermannum ab Wyda. Elect. Colon. L. III. de occulta Philoſ. p. 343. antepoſita: diui-*

hic, ne hanc daemoniacae ††) vel humanæ †††) adſcribamus.

F §. III.

---

norum autem intelligentia purgat mentem erroribus redditque diuinam virtutem operibus noſtris inſolubilem & malorum omnium daemonum fraudes, & obſtacula longe propellit, illosque ſimul imperio noſtro ſubiicit, etiam bonos angelos, & uniuerſas mundi virtutes in noſtrum miniſterium cogit, attracta videlicet abipſo Archetypo operum noſtrorum virtute. ad quem, cum aſcendimus, neceſſe eſt omnem creaturam nobis obedire, totusque nos ſequitur coeleſtium Chorus. Valde ſpecioſa haec videntur, modo media hoc commercium cum angelis obtinendi in iſto libro tractata non eſſent impia.

††) *Quod ipſi Chriſto ethnici imputarunt, ut legitur apud* ARNOBIVM *L. I. quem allegat* FILESACVS de *idol. Magic.* Iudaei, eum expellere daemones per principem daemonum *Matth. IX. 34.* alii vero ipſum arguebant miracula ſua vi Schemhamphoras peragere, Vid. SAMVEL. REYHERVS in *Matheſi Moſaica C. XIII. n. 24.* Et BVXTORFIVS *Lexic. Hebr. Chald. p. 160.* Idem legitur de Moſe in Libro *Caphthor fol. 56: Moſes non eſt uſus, niſi nomine iſto maximo, & omnia miracula ſua, quae fecit, fuerunt per ſchemhamphoras*, ſic quoque Lutherus a pontificiis non nullis habetur pro Mago Daemoniaco, ut patet ex CARPZOV. *Pr. Crim. P. I. quaeſt. 49 n. 36.* de his inculpationibus latius vide JO. REICHEN in der Vorrede von denen Grund-Sätzen des Lasters der Zauberey.

†††) Sic PLINIVS *L. XXI.* Moyſen putat fuiſſe Magum non daemoniacum (ut GOLDASTVS *§. IV. p. 7.* vult) cum nullos daemones extare illum ſtatuiſſe conſtet; ſed naturalem: Idem quoque dicit de Apoſtolo Paulo, quoniam in Cypro coram pro conſule Sergio Paulus in virtute Ieſu ut Elimas Magus excoecaretur juſſit, quem deinde ſanauit, vid. CAMPANELLA de *ſenſu rerum L. IV. C. I. p. 261.* ſic & Moſen traducit CORN. TACITVS *hiſt. L V. C. III. quando ſcribit; Moſen unum exulum monuiſſe, ne quam deorum hominum ve opem exſpectarent ab utrisque deſerti, ſed ſibimet ut duci coeleſti crederent.*

§. III.

Dari adhuc hodie Magiam Divinam & commercia angelorum cum hominibus multi contendunt *) : ego quidem angelorum apparitiones canone Scripturae perfecto factas esse, & adhuc hodie fieri posse , non abnuo; omnibus tamen apparitionum exemplis allegari solitis fidem promiscue adhibere omnino dubito , nec quisquam astutiae hominum Daemonumque non in totum ignarus, mihi hoc invitium vertet; qua de causa si talis casus existit , ante omnia limae S. Scripturae & rectae rationis est subiiciendus : in veteri quidem Testamento, nec non initio noui non tantum invisibili modo homini communicarunt suam opem angeli, sed & visibiliter ipsi in eius auxilium apparuerunt , quia voluntas dei & scientiae humanae non tam clara patebant; hodie vero cum in diuinis habeamus S. Scripturam, & in humanis rationem, quam, si excolere studeamus , infelicitatem nostram accusare non habemus necesse, ideo assistentia spirituum non indigemus; accedit, quod daemon sub hoc praetextu facilius homines circumvenire ac obruere possit, formam scil. boni spiritus præ se ferendo: nec quoque nos talem apparitionem angelorum, tanquam insolitam toti obstupescentes sufferre possemus: **) hinc tali modo

*) CAMPANELLA de *sensu rerum L. II. p. 153. Hoc autem negare imprudentia est, non secus ac si quis negaret, Romam esse, quia ipse non vidit: argumentum Aristotelis in L. de mundo stultum est, quo ait; deum per se posse omnia agere ideoque non indigere ministris Angelis; si enim argumentum valeret , neque Sol & stellae & mare oportuisset existere, quoniam deus potest de se illuminare, & liquidum esse ipsorum loco.*

**) Cavendus itaque HENRICVS MORVS de *immortal. animae L. I. C. 8.* qui immemor illius; *habent Mosen & Prophetas*, eorum , qui ultro huiusmodi commercia cum angelis ambiunt, approbat desiderium,

do Magia diuina non est acquirenda, sed per veras & frequen-

tes

modo illud cum superbia, sui existimatione, peculiarisque alicuius pretii adfectatione non sit coniunctum; sic enim, reiecta illorum sententia quandam in corporibus nostris dispositionem ad talia commercia requiri existimantium, scribit: *verum tamen regeneratio post quam ad debitum gradum peruenit, quanquam id sine multo labore animique angore fieri nequeat, omnem naturae impuritatem facile potest corrigere. Adeo, vt nequaquam par sit, ullum eximie bonum sincerumque hominem de angelorum familiaritate desperare. Etenim, qui tam in magna gratia est apud principem, minime mirum est, eum ab aulico quoque eius paulo crebrius ac benignius salutari.* Cavendus quoque JO. BODINVS, qui in *Daemonomania Magorum, L. I. C. II. p. 79. seqq.* satis aperte statuit, adhuc hodie talia commercia cum angelis iniri posse, eumque in finem prouocat ad exemplum amici sui talem angelum familiarem habentem, quin contendit, unumquemque spreta mortali & terrena parte incumbere debere, ut suam intelligentem animam adjungat angelis mundum intelligentem cum inferiore compingendi studentibus: talemque adeptionem intellectus familiaritatemque cum angelis habuisse Socratem; Verum, nonne hæc, cum satis ab aliis demonstratum sit, Socratis genium malum daemonem fuisse, aperte sapiunt ethnicorum Theurgiam nobis ut Christianis admodum improbandam, quin a *Paulo in Ep. ad Colossos. II. 8.* iam reprobatam, dicente: *videte ne quis vos decipiat per Philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum & Commate 18. nemo vos seducat, palam vobis interuertat, volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit fastuosus ambulans, frustra inflatus sensu suae carnis.* Et quidem Paulum ibi castigare superstitiones ethnicorum, genios ad sensibile commercium pelliciendi, ecclesiam quoque eo tempore invadentes adfirmat GOTHOFR. OLEARIVS dissert. de *daemonio Sacratis.* Add. THOMÆ ITTIGII diss. de *haeresiarchis aeui Apostolici & Apostolico proximi*; & JAC. BANAGI *hist. Eccl. L. XIX. & seqq.*

tes preces ad deum, ad intellectum nostrum illuminandum, voluntatem expurgandum & angelos in auxilium nostrum interno vel externo invisibili quodam commercio mittendos, directas, expetenda. ***)

***) LVTHERVS ad *Genesin* XXII. dissentit ab Augustino optante angelos videre, dicens, *ego non curo angelos, & soleo quotidie Deum precari, ne quenquam ad me mittat, quacunque de causa. Quod si offerretur aliquis, non audirem, sed adversarer: nisi de politica necessitate aliquid significaret, sicut somnia omnia jucunda & laeta in rebus ciuilibus interdum nos solent exhilarare. Et tamen haud scio, an etiam in tali casu auscultare & credere ei velim; Verum in rebus spiritualibus ne requiramus angelos &c.* Add. SAMVELIS SCHELWIG *Cynosura conscientiae*, *quaest.* XVI. *p.* 140. *seqq.* ANDR. KESLERI *Casus Conscient. Cas. IV.* BALDVINI *Casus Conscient. p.* 568. GEORG DEDEREN NI *Cons. Vol. I. P. II. L. I. sect. I. v. V. p.* 384. *seqq.* & VALLA de *discours Philosophique sur la creation & arrangement du monde*, qui *C. V.* rationes dedit, cur angeli non amplius commercium habeant cum hominibus.

CAPVT IV.
DE MAGIA DAEMONIACA.

§. I.

Magia Daemoniaca est scientia rerum naturalium a daemone ex permissione dei homini intuitu eius felicitatis communicata. *)

§. II.

*) dicitur daemoniaca, siue Diabolica ab autore suo Daemone: ab aliis quoque vocatur superstitiosa, hyperphysica & Praeternaturalis, minus tamen recte; Quamuis enim daemoniaca plerumque sit su-

§. II.

Diuidunt illam in operatricem & diuinatricem: *) cum enim diabolus simia dei sit affectans nempe supernaturalia, ita

 circa

perstitiosa, attamen non omnis superstitiosa siue vana est daemoniaca, ut ex *C. V.* §. patebit, nec quoque hyperphysica vel praeternaturalis, quod §. *III. h. c.* demonstrabitur. *Magiae autores & inventores esse daemones, nimis verum est ut ait* FILESACVS *de Idol. Mag.* § *V. fol. 22. deinde ex curiositate res abditas cognoscendi vel habendi est enata; quod & confirmat* EVSEBIVS de *praepar. Euang. L. V. C. VII.* nec non LACTANTIUS *diuin. Institut. L. III.* PETRVS THEODORICVS *Colleg. Crim. C. VII. aph. 2. 933. eam venire aut ex noua rerum indagatione superstitiosa & insolenti admirabilium percipiendorum desiderio, ut magnis plerumque accidit ingeniis aut vindictae cupiditate, aut amoris aestu, aut denique taedio egestatis diutinae & amore immenso ac spe amplarum opum consequendarum:* De huius Magiae variarum specierum inuentoribus vid. POLYD. VERGILIVM de *rer inuent. L. 1. C. 22. seqq.* Late quoque de huius Magiae origine agit WIERVS de *praestigiis daemonum L II. C. III. Col. 146.* & MATHEVS VATERIVS *Opp. T. 1. p. 144.* & *T. II. p. 551. ex hominum curiositate deducit.*

*) THEODORICVS *Coll. Crim. C. VII. aph. III. p. 936.* & FRANCISCVS MONCACIVS de *Magia diuinatrice & operatrice, Aliter* GEORG ADAM STRUVIUS *dissert. Crim. dissert. VII. §. 14.* uti operosus est in Magiae diuisionibus, quae licet omnes sub dicta diuisione comprehendi possint, & saltem ab objecto, modo & effectu sint desumtae, in infligendis tamen poenis allatae a STRUVIO diuisiones usum suum habent: in quibus omnino spectandum, quo magis delictum cum blasphemia sit coniunctum, vel quo proprius familiaritati daemonis accedit, vel quo magis damnum factum vel metuendum sit; eo maior poena locum habet. GOLDASTVS in Rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen-Güter/ §. VIII. usque ad §. XXI. undecim constituit classes Magorum daemoniacorum, inter quos vero nonnullos habet, qui minime pro daemoniacis, sed saltem pro superstitiosis humanis sunt habendi.

circa Magiam operatricem tanquam miracula producentem & diuinatricem prophetias quasi continentem occupatus est; addunt & alii **) Praestigiatricem sensus humanos ita eludentem, vt multa geri videantur, quae re vera non sunt, & ea non videre, quae sunt. §. III.

**) JAN. JACOB. BOISSARDVS de *diuinat. & mag. praestig. p. 26.* de qua JAMBLICHVS ait; *Res, quae a praestigiatis videntur, non habent essentiam in actione, sed tantum imaginationem;* Et quidem ALEXANDER de ALEXANDRO *p. 2.* dicit: *Praestigium proprie sumtum est illusio daemonis, quae non habet causam ex parte mutationis rei; sed solummodo ex parte cognoscentis qui deluditur, seu quantum ad interiores sensus, seu quantum ad exteriores;* De illius etymologia, vid. GODELMANNVM *de Magis l. I. c.* III. *n.* I. *p. 23.* Duplices enim magiae effectus nempe veros & apparentes plurimos agnoscere dicit DELRIO *disquis. Magic. L.* II. *quaest.* VI. *p. 98.* qui & tertiam adiungit speciem mixtorum effectuum ex veris & falsis, siue apparentibus tantum: ad quem *p. 101.* refert. modum Magorum Aegyptiacorum celeris suppositionis serpentum, de quo nos supra C. II. §. . *num.* . IDEM *quaest.* VIII. *p. 104.* cuncta daemones operari vel actione immediata, per motum localem, vel mediata; idque vel applicando actiua passiuis, per alterationem veram; operari ergo 1.) per motum localem 2.) per alterationem, & 3.) per delusionem. Diuiditur Magia praestigiatrix a BOISSARDO *p. 348.* in *Opticam & Pharmaicam,* utraeque ibi explicantur. Sunt vero *praestigiae* vt dicit BVDDÆVS *histor. ecclesiast. per.* II. *sect.* I. § XXXV. *p. 777. vel mere humanae, quae arte aut fraude ac quadam agilitate perficiuntur; vel diabolicae, in quibus opera infernalis genii accedit, cuiusmodi multas fuisse apud Ethnicos, non est quod dubitemus.* Add. *p. 779.* Diabolicas ita describit PIGNATELLVS *Consult.* LXVII. *p. 238. Daemones possunt sensus exteriores immutare ac seducere dupliciter: 1) extrinsecus, obiiciendo sensibus varia sensibilia, non vera, hoc est, non talia, qualia videntur, sed solas eorum imagines & simulachra: vel 2) intrinsecus, commouendo spiritus & humores, quorum commotione etiam sensus exteriores varie afficiuntur & turbantur, vt non recte iudicent de suis obiectis. Sic &*

AMBROSIVS de VIGNATE de *haeresi quaest.* XII. *art. I. n.* 135. *Tract. Tractatuum. T.* XI. *P. II. fol.* 10. *f.* 2. Praestigias Daemonis dupliciter fieri dicit: *uno modo ab intra, quia Daemones possunt Phantasiam hominum, & etiam sensus corporeos alterare, vt aliquid appareat, aliter quam in veritate sit: & hoc etiam interdum fieri dicitur per virtutes aliquarum rerum corporalium: alio modo posse eas facere ab extra &c.* Idem statuit ARNALDVS ALBERTINVS de *agnosc. adsert. Cathol. quaest.* XXIV. *n.* XXVI. *Tract. Tractat. T.* XI. *P. II. fol.* 87. BARTOLOMÆVS SPINÆVS in *quaestione de strigibus* C. XXIV. primum edita in *Tract. Tractatuum c. l. fol.* 363. *Et uno quidem modo potest illudere per praestigium, quo immutatio non ex parte rei visae fit, sed ex parte videntis, eo quod a Diabolo perstringantur oculi videntis, & ad eos deducuntur species rerum sic apparentium ex imaginatione, vel compositae ex illis, ita vt videatur praesens in re eo modo, quo sola imaginatione monstratur &c. Alio modo delusio contingit per apparitionem rei per diabolum nouiter formatae in alicuius similitudinem. Quo casu licet videns deludatur, dum aliquam personam adesse putat, quae re vera praesens non est, causa tamen delusionis, non ex parte videntis, sed rei visae; quo modo dicitur diabolus in Angelum lucis posse transfigurari &c. Tertio modo potest delusio contingere in interiori tantum imaginatione, cum persona tendit in rei similitudinem, quam offert imaginatio quasi in rem ipsam; & hoc contingit in somnis, & in variis alienationibus a sensibus causatis vel per infirmitatem sicut in freneticis, vel per raptum naturalem, vel opere daemonum, & semper in praedictis modis alienationum deceptio immiscetur* Latius quoque id exponit IO. ALTHVSIVS in *Dicaeologica l.* 1. *c.* CIII. *n.* 5. *p.* 389. *seqq.* & DELRIVS *disquis. Mag. l.* II. *Quaest.* VIII. *p.* 106. cuius saltem praecipua excerpemus: Decipit diabolus tribus maxime modis per mutationem, mutando vel *obiectum*, vel *aerem medium*, vel *ipsum organum*; Ex parte *obiecti* docet hoc posse, *primo* ostensarum rerum celeri agitatione, occultatione, varia collocatione, separatione vel conglutinatione latente &c. *secundo* per artem perspectivae; *tertio* formando ex elementis, & potissimum aere obiectum & illud offerendo spectatoribus, *quarto*, cum ap-

ponit

ponit corpus aliquod mixtum, puta minerale, quod vi sua naturali sit in causa, ut corpus, cui opponitur, longe aliud appareat. Ex parte *aeris medii* venit *primo*, si impediat ne species ad oculum vel alium sensum deferantur; *secundo* si medium imbuant aliqua qualitate; qua species per medium transeuntes, sic modificantur, vt obiectum, non quale est, repraesentent; *Tertio*, si medium circa ipsum obiectum inspissetur, mutatur obiecti aspectus. *Quarto*, si moto aere medio simul species moueantur; *quinto* non nunquam contingit falli sensum ex varia conformatione vel multiplicatione specierum sensibilium, quod contingit aliquando ex forma instrumenti, per quod videmus, vel per solum specierum sensibilium, quae sunt causae fallaciae, transitum vsque ad sensus exteriores, siue saltem ad sensum communem, qui sensus eodem modo a speciebus afficiuntur, quo affectae forent, si re vera ab obiectis externis eo species mitterentur. Denique deceptio ex parte *organi* nascitur, *primo*, mutato situ organi; *secundo*, si humores agitentur vel perturbentur, res aliter ac sunt, conspiciantur; *tertio*, si solet impedire sensationem, crassiore aliquo humore obstruens viam, ne spiritus ad organum perueniant, vel alia ratione vim sentiendi hebetans; licet quidem haec DELRIVS c. l. latius & exemplis illustrare conetur, multa tamen cum in exemplis, tum in rationibus essent notanda, si a nostro instituto longius vellemus recedere: Interim ea unius cuiusque judicio relinquimus, hocque statuendum esse putamus: Daemonem saepius *intra* agere, corrumpendo *phantasiam* vel tangendo, siue afficiendo *organa* aurium vel oculorum hominum, vt audire, vel videre quaedam existiment, quae tamen non sunt; quam *extra* ex parte *obiecti* vel *aeris inter medii* Phantasmata scilicet hominibus obiiciendo, quia hoc illo multo difficilius daemoni, ut pote spiritui, esse facile patet; vnde & FRID. HOFFMANNVS in dissert. de *potent. diab. in corp.* §. *XVI pleraeque actiones in Magis sunt*, *non nisi insomnia daemoniaca*, *siue reales influxiones*, *daemonis in vigilantium phantasiam*. Et autor *de la dissertation de l' apparition des esprits a l' occasion d' u' avanture, qui êt arriuée a s. Maur.* apparitionem spirituum ita describit *Ce n' est que le raport & l' espèce dans l' organe de la vüe &c. vid. Nouuell. de la republique des lettres 1707. p. 34.*

§. III.

HAec Magia est scientia rerum naturalium, *) non supernaturalium, **)

G nec

*) Sic THOM. CAMPANELLA de *sensu rer. L. IV. C. V. 289.* dicit: *Magia Daemoniaca est palam aemulatrix diuinae & cultum illius imitatur, sed re vera in naturali suas operationes fundant daemones. At saepe iubent constellationos obseruare, & caeremonias, quae ad rem non conferunt, sed vt sibi cultum arroget, aut quia eo tempore nouit, rem perfici iuuante caelo, quod ipse per se non potest, aut quia diuinissimas creaturas operibus suis sordidis in nostra opinione labefactare studet, & impietatem suggerere passim & scientiarum abominationem, vt ignorantia crescente sapientiam ab hominibus eradicet, & suas falsitates persuadeat.* Et DELRIVS *Disquis. Mag. L. II. quaest. VIII. p. 105. Videt enim* (daemon) *naturalium rerum omnium substantias & proprietates peculiares singularum perspectas habet, commoda nouit applicandi tempora, solertiae & artificii vix est quicquam quod ignoret; quid enim, adeo diuturna & assidua experientia atque obseruatione, non sit assecutus? praesertim cum norit cuncta, quae boni angeli a mundi exordio patrarunt, & quae homines excogitarunt* &c. *Nunquam tamen haec opera naturae cancellos effugiunt, eo quod vim naturalem causae principalis non excedunt. Insunt enim re vera hi effectus in ipsis naturalibus agentibus, eo modo, applicatis; quibus agentibus diabolus nihil confert applicando, praeter conditionem sine qua effectus iste non produceretur: licet enim daemon utatur rerum applicatarum vi naturali, operatur tamen ipse, per modum artificiosum:* Nec non BOISSARDVS de *Diuin. p. 346. Nam daemones naturali solertia & rerum omnium naturalium scientia, quam perfectissime norunt, longaque temporum experientia animaduerterunt, rerum facultates virtutesque didicerunt, & earum inter se Sympathiam & Antipathiam perspiciunt, ita, vt ex earum temperatione & applicatione, tempore & loco multos effectus mirabiles inde eliceant, & ob oculos ponant.*

**) Magos vel Daemones supernaturalia efficere non per se. *C. II.*

dictum, sed sunt vel mere res naturales, vel praestigiae, quod & affirmat DANAEVS de *sortiariis C. IV. p. 90. Certissimum est, Satanam non nisi & per causas naturales, & per modum naturalem efficere quicquam posse. Nam quicquid ille vel ipse per se, vel per suos & Magos & sortiarios facit, aut omnino mera animi oculorumue illusio est, aut verus causarum tantum naturalium effectus. Aliud enim aut potentius nihil quicquam potest.* Quare plane impossibile est, vt GRILLANDVS, BINSFELD, REMIGIVS, SPRENGERVS, INSTITOR, MOLITOR, ELICH, BODINVS aliique defendere conantur, daemonem vel Magos siue lamias se ipsos, vel alios homines in bestiam vel aliam formam transformare posse, se intromittere in quascunque aedes etiam clausas, res duras in alterius corpus defigere, morbos praeternaturales excitare, aerem turbare, resue transmutare, aliasue res supra-vel contra naturales, quas alii tecto nomine praeternaturales vocant efficere, quas recensere operae pretium non erit, illarum tamen ab omnibus daemonographis fit mentio, inprimis tales magno numero congessit DELRIVS *disquis. Mag. L. II. quaest. IX. p. 109.* usque ad finem *h. l. p. 276.* illas passim refutans, passim ipsis inhaerens; Optime tales explodit IACOBVS I. REX in *Daemonolog. L. II. c. IV. Opp. p. 53.* WIERVS de *praestigiis Daemonum tot. libr. III. col. 231. & VI. C. XXXVII. col. 769.* IDEM de *Lamiis* & GODELMANNVS *tot. Lib. II.* Nec tamen PETRI GASSENDI *Syntagm. Philosoph. Epicur. P. II. Sect. II. C. VI. p. 311.* FRANCISC. BACONIS de VERVLAMIO in *historia naturali cent. X. Opp. p. 948. §. 903.* MICHAEL. MONTANI *l. XIII. C. XI. des Essais*; IO. ab HEEMSKERCK *p. 61.* SIMON. EPISCOPII *institut. Theolog. l. III. Sect. III. c. I. p. 143. seqq.* aliorumque, qui totum hoc negotium pro nugis ac anicularum deliramentis, impostorum fraudibus & creduli vulgi fabulis habent, opinioni accedo, sed quando ab ipsis supra naturae vires fieri quid videtur, daemonum praestigias sensuumque ludificationes subesse arbitror, vid. *C. XII. Episcopi* & *c. XIV. Nec mirum, caus. XXVI. qu. V.* vbi talia non vere fieri, sed phantastica ac praestigiosa esse probantur.

***) Quia

nec praeternaturalium, ***) bene autem superstitiosarum:

***) Quia non datur Magia praeternaturalis, vt *C. II. §. I.* notatum est; licet enim diabolo, tanquam spiritui libero, quaedam competant, quae sunt supra naturam particularem scilicet hominis (quatenus hic corpore inclusus est) non tamen sunt supra naturam vniuersalem, sed respectu diaboli sunt naturalia, nec illa ad Magiam Daemoniacam spectant, quippe quae non nisi sibi conuenientia & homini communicabilia comprehendit, nec aliter differt ab humana, quam quod haec mediante solo intellectu homini acquiratur, illa vero, accedente diaboli communicatione. Artes itaque, quas Magi vel Sagae callent, sunt vel *humanae*, quarum scientiam non a daemone, sed mediante intellectu acquisiverunt, vel *daemoniacae*, quarum cognitionem acceperunt a diabolo, cumque Diabolus non possit nisi naturalia, multo minus homini scientiam rerum praeternaturalium tribuere potest; communicantur vero homini hae artes, vel earum causa relata, vel saltem earum effectu: illam non facile, nisi in rebus leuibus communicat, ne hac aperta homines illius ope non indigentes ex potestate sua amittat. His vero rebus reuera inest vis ac efficacia sine daemonis ope quid efficiendi, quod & confirmat GRILLANDVS de *sortilegiis quaest. II. n. 5. Tract. Tract. fol. 382. Non nego tamen, quod si aegritudines ipsae ex rebus duntaxat naturalibus causantur, puta veneni, quod & rebus etiam naturalibus contrariis tolli possint, absque Daemonis operatione, si homines per se aut naturali scientia haec scire possent, & naturalium virtutes & potentias ita subtiliter cognoscerent sicut Daemon. Quia ea, quae mediantibus naturalibus proueniunt, mediantibus etiam contrariis naturalibus tolli necesse est, per ea, quae proxime diximus; Sed quia istorum naturalium virtutes & potentiae homini vt plurimum sunt ignotae, tam in specie, quam in genere in arte Medicinae, & Daemon, qui subtilissimus est, & perfectissimus naturalium virtutum cognitor, melius caeteris omnia ista nouit, nec vult illa posse cognosci, nisi per illos, qui sub sua fide diabolicam religionem profitentur.* Add. *quaest. V. n. VI. fol. 385. & quaest. X. n. III. fol. 394.*

rum: ****) quales sunt v. g. certa verba, carmina, imagines, characteres aliique ritus, quorum ab omnibus daemonographis fit mentio, quibus in se spectatis nullus, vel saltem talis, quem Magi intendunt, non est effectus, nec ulla iis accedit vis, neque a parte diaboli, *****) neque a parte hominis,

****) Ab his rebus superstitiosis daemoniacis differunt res superstitiosae humanae, quibus quidem etiam nulla inest vis, sed tamen daemon non solet iis accedere vel occasione earum agere, de quibus *C. V.* §. dicendum. PLINIVS *L. XXVIII. C. II.* quaestionem, an his verbis superstitiosis & incantamentis quaedam insit vis, tractat, plurimamque exempla adducit incantamentorum, quae mirificos habuerint effectus ob pronuntiationem verborum, quae ad rem facerent; Sic & FICINVS, AVICENNA, POMPONATIVS, ALBERTVS M. PARACELSVS aliique vires & efficacias naturales, partim ipsis rebus, partim formae ipsarum atque structurae, vel personis istis vtentibus vel denique loco & tempori tribuunt, quos tamen refutat GODELMANNVS de *Magis & Lamiis L. I. C. VIII. n. 44. p. 92.* DELRIO *disquis. Mag. L. I.* C. *IV. quaest.* III. *p.* 41. THOMAS ERASTVS in *repet. disp. de lamiis p. 63. & 64.*

*****) LAMBERTVS DANAEVS de *sortiariis C. IV. p. 87.* BODINVS *Daemonoman. L. II. C. VIII. 390.* HENR. VALENT. VOGLERVS in *Physica & Metaphysica sacra* ad *Galat. III. 1. p. 367.* putant, licet per se iis rebus talis non insit vis, eam tamen accedere interueniente pacto cum diabolo; Verum cum Daemonis potentia naturalibus sit adstricta, talia vero istis rebus non insint, nec quoque intercedente pacto, vim iis accedere puto; sed soli Diabolo tribuendum erit, qui occasione istarum rerum sponte & libenter obsequitur, atque his rebus, interueniente pacto, se cogi posse fingit; pactum itaque cum Diabolo iis effectum tribuit eo sensu, quod diabolus per mandatum vel impetrationem hominum obligatus sit ad id faciendum, non vero quod pactum vim rebus, quae illis re vera non inest, tribuat; quo propius ergo quis pacto expresso vel tacito diabolo iun-

nis', †) sed solus Diabo-

G 3 lus

ctus est, eo facilius vel per iussum, vel per preces effectum ab eo impetrat. Quod vero diabolus saepius iussui vel impetrationi sibi pacto ebstrictorum obtemperet, quam aliis, ratio esse videtur, vel quod videt tales homines ipsi non adhaerere, vel quod Deus ei non tam facile permittit, tales homines seducere, quam illos qui ab eo defecerunt, quos deinde eo magis obdurat. Quod autem occasione talium rerum nonnunquam etiam sine interuentu alicuius pacti agat, videmus ex exemplo alumni cuiusdam in Coenobio Walckenriedensi, qui forte in tales res superstitiosas, circulos scil. & characteres incidit, ibique pedibus ita haesit, vt neque recedere, nec subtrahi posset, antequam literas & characteres in pariete extantes & qui a nemine alio videri poterant, praeceptori designaret, thesaurumque ibi latentem ita reuelaret, quae historia refertur a SAMVEL. REYHERO de *nummis chymicis c. XXXVII. p. 132.* & ex eo refertur a TENZELIO in *Monath. Unterred.* de *Anno 1693. Mense Augusto p. 602.* usque ad *606.* necnon HENR. VALENT. VOGLERO *C. II. p. 379.* qui & alia exempla, in quibus hae res vim etiam in innocentibus nullo pacto daemoni adstrictis habuissent, profert, adeoque cum primum solum vi pacti hanc vim adscribat, sibi contradicit. Nobis dicendum, nullam iis rebus inesse virtutem, sed solum diabolum ex permissione Dei ob hominum licet innocentum credulitatem & superstitionem concedentis, tale perfecisse, talemque effectum iis rebus tribuendum finxisse; Et licet opponant, harum rerum contemtores & saepissime grauissima damna ex iis percepisse; Hoc tamen prouenisse verosimile est, non quod vanitatem illarum irriserint, sed quod profani & omnis religionis essent subsannatores, vel alias ex iusto Dei iudicio.

†) IOAN. BAPTIST. HELMONTIVS *Opp. tract. L. IV. C. X. §. V. p. 537. seqq.* docet, diabolum per se esse inefficacem ad perficienda opera, nisi anima mancipii adiuuetur, & sibi adsciscat mentem humanam, cui haec inferiora subsunt; vt vero incantatio procedere possit, dicit; *diabolum potestate libera, & a*

Sagis mutuata exigere contactum, vt formatas a cliente suo ideas connectat, & sic diradiet in formas substratas. Eum tamen reprehendit ROBERT. BOYLE in *dubiis paradoxis Chymico Physicis p. 102.* Vid. CAROL. FRIDER. ROMANI *sched. an dentur spectra & Magi? p. 63.* Alii vt GRILLANDVS de *Sortileg. qu. VIII. n. 1. fol. 391.* BODINVS *daemonom. L. II. C. VIII. p. 391.* & PETR. LOYER de *spectris L. I. C. vlt.* & *L. IV. C. 4.* putant, a parte hominis vim quandam his rebus superstitiosis accedere, nec daemonem solum talia perficere posse, sed vti debere ministris suis, sagis, vt Synergis, quod inter cetera inde constaret, quia sublatis Sagis vel rebus superstitiosis repente cessarent effectus isti noxii vel salutares, vt habet BODINVS in *confutat. Wieri p. m. 741.* & ex eo PIGNATELLVS *Consult. L. VIII. p. 199.* Sed licet haec mala iis sublatis cessent, hoc tamen non fit, quod Sagarum consensus deficiat, res superstitiosae remotae sint, sed quia diabolus vel consulto desistit a nocendo vel adiuuando, ex hac ratione, vt homines in opinione superstitiosa detineat, quasi sine iis nihil possint: vel Deus diabolo non diutius permittit, quod vero diabolo Magorum vel sagarum interuentu facilius talia permittat, iusto Dei iudicio fit cum ab illo deficientes, tam sagae quam alii hisce in rebus nimis creduli ac Magis, vel sagis tantam vim adscribentes eo magis obdurentur, de quo luculentissimum exemplum extat in Pharaone, quodque bene explicatur in *C. XII. Episcopi XXVI. qu. V. Sed vtinam solae in perfidia sua periissent, vt non multos secum ad infidelitatis interitum pertraxissent. Nam innumera multitudo hac falsa opinione decepta, haec vera esse credunt, & credendo a recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis aut numinis extra vnum DEum arbitrantur. Quapropter sacerdotes per ecclesias sibi commissas populo Dei omni instantia praedicare debent, vt nouerint haec omnia falsa esse & non diuino, sed maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari.* Et *c. XIV. Nec mirum XXVI. qu. V. His ergo portentis per daemonum fallaciam illuditur curiositas humana, quando id impudenter appetunt scire, quod nulla ratione eis competit inuestigare. Haec potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sibi apta, hoc*

est, prauos homines seducat illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio, iuxta Pauli sententiam (II. Timoth. IV.) *Sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur variis desideriis, semper discentes, nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Nec non a WIERO de *praestig. daemon. l. III. c. II. col. 271. At homines, Augustino teste, malarum rerum cupidi occulto quodam iudicio diuino traduntur illudendi & decipiendi pro meritis voluntatum suarum illudentibus atque decipientibus eos praeuaricatoribus angelis, quibus ista pars mundi infima secundum pulcherrimum ordinem rerum, diuinae prouidentiae lege subiecta est. Et paulo post subiicit: Hos Paulus II. Timoth. III. & ad Ephes. II. vocat filios contumaces, in quibus agit spiritus ille, cui potestas est aëris eludens subtilitate & dolo inimitabili haec sua instrumenta, in ipsius inductiones propendentia: nimirum has mentis acie lusas, effascinatas, maleque feriatas mulierculas; quas ita dementat, vt quidquid illarum phantasiae suggerit, aut quodcunque etiam malum ab ipso, vel etiam hominibus, Dei abstrusa permissione perpetratum est, aut quaecunque ludibria praestigiis conspicienda illis ostendit, eius malesuadi suggestione, a se designata (licet phantasmata vel insomniis solummodo nota) perperam credant miserae, quaestionibus subiectae confiteantur, a propria confessione mortis sententiam audiant, dirisque tandem flammis deuoueantur.* Inde patet in inferendis malis sagarum consensum diabolo non esse necessarium quasi ille sine earum consensu nihil efficere posset, cuius contrarium tamen patet ex historia Jobi, nec in his rebus superstitiosis posse dici, diabolum ministerio Sagarum ista fecisse, multo minus lamiam ope diaboli: sed solus diabolus effectus per res naturales producit, unde & PETR. AERODIVS *rerum iudicatarum pandect. L. VIII. tit. VII. C. XVIII. p. 481.* impotentiam lamicam irridet; nec obstat, quod dicant, experientiam ac Sagarum confessionem vnanimem docere; ipsas quandocunque lubet, haec posse efficere. Nego I.) quod illae, quandocunque eam potentiam habeant, cum DEus non semper id permit-

mittat, & 2.) licet DEus semper id permitteret, tamen sententia mea non conuellitur, quod diabolus ad Sagarum mandatum vel preces quocunque tempore sint factae, hoc efficere possit, etsi diabolus ipsis persuadet, sibique imaginantur, se ipsas id efficere. Hic tamen non talem persuasionem intelligo, quando somniantium vel melancholicarum vetularum sensus diabolus ludificat ac deprauat, ac re vera nihil fit, nec ullum damnum infertur, quod tamen etiam fieri non nego, sed quando in nocendo vel adiuuando, quod reuera fit, ipsis persuadet, ipsas per suas artes superstitiosas efficere, cum tamen nihil contribuant, sed solus faciat; Consentit mecum PIGNATELLVS *consult. L. VIII. p. 199. omnino*, inquit, *statuendum, lamias & sagas ipsas operationum talium causas non esse, sed daemonem, sagas vel saltem instrumentales, aut potius impellentes causas, vt pote, ad quarum voluntatem & preces daemon, Deo permittente, tales morbos hominibus infligit, aut qui a natura ortum habent, eos sua ope a sagis induci, iis persuadet; Ideoque vt veneficium appelletur, necessarium est, vt daemon & saga concurrant. Ubi enim daemon solus precibus & pacto Sagarum non instigatus, hominem affligit, id quod Jobo accidit, tunc proprie veneficium, aut actio magica non appellatur, sed tum solum veneficium dicitur, cum daemon in gratiam veneficae, ac eius precibus vel pacto inuitatus homini nocet, & damnum infert* add. IACOBI REGIS *Daemonolog. l.* II. *c. V. Opp. p. 54.* & *55.* Sed inde non sequi videtur, quod Magi vel Sagae nulla poena sint afficiendi, sed omnino ea de causa poenam merentur, quod & vult STRVVIVS de *Invocat. nom. diu. aph. XXXV.* in *fin.* & hanc rationem affert: *Siue haec ipsi vti profitentur, & Ioan. Bodinus non negat, siue diabolus ex permissu abstrusaque Dei voluntate, dicente Wiero praestiterit, ob cupiditatem in nocendo, & a se effectorum opinionem morte per ignem perimi possunt*; Ex eadem ratione idem affirmant PIGNATELLVS *c. l.* IO. FRANC. de PONZINIBVS de *Lamiis c. 69. tract. tractat. fol. 355.* & autor *de la reponse aux quaestions d'un prouincial* C. XXXIII. *seqq.* Nec non BENEDICT. CARPZOVIVS *Iurispr. Forensi. P.* IV. C. II. *def.* I. *n. 15.* Verum putarem, solum animum siue voluntatem

lus ††) per artes naturales eum effectum producit, ipsisque persuadet, illorum adhibitas superstitiosas res talem vim habere; vt homines in coeca superstitione & admiratione naturalium quasi miraculorum detineat.

H §. IV.

tatem nocendi non posse subiici poenae, quo facit *L. 18. D. de poenis*: *Cogitationis poenam nemo patitur*, adde *L. 53. §. I. L. 125. de verbor. signif. l. 67. pr. de furtis*; nec persuasionem effectorum: hoc enim modo sequeretur, quod si delictum, quod & alias patrare affectaueris ab alio patratum sit, tu vero ex Melancholia tibi persuaderes; te hoc perpetrasse, tibi poena sit infligenda; vnde etiam GEORG. MVNDIVS *consil. Vol. II. conf. VIII. n. 64. p. 106.* decidit damna a sagis data illarum heredibus non esse resarcienda, quod vt *n. 87.* dicit, *a diabolo, mentem obfuscante Saga delusa & decepta, talia se patrasse credere potuerit, quae tamen ab ipsa non facta.* Ergo aliud fundamentum quaerendum nempe mandatum expressum vel tacitum, quod hic semper subest, cui accedit ratificatio commissi a diabolo facinoris, quae consistit in delectatione siue complacentia eius facti, ac ex hoc fundamento venit iis aliquod imputandum; nihil enim refert vt inquit VLPIANVS in *L. 15. ad Leg. Cornel. de sicariis & veneficis: occidat quis an causam mortis praebeat Mandator caedis pro homicida habetur*, add. *L. 30. §. 3. ad L. Aquil. L. 4. §. 4. vi bonorum rapt. & L. II. §. 3. de iniur. L. 5. C. de accusationibus.* In aliis vero delictis, quae sagae vel magi sine diabolo per se vt alias mali homines delictum committunt in totum ipsis imputandum, & pro ratione delicti poena afficiendi nisi quod si plura delicta vt plerumque fit, vel pacta cum diabolo concurrant, poena possit exasperari.

††) IVLIVS CAESAR SCALIGER de *subtilitate L. XVI. exerc. 349. p. 1085. Auctor Fascini est malus daemon, non vt hominem faciat potentiorem, sed vt ipsum deciperet credulitate, atque socium haberet tum impietatis, tum aeterni exitii. Ipse igitur agit daemon stultus ille, ac vecors, putat suis se vocibus agere.* Et TRITHEMIVS *quaestionum libro qu. VI.* in AGRIPPAE *operibus Tom. I. p. 673. Non*

§. IV.

Acquiritur haec Magia mediante Daemone siue spiritu malo; *) hic

enim causantur mirandi effectus maleficarum ab huiusmodi mediis, quibus vtuntur, ad maleficandum, vt sunt, capita mortuorum, bufones, serpentes, characteres, imagines, & his similia, sed ab instituente haec signa diabolo: qui cum sit superbissimus, deo cupit in omnibus videri comparandus. Eiusdem sententiae est, REX IACOBVS in *Daemonolog. l. I. c. IV. Opp. p. 47. Rudimenta diaboli primum voco, quod vulgus virtutem dicit in verbis, herbis, & lapidibus; quando ista absque ratione physica cum incantamentis adhibentur; superstitiosos praeterea actus ritusque & alia inusitata, anilia, quae Lydii lapidis nempe rationis vsum non ferent;* & *p. 48. Postquam enim homines curiosi, sed scientiae & pietatis inanes, haec talia comperiunt re ipsa euenire (eueniunt autem pleraque non facultate aliqua verbis & nugis insita, sed diaboli insidiis) inanis gloriolae pruritu ex illo artificio famam mereri volunt.* Nec non PIGNATELLVS *Consult. LVII. p. 91.* & *Tom. II. Consult. CXXXVIII. p. 22. nam vt alias daemoniis, cum quibus pactum iniit, persuadet, si res nullius momenti vel liminibus domus, vel lectis imponant, se iis effectus illos, quos cupiunt, praestare, cum tamen omne illud daemonis opera praestetur, ita quoque idem veneficis persuadet, vt eum cui nocere volunt, toruum aspiciant, ei male precantur, interim visus voxque nihil tale praestant, sed omnium illorum, quae hominibus vel brutis accidunt, malorum auctor daemon est.* WIERVS de *praestigiis Daemon. L. III. C. XXXVI. col. 365. Cum bona venia mei olim heri & praeceptoris venerandi Agrippae, haec mere inania esse, adeoque ridicula cum Cardano libere assero, atque Satanae instinctu in vsum vocari: quasi aliquid hi possent res prorsus inefficaces frivolasque; hoc autem fit, quo a se designatum id quod apparet malum, a daemone constructum, vel alias* Dei *occulta voluntate, aut naturae vitio natum credant non sanae feminae: potissimum cum eas noua imbui virtute ex inepta vel blasphema aliqua admurmuratione, aut imprecatione maligna, falsa opinentur persuasione.* Adde *Eundem Lib.* de *lamiis col. 61. seqq.*

*) Daemon esse vocem graecam, & significare scientem, natales

hic enim agit in hominibus interne vel externe: **) interne in omnibus hominibus impiis, quo pertinent peccata: ***) externe, & tunc vel ſine pacto, vt in idololatria aliisque ſuperſtitionibus, commercio cum daemone ſine interuentu alicuius pacti procedentibus: vel cum pacto eoque vel expreſſe vel tacito.

H 2 §. V.

vero ſuos debere hebraicae linguae demonſtrat HECT. GOTHOFRED. MASIVS de *exiſtent. daemon. C. I.* §. *1. p. 1.* & LACTANTIVS *L. II. C. XIV. Daemonas autem Grammatici dictos eſſe aiunt quaſi δαήμονας, id eſt, peritos ac rerum ſcios.* HENR. MORVS in *myſter. pietat. p. 418.* quidem deriuare vult a δαίω, eo quod daemones ſint animae a corporibus ſuis diuiſae atque ſeparatae, ſed falſo, quia illam vocem quoque de Deo ſummo apud ethnicos vſurpari patet ea MASIO *c. l. §. III.* Sumi etiam pro anima rationali non tantum tum eſt in corpore, ſed & ſeparata, pro inſanis & furioſis, pro poetis, apud Judaeos pro prauis affectibus, & denique bro bonis & malis ſpiritibus IDEM probat §. §. *ſeqq.* Add. IACOB. THOMAS. ad *theſin 4.* Exercitat. de *ſtoica mundi exuſtion. p.* 23. MARTINI *Lexic. Philolog. fol. 557.* & GOTTFR. OLEARII Diſſert. de *daemonio Socrat.* §. *2. & 3.*

**) Sic CHRISTIAN. THOMASIVS in *Cautel. circa praecogn. iurispr. C. XII. §. 65.* ait: *diabolum eſſe ſubſtantiam extra & intra hominem operantem.*

***) Tales impii non poſſunt Magi dici; cumque illa peccata verſentur circa cogitationes, quae LL. non ſubiacent, magis pertinent ad Theologos quam JCtos. Ceterum vide de iis BVDDEVM *Theolog. Mor. P. I. C. II.* § 27. & in *not.* vbi demonſtrat, daemonem agere in homine, non ſolum mediate, mediante ſcil. concupiſcentia, ſiue labe originali; eaque vel mota a ſeſe, vel mota & incitata a diabolo. CHRIST. CHEMNITIVS de *tentat. ſpirit.* §. *XI.* ſed & immediate, ſuggerendo animae talia, cuiusmodi erat ſeductio Euae & proditio Judae. Conferatur BREITHAVPT. *Thes. credend. & agend. L. I. C. III. Thes. V. p. 47.* & BVDDEVS *c. l. §. 62. ſeqq.*

§. V.

Semper agit daemon ex permissione Dei, *) nunquam ex illius

---

*) Daemones, vt ait GRILLAND de *sortileg. qu. 7. n. 14. fol. m. 389. Multa facere possunt secundum eorum naturalem virtutem, & potestatem, quae tamen facere non possunt, diuina prouidentia ipsos reprimente, & eorum operibus resistente, & sic maiora possunt in habitu & potentia, quam in actu.* Concurrunt enim in Magia tria, vt ait IO. ALTHVSIVS *Dicaeologic. l. 1. c. CII. n. 4. p. 385. Voluntas diuina permittens, diaboli peragens & hominis desiderans per verba concepta vel diaboli inuocationem.* Diabolum non pro lubitu, sed ex permissione Dei agere, colligere possumus ex Homero & Ouidio, qui Jouem introducunt dicentem ad ceteros deos, se non posse omnia facere, eo quod fato subiectus esset, vtque aequi bonique consulant, si petitionibus ipsorum minime satis faceret, in hoc responso LVCIANVS irridet omnes deos, nec non ARNOBIVS *L. VIII. contra gentes* vid. CAMPANELL. de *sensu rer. L. IV. C. III. p. 276.* & LIPSIVS *L. I. C. XX. de constantia.* Hoc fatum, quid aliud innuit, quam permissionem Dei; sic quoque CARDANVS de *subtil. L. XIX. Opp. p. m. 656.* de daemone patris sui Facii Cardani ex eius MSS. narrat: *cum pater meus interrogasset, cur si thesauros nossent, ipsi non reuelarent hominibus: respondent? Sancitum esse hoc priuata lege maximis poenis, ne quisquam hoc eis communicet.* En praetextum! quo impotentiam suam respectu permissionis Dei Daemones inuoluant. AVGVSTINVS de *Trinitate L. III. c. 3.* quem profert FILESACVS de *Idololat. Mag.* §. *2. fol. 4.* postquam narrauit Magos Pharaonis defecisse in tertio signo, quando quidem Cuniphes i. e. musculos breuissimos producere non potuerint, exemplo Mosis, ac tum exclamasse, *digitus Dei est hic,* concludit: *Angelos transgressores nihil posse nisi data desuper potestate. Datur autem vel ad fallendos fallaces, sicut in Aegyptios & in ipsos etiam magos data est, vt in eorum spirituum seductione viderentur admirandi a quibus fiebant, a Dei veritate damnandi vel admonendos fideles, ne aliquid facere pro magno desiderent.* Id.

illus mandato; **) permittit autem Deus diabolo in Magia vel ad fallendum fallaces, ficut Aegyptios, & ipfos quoque Magos, vt eorundem fpirituum operatione viderentur admirandi, a quibus erant damnandi: vel ad monendum fideles, ne tale

 quid

AVGVSTINVS de *Trinit. l. III. C. VIII. Sed nec boni haec nifi quantum Deus iubet, nec mali haec iniufte faciunt, nifi quantum iufte ipfe permittit. Nam iniqui malitia voluntatem habent iniuftam, poteftatem autem non nifi iufte accipiunt, fiue ad poenam fuam, fiue ad aliorum vel poenam malorum, vel laudem bonorum.* Huius fententiam defcribit GREGORIVS in *Comm. c. XVIII. C. III. Omnis voluntas diaboli iniufta eft, & tamen permittente Deo omnis poteftas iufta.* vid. FILESAC. de *Idololat. Magic.* §. *III. fol.* 15. quod & confirmat PIGNATELLVS *Conf. L VIII. p. 204. iudicia Dei effe occulta, fed femper iufta, & iudicia Dei effe abyffum multam Pfalm. XXXV.* 7. *qui & multos ob peccata poena infligit, & pios affectionibus probat exercetque & a peccatis abftrahit, ipfe vero vbique & femper gloriofus eft.* Add. WIERVM *L. I. C. XXIII. col.* 124. Iam ORIGINES in Opere *contra Celfum L. VIII. p. 398.* obferuauit daemones femper quidem nocendi effe cupidos, fed non femper poffe laedere, eo quod prohibeantur. Vid. BVDDEVM *Theolog. Mor. P. I. C. II.* §. *27. not.* 2. circa *fin.*

**) Non agunt daemones ex mandato Dei: Deus enim iis nunquam vtitur, neque ad promouendum fuum honorem, fic Chriftus nolebat nominari a diabolis: neque ad iuuandos homines, vt quidem PARACELSVS de *morbis inuifibilibus p.* 113. affirmat. *Si Deum toto corde amemus, etiam diabolus nobis offerat argentum, aurum, iuuet nos, exhibeat nobis medicamentum, eripiat nos e carcere, credendum, hoc iuffu Dei fieri*; fed nullum exemplum in S. Scriptura extat, quod Deus hominibus per daemones beneficium exhibuerit; femper enim bonis Angelis vfus eft. Vid. *Acta Apoft. XII. 7. feqq.* vnde PAVLVS I. *Corinth. X. 20.* vetat, *nos fieri focios daemonis*: neque ad puniendos pios vel malos, illos ob eorum commodum, hos ob eorum peccatum; male

quid facere pro magno desiderent: vel ad exercendum siue probandum iustorum patientiam. ***)

§. VI.

Subiectum huius Magiae est homo *) pactum expressum vel

igitur Satanas lictor & carnifex Dei dicitur a GODELMANNO de *Magis & veneficis L. I. C. VII. n. 14. p. 68.* Sed Deus in executione poenarum utitur bonis, vti videndum de Angelo in Aegypto & in Castris Assyriorum, quos bonos fuisse affirmat BVDDEVS *Histor. ecclesiast. P. II. Sect. I. §. XII. p. 559.* vel etiam naturali & ordinario causarum ordine; ex quo fluit, malum non statim diabolo esse adscribendum, cum nihil possit nisi ex permissione Dei, quam vero in bonis vt in Jobe non facile impetrat, in malis vero non facile facit, ne hoc modo asseclas & coniuratos suos deterreat, vnde potius videmus, quod DEus quasi necessitatem quandam propriae punitionis ex quolibet malefacto prosilientis naturae imposuit, quo facit regula; *per quod quis peccat, per idem punitur & idem.*

***) Quare autem Deus diabolo talia permittat, explicat latius PETR. LOMBARDVS *l. II. sentent. distinct. VII.* BODINVS *Daemonom. l. III. C. III.* & IOAN. TRITHEMIVS *Quaest. Libro quaest. 7. in* AGRIPPAE *Opp. T. I. p. 679.*

*) Tales vulgari consuetudine maleficos appellari dicunt IMPP. CONSTANTIVS & IVLIANVS, VALENTINIANVS, THEODOSIVS & ARCADIVS, in *L. ult. C.* eod. eos communis salutis hostes nominant, de aliis eorum variis nominibus vid. PIGNATELLVM *Cons. LV.* & STRVVIVM *Diss. Criminal. VII. §. III.* GOLDASTVS *im rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen-Güther* § *XXVI.* recenset quosdam, qui mediante diabolo acquisiuerint suam Scientiam, quorum tamen plurimos defendit NAVDAEVS in *Apolog.* & ipse GOLDASTVS in *fine* dicit; *Es mus aber mit gutem Verstande und reiffen Bedacht, was von solchen Leuten angegeben wird, geurtheilet werden, denn nicht alles wahr, was von diesem oder ienem Gelerthen Mann geschrieben wird, die Affecten lauffen offters mit unter.*

vel tacitum cum daemone habens; **) pactum expressum definiturum

**) Sic DELRIO *Disquis. Mag. L. II. quaest. IV. p. m 89. omnes operationes magicae velut basi innituntur pacto per Magos inito cum daemone, ita vt quotiescunque collibitum mago aliquid efficere adminiculo artis suae, vel expresse, vel implicite teneatur a daemone poscere, vt ex condicto concurrat.* Licet DELRIO *c. l.* tam late pactum accipiat, vt omne commercium cum daemone sub eo comprehendat, sic e. g. ad pactum refert, si quis ignorans vtitur signis, de quibus *nota seq.* dicetur; Verum si pactum hic supponendum, scientia semper adesse debet, quod a se primo obseruatum esse scribit IO. BODINVS *daemonom. L. I. C. I. p. m. 59. & C. III.* in *fin. p. 116.* quia ad pactum consensus expressus vel tacitus, quem ignorantia excludit, semper requiritur; si vero tale pactum non subest, incidit saltem in idololatriam, paganismum, apostasiam, impietatem, aliamque superstitionem quod etiam adfirmat GOEDDEVS de *delict. P. II. C. VI. con. VII. quaest. 7.* Nam solum commercium apertum vel tectum cum diabolo pactum non statim inuoluit, ne quidem tacitum, cum hoc requirat consensum tacite per facta scilicet a sciente suscepta declaratum, talis vero in modis superstitiosis, in quibus nonnunquam diabolus tecte concurrit, saepe abest, v. g. siquis ad curandum morbum superstitiosos modos ignorans diabolum tecte hic accedere, adhibeat, tunc quidem est commercium cum diabolo, sed non pactum tacitum, cum consensus deficiat, nec talis hic praesumendus, cum praesumtus, quem lex citra istius scientiam inducit, vt eum describit GOTTL. GERHARD. TITIVS *obs. 205. ad* PVFENDORF. de *off. hom. & Civ. l. I. C. IX.* §. 9. ab illo differat. Sic quoque sentit PIGNATELLVS *consult. XLIX. p. 139. & nihilominus dicendum, quod quando aliquis ex falsa opinione circa virtutem causae naturalis vtitur illa ad effectum, ad quem credit illam habere naturalem virtutem, quamuis & in hoc possit errare contra fidem, quodammodo materialiter dicatur inniti virtuti daemonis, se in his immiscentis proprie tamen ac formaliter non init pactum cum*

finimus, quod sit conuentio vtriusque consensu inita, qua tam daemon se obstringit ad respondendam, vel praedicendum futura, vel aliquam opem praestandum, & homo se obligat ad aliquod ei praebendum obsequium: pactum vero tacitum, vbi quis sciens & volens superstitiosis rebus v. g. characteribus, verbis &c. ad certum finem vtitur, quibus deinde daemon respondet, ***) Talia pacta iniri posse sunt qui ne-

---

illo & sic non incurrit suspicionem illam haeresis, quae ex hoc pacto sequitur. Quia ipse vtitur illis causis vt naturalibus, nec eas inuocat, quia non vtitur eis, vt causis rationalibus, quae inuocari possunt, sed vt causis naturalibus. Et *p. 143. Neque enim dici potest, quod hic etiam implicite ineat pactum cum daemone, cum spes eius tota innitatur virtuti naturali rerum, quibus vtitur.* Non omne ergo superstitiosum est magicum, sed saltem idololatricum, nec quoque commercium apertum cum daemone, si nempe consensus & scientia deficit. v. g. si putet, bonum angelum esse, non potest ad Magiam daemoniacam referri, cum in hac dolus requiratur, vt infra *C. VII. §. I.* demonstrabitur.

***) Pactum cum daemone expressum describitur a STRVVIO de *inuocat. nom. diu. aph. XXXV. p. 206. quando diserta scil. verborum stipulatione Deum saluatorem, baptisma, Eucharistiam, diuinum cultum cum omni fide pietate & religione abnegant, & abiiciunt, & eius loco se diabolo per Satanae baptismum, acceptoque certo stigmate anima corporeque deuouent, eidem spe promtissimi ipsius auxilii ingentis laetitiae ac felicitatis perpetuam obedientiam, regnique maledicti propagationem pollicentur, saepe sanguinea scriptura, saepe iuramento interueniente, manuque libro obscurissimam scripturam habenti imposita.* Latius adhuc a BERLICHIO *Conclus. P. IV. c. III. n. 5.* Quodque esse vel publicum, siue solenne, vel priuatum dicit SCHROETERVS de *Lamiis* c. III. §. I. Tacitum dicunt consistere in commercio quod citra expressam DEI abnegationem ope tamen & auxilio diaboli cum eo exerceatur vel aperte vel tacite; Nos vero ne difficillimis probationibus nos subiiciamus, abstrahimus in describendo pa-

cto cum daemone a circumstantiis in eo occurrentibus, vtpote saepe variantibus; & definimus, quod sit pactum, vbi consensus vtriusque ad idem placitum expresse, vel tacite per facta scilicet declaratus, adest. Hinc patet distinctio in expressum & tacitum. Errant igitur MARTIN. DELRIO *disquis. mag. l. II. qu. IV. p. m. 93. & l. IV. c. II. qu. V. p. m. 159.* PIGNATELLVS *Consult. XLIX. p. 141. & Cons. XCII. p. 339.* qui ad pactum expressum referunt, si quis sciens, daemonem per aliquod signum occulta docere, illud vsurpat; ad tacitum vero, si quis sciens vtitur signis, quibus vti solent Magi, quae ex libris aut sermonibus illorum vel aliorum acceperit. Verum in expresso non sufficere consensum, per factum vel aliquod signum declaratum *not. praeced.* dictum. PIGNATELLVS confundit ibidem inuocationem expressam cum pacto expresso: ast licet quis expresse inuocet daemonem, cum eo tamen non statim expresse paciscitur: tacendum, quod per talem inuocationem, etsi expressam, initio saltem hominis consensus adsit, cum tamen ad pactum ineundum vtriusque consensus requiratur, vt adeo illa ne quidem tacitum pactum inuoluat, nisi consensus diaboli per factum siue praestationem eius, quod in inuocatione petitum declaratus fuerit. Alio modo errat Idem PIGNATELLVS *consult. LVIII. p. 204. consult. LXV. p. 230. & XCII. p. 339.* cum ad pactum tacitum etiam referat, quando quis ignorans magicis vtitur signis, cum tamen supra demonstratum, hoc saltem superstitiosum quid inuoluere, quia ignorantia consensum, qui etiam in pacto tacito necessarius est, excludit; & ipse PIGNATELLVS supr. c. I. confessus, neutiquam pactum constituere; multo magis vero peccant illi, vt BERLICHIVS *P. IV. concl. III. n. 4. p. 48.* DAMHVDER *pr. crim. XVI. n. 112,* & GRILLANDVS de *sortilegiis quaest. III. n. 1.* qui tacito pacto adnumerant, quando quis promittit, non ipsi daemoni, sed alteri cuidam professo, cum tamen haec promissio pertineat ad promissionem expressam, quia nihil interest, vtrum fiat daemoni an eius ministro, quia quod quis per alium facit, id ipse fecisse putandus est. *Canon. 72. de R. I. invito* inprimis cum con-

negant; ****) Verum cum constet & hominem & daemonem

---

uentio tacitam non requirat promissionem, sed saltem factum a sciente patratum.

**** Inter quos illustris THOMASIVS in dissertat. de *crim. Magiae.* Argumenta eius eo tendunt, quod diabolus sit spiritus, hic vero non habeat, nec possit assumere corpus. Verum quamuis daemon sit spiritus, nec possit induere corpus, tamen cum ad pactum & foedus ineundum consensus sufficit, nec semper opus est, vt stipulatio manu facta accedat, neque pacta inire, erit contra essentiam spiritus, quod patet ex eo, quod ipse DEus spiritus nobilissimus pacta cum hominibus v. g. cum Noacho, Abrahamo, aliisque saepe inierit. De Foedere legali, quod cum Adamo DEus inierit fuse disserit IO. MARCKIVS in *histor. paradisi illustrat.* l. II. C. VI. *seqq.* IO. FRANCISC. BVDDEVS Exercit. de *praerogat. fidel. noui testam. prae fidel. V. T. §. II.* notat, Deum cum vi absoluti sui imperii officia quaecunque ab homine exigere potuisset, maluisse tamen pro ineffabili benignitate sua per foederis quodammodo rationem cum illo agere, cuius vt certae leges, ita quoque certae promissiones & comminationes essent, quamvis foedera diuina ab humanis in eo abeant, quod illa respectu hominis legis quodammodo vim habeant, ita vt non acceptare ipsi non integrum relinquatur; & in *seqq.* agit de Foedere gratiae eiusque interuallis; adde *Obseruat. Select. ad rem liter. Tom. VI. obs.* 27. & *Nouuelles de la Republ. des Lettres du mois Mai 1705. p. 561.* de Foedere DEI cum hominibus anglico sermone prodiit liber sub titulo: *A discourse concerning the Happineß of Good men and the Punishment of the Wicked by W. Sherlock*, vid *Nouv. de la Republ. Juin. 1705. p. 673.* & *677.* Quod vero illustris THOMASIVS §. *XXXV.* putet, nullum effectum ac vsum huius pacti esse neque ex parte hominum, neque ex parte diaboli; Non illius quia tales homines essent pauperes, & miserrimi, vt vulgo dicantur, & multo leuiori labore diuitias, honores, & voluptates posse acquiri sine concursu diaboli; sed concedo nonnunquam nihil

nem intellectu & voluntate esse praeditum, in idem placitum

I 2 con-

vtilitatis ex hoc pacto homines habere, & saepe spe vana ludificari a diabolo, & tamen nonnunquam ex permissione diuina diabolum ipsis optata at sibi competentia tribuere, asserere nihil est quod obstat. Alterum vero nego, cum enim satis constet, diabolum esse experientissimum practicum, ergo etiam ille hominem multo faciliore via ad finem optatum ex permisssione Dei perducere potest, §. *XXX.* autem putat, neque ex parte diaboli, huius pacti esse vtilitatem, quia talia appetens homo, iam sit mancipium Diaboli adeoque non opus esse pacto aliquo; Verum non tamen ita sunt deuincti, quo non facilius se liberare possint ab eius potestate, cum Deus multo prius gratiam suam abstrahat a tali homine diabolo expresso pacto se associante, quam ab aliis non tam friuole, & tam horride maiestatem suam laedentibus. Praeterea eius vtilitas, consistit in eo, quod talibus hominibus vtatur ad damna inferenda, non quidem quasi diabolus sine iis id non posset, sed quod Deus facilius tum permittat, atque ita a se defectos eo magis iniuret, quod probatum *not. 2.* Plures alias rationes affert PIGNATELLVS *consult. LVIII. p. 203.* dicens: *Etsi sagarum auxilio daemon opus non habeat, vt potentiam suam exerceat, vt tamen ad voluntatem sagarum quasi sociarum aliis noceat, ideo id facit, vt ipse animas sagarum lucretur; Etenim si solus homini noceat, suo periculo saltem id facit; Verum si a sagis inuitatus & iussus homines laedat, sceleris socias habere cupit sagas vt aeterni supplicii socias habere possit. Addunt & alii alias causas, nimirum daemonem id facere vt Deum ad maiorem iram irritet, & ad saeuiorem ultionem contra genus humanum prouocet; Alii putant ideo daemonem in criminis societatem sagas adsciscere, vt Deo quasi iniuriam faciat, si scil. homines a Deo ad vitam beatam creatos, redemptos & baptizatos a Deo auertat, & sibi mancipet. Praeterea multa potest praestare per homines daemon, quae non ita commode ipse solus praestaret. Non enim homines ita conuersationem cum sagis abhorrent, vt conuersationem cum ipso daemone, ad quam tamen sensim a sagis pertrahuntur. Ideoque & si sagae ipsae nihil praestant, hisce*

consentire, & ita pacta inire posse, asserere hoc, nihil est quod obstat.

§.VII.Fi-

tamen de causis, & vt gratiam earum promercatur, simulque iis suam potentiam ostentet, & in admirationem apud ipsas veniat, criminis socias sibi adsciscit. Adde *Consult. LVI. p. 189.* TRITHEMIVM *l. VIII. qu. V.* IAQVERIVM *flagell. fascinat. c. XVIII.* & REMIGIVM *daemonol. l. II. c. IX.* Talia quoque pacta in dubium olim vocauit IO. VVIERVS de *praestig. daem. tot. l. III.* & libr. de *lamiis C. VI. seqq.* Vbi pacta illa vana, praestigiosa, stulta & nullius momenti esse latius contendit. Verum etsi negandum non sit, talia saepius esse praestigiosa, & daemonis illusiones & phantasmata mera hic concurrere, attamen tot hominum vnanimes confessiones saepe sine vllis tormentis, vel tormentorum metu factae, docent, istos homines non semper fuisse melancholicos vel deceptos, sed scientes volentesque talia pacta iniisse. Et ipse VVIERVS in libris de *praestig. daem.* saepius assentiri videtur, pactum cum diabolo hominibus intercedere; Sic *l. II. C. IV. p. 159.* dicit: *allocutum se plurimos asseuerat Io. Franc. Picus, qui vana spe futurorum delusi ab apparente sibi daemone, per inita pacta vocato; vsque adeo vexati fuerunt, vt optime secum putarint actum, ne vitam amiserint* Et *l. III. C. XXXIV. col. 367. atqui haec rara* (venena) *& quasi miraculo priuatis quibusdam ingenita, nullum hic habere locum: quippe non pro delectu & arbitrio vt foederis cum daemone initi virtute acquisita, quae hic agitatur quaestio.* Hinc VVIERVS magis videtur excusare sagas, quod sint a daemone deceptae, quam quod nullum pactum subsit. Ita & GODELMANNVS de *Mag. & venef. l. 1. C. II. n. VIII. p. 19.* Quem etiam sequitur LVDOVIC. GILHAVSEN *arbor. iudic. crimin. c. II. tit. XVII. n. 1. pag. 74.* Magorum pactum cum diabolo non negant, nec diffitentur lamias cum diabolo foedus inire, vt ex GODELMANNO *l. II. c. II. n. 4. p. 8.* & GILHAVSEN *c. I. n. II. p. 75.* patet; sed saltem operam dare, vt lamias excusent, quia earum confoederationem dolo, vi metuque extortam, indeque praestigiosam ac

§. VII.

Finis in hac Magia Daemoniaca est is, quod talis homo appetit, & quidem loco felicitatis summum malum: cum tamen quilibet homo in omnibus intendat bonum, etsi saepius apparens eo sensu quoque recte dici potest, quod finis Magiae Daemoniacae sit felicitas, non quidem vera, sed apparens intuitu aeternae, vera autem citra respectum habitum ad aeternam, sed in se considerata *)

nullius momenti esse putant. Quod vero de IO. FRANC. DE PONZINIBVS, vulgo dicitur, quasi ille primum ea pacta in dubium vocasset, hoc in toto illius libro de *Lamiis* inuenire non potui, sed de Ponzinibus in eo saltem multas diaboli praestigias detigit, eosque, qui tales reuera contingentes existimant, refutat; Ex his patet, neminem fere existere, qui si Magiam dari confiteatur, pacta diabolica, tanquam illius fundamentum & formam, negare possit. Sicut & ipse Celeb. THOMASIVS in *Praefat.* ad PETR. POIRET de *eruditione solida* §. *XXXI.* confitetur; *secundum meam sententiam de eo quidem conuictus sum, dari diabolos seu angelos malos extra hominem, dari veros magos*: & paulo infra: *Et hos fateor pronos esse ad pacta cum diabolo ineunda, aut etiam iniisse.* Contra REGINALDVM SCOTVM, BECKERVM aliosque non tantum pacta diabolica, sed omnes, diaboli operationes extra hominem negantes hic non disputo.

*) Ita enim AVGVSTINVS *Epistol. V.* quem habet *Filesacus de Idololatr. magic.* §. *V. fol. 26. magicas artes non nisi pro felicitate terrena, vel damnabili curiositate conquiri prodit.* Vnde peccat CARDANVS, de *rerum varietate l. XVI. C. XC. p. m. 312. Itaque depulsis ostentis, simulacris, fictis miraculis, praestigiis, veneficiis, lamiis, magia, praecantationibusque sed ad sanam nominis Dei nostri doctrinam conuertimini, nihil in his vanitatibus fidem habentes quae cum hoc quod falsa sunt, omnes homines a ratione recta veroque Dei cultu separant, infortuniis etiam grauissime onerant, ipsumque pauperem ac deiectum reddunt, ac plurimum ad turpem finem eum perducunt. Itaque magicae stultitiae maximi in ea artes Artesti*

subiiciantur placita vt non solum dolosos, sed & mente captos fecisse diiudices: Et p. 314. Quidnam stultius excogitari potest, quod Nero tanta impensa, tot immolationibus deductis ex Arabia magis impetrare non potuit, hic verbis simplicibus ostendere promittat? Ego, siquidem aliena scire daretur occasio, credere non homines sed mortales Deorum illos fore appellandos. At si daemonis studio id fieri potest, adhuc non laudo: nihilominus vnquam tales vidi, nec aliquem grauioris iudicii vidisse legi, sed errorum omnia plena sunt, quandoquidem inopia, infelicitate, amentia cuncti laborare videntur, qui his artibus aut fidem aut operam dant. Quod hic ad experientiam prouocat CARDANVS libenter concedo, plerumque id fieri, verum hoc non adimit daemoni potentiam permittente Deo naturalia homini communicandi, ac ad felicitatem terrenam promouendi. Potius adsentior GRILLANDO de *sortileg. quaest. III. n. 12. & ista videtur mihi, quod sit vna ex turpioribus illusionibus, quas daemon homini faciat, quia in rei veritate nunquam legi, quemquam ex magis vnquam inuenisse thesauros, aut alias aurum vel argentum, sed quam plures vidi huic operi incumbentes, qui mirabiliter conati sunt, velle experiri post multos labores & daemoniacas obseruantias, demum nihil viderunt, nec inuenerunt, nisi terram. Et ratio est, quia Deus non permittit, nec vult, daemonem posse thesaurizare, quia alias sequeretur, quod isti Magi essent ceteris Christi fidelibus ditiores ac praestantiores, & quam plures reperiretur ex ipsis Christi fidelibus, qui animo ditandi prosequerentur illos, nec curarent, Christianam ipsam posternere fidem, vt magno thesauro abundarent, & venerarentur, ab omnibus. Quin imo videmus hodie totum oppositum, quod isti magi sunt ceteris pauperiores, sordidiores, & viliores in hoc mundo Deo permittente, calamitosam vitam communiter peragunt. Demum vero infelici morte pereunt, & aeterni ignis incendio cruciantur.* Possunt thesauros occultos detegere, sed vt iis etiam potiantur, hoc eis Deus aut numquam, aut certe rarissime permittere videtur; quia esset maxima ad malum occasio. PIGNATELLVS *cons. LXVII. p. 237.* ideo videntur omnes fere magi & sagae esse pauperes, vt obseruat LESSIVS *L. II. c. XLIV. dub. III. n. 20.* & *si in-*

§. VIII.

Cauendum quoque hic, ne Magiam Daemoniacam cum Adaemoniſtis pro humana, vel cum Enthuſiaſtis pro diuina habeamus: *) multi enim inueniuntur, qui etſi daemonis exiſtentiam non negant, illius tamen operationes in totum excludunt & tollunt, magiamque daemoniacam vel pro fabula ſiue figmento habent, vel illius effectus humanae Magiae adſcribunt: **) Alii cautiores prudentioresque adfirmant, neque ne-

interdum pecuniam non ab ipſis daemonibus factam, ſed aliunde ſublatam ſuis maleficiis conſeruant, non diu conſiſtit, vt experientia conſtare refert BINSFELD de *confeſſ. malefic. praelud. VI.* proprium enim daemonis eſt magis nocere, quam benefacere, imo nunquam benefacit, niſi vt occaſionem nocendi captet, cum quibus conſentit DELRIO *Disquis. magic. l. II. qv. XII. p. 130. ſeqq.* SCHROETER de *Lamiis p. 24.* Add. IO. BODINI *Daemonom. l. III. C. III. p. 443* & *451.*

*) Qua de cauſa, vt inquit PIGNATELLVS conſ. *LIV. p. 182. ſi certum & manifeſtum eſt, quod effectus excedat virtutem cauſae* (quod in rebus ſuperſtitioſis, vt eas ſupra §. *III. n. 4.* definimus, contingit) *praeſumendum eſt, eſſe a daemone, niſi ſanctitas operantis vel alia indicia maxime vrgeant, effectum eſſe a Deo vel ab eius angelo.* De Magiae diuinae Criteriis actum eſt *cap. anteced.*

**) REGINALDVS SCOTVS Anglico ſermone edidit *Diſcoverie of Withcraft*, detectionem artis magicae, vbi ſex libris omnem Magiam daemoniacam oppugnat, eamque dari prorſus inficiatur; Hunc fere per totum ſequitur ABRAHAM PATINGVS in *Larua Magiae detecta.* Sic & GVY PATIN, vt conſtat ex *Patinianis p. 4. dicit: Ie crois, qu'il n'y a ni Sorciers ni Magiciens, & nugas reputo meraque figmenta quaecumque de his ſcribuntur. Pour les Diables, je penſe qv'ils nous pouſſent à mal faire, & rien plus. La Demonomanie de Bodin ne vaut rien du tout: c'eſt une pure badinerie. Ce grand eſprit ſe moquoit du monde, & ſe rendoit ridicule qvand il fit ce livre. Pour les ſpectres de Loyer & tout ce qv'on a dit de l'Ancre &*

tant d' autres ; ce sont pures bagatelles des gens oiseux, & superstitieux. Et THEOD. CRAANEN in tract. Physico Medico de *homine C. XCII. p. 573. Nunc, inquit, facile intelligimus, quid sit obsideri, quam obsessionem creduli homines crediderunt, vt & illa quae fabulantur de sagis & maleficis, de quibus, quanti non rumores in Germania? solebant homines comburere propter maleficia* &c. Paulo post: *Illi, qui pro maleficis habentur, fatentur, se cum diabolo pactum iniuisse, vt ita maleficia patrare possent, & super hanc quaestionem accusati a iudice morti dantur, & sic sufficit pio iudici propter hominem melancholicum & imaginarium, alium morti dare, quae res est ardua & non ferenda.* Nec non iam HIPPOCRATES libr. de *morbis sacr. sect. III. n. X. Opp. p. 85. Mihi certe,* inquit, *qui primi hunc morbum ad deos retulerunt, tales esse videntur, quales sunt magi, expiatores, circulatores ac arrogantes ostentatores, qui se valde pios esse plerumque scire simulant; Hi quippe diuinitatis obtentu, ac praetextu cum nulla opera prodesse possent, ne inscitiam suam proderent, sacram hanc affectionem esse censuerunt.* Alii huius Magiae effectus, Naturali, quam nos humanam appellamus, adscribunt; Ita THOM. HOBBESIVS *Leu. C. XXXVII. p. 706. Si incantatio non sit, (vt multi putant) effectio mirabilium per verba & sonos sed impostura ex modis naturalibus facta illusio, adeoque procul ab operatione spirituali, vt impostores ipsi scientia nulla causarum naturalium, vt ea faciant, nec alia re indigeant, quam ignorantia, stupore & superstitione generis humani, loca illa* (S. Scripturae) *quae opinioni de Magia & incantationibus fauere videri possunt, alium habere sensum debent, quam primo intuitu habere videantur.* Quanquam PETR. POMPONATIVS in libr. de *natural effect. caus.* seu de *incantatione* multa magica coelorum influxibus adscribat, & putet non impossibile esse, aliquem hominem sic operari, vt Angeli & daemones in aliquo casu operentur, attamen Conclus. VII. p. 345. asserit, talia operari angelos & daemones 1) quoniam ecclesia sic determinarit, 2) quod sint sapientiores, & magis callidi. 3) quoniam sint virtuosiores. Vid. CAR. FRIDER. ROMANI Schediasma *an dentur spectra, magi & sagae* §. *XXXIX p. 68.* vbi adhuc

negant, ac Pyrrhonismum hac in re amant; ***) Verum pertina-

huc aliorum opiniones hac de re collegit. Puto iis, qui eam dari negant, non minimam occasionem dedisse incredibiles relationes rerum miraculosarum a sagis effectarum, v. g. de Lycanthropia, de Magorum ac Sagarum concubitu cum daemonibus, de exportationibus sagarum in diabolicos conuentus a daemone factis, de Lamiarum facultate tempestates ciendi aliisque, quibus plena quoque est BODINI, eiusque paraphrastis IO. FISCHARTI *Daemonomania*, REMIGII *Daemonologia*; necnon *Malleus Maleficarum* aliorumque Pontif. inquisitorum libri, quo etiam spectat OLAVS MAGNVS de *Gentib. Septentr.* & APVLEIVS in *aureo Asino*: censebant enim, quod, sicuti talia essent impossibilia & falsa, ita omne reliquum, quod de Magia dicebatur, falsum sit.

***) Ut IACQV. de SAINTE-BEUVE *Resolutions de plusieurs Cas de conscience*, de quo vid. *Journal des Scavans Tom. XXXIII. 1705. p. 200. L'auteur traite aussi la question des sorcieres; selon luy, on ne peut pas dire absolument, ni qu'il n'y a point de sorciers, ni qu'il y en a.* Nec non Autor *des Lettres Historiques Tom. III. 1693. p. 221.* dicit: *Pour moi je vous avoüe, que je ne saurois comprendre la hardiesse de ceux qui rejettent la chose comme tout-a-fait impossible, de même, que s'ils savoint, le nombre de tous les Etres de l'univers, tant invisibles que visibles, & que s'ils pouvoint fixer jusqu'à la derniere précision, les bornes de leur puissance. Il me semble, que tout au plus, une personne raisonnable, qui n'est point convaincue sur cette matière par ses propres yeux, doit suspendre son jugement, & demeurer dans une espéce de Pyrrhonisme jusqu'a ce qve l'expérience l'en tire. Ceux, qvi trouvent mauvais qve l'on doute sur cét article, disent, qv'il est iniuste, de rejetter des faits averez par de personnes raisonnables: mais ils ne prennent pas garde, qv'en tout cela, ce n'est pas l'effet, dont on doute, mais la cause, d'où il procéde &c. p. 222. autant donc qv'on doit blâmer ceux, qvi rejettent tout ce qv'on dit des Sorcieres; autant doit-on estimer la prudence & la sagesse de ceux qvi n'ayant point des preuves convaincantes des choses, qv'on leur allégue, demeurent à cét égard dans un parfait Pyrrhonisme.*

tinacis ingenii est, scriptorum in rerum gestarum fide & doctrina & ingenii perspicacia, & morum probitate praecellentium, & saepe de sua propria experientia testantium testimonio fidem derogare, omnia veritatis indicia & argumenta in dubium vocare, ipsique S. Scripturae alium sensum affingere, ****) maximam autem ab experientia desumptam probationem,

---

****) *Philosoph. Burgund. Metaphys. tract. III. append. p. 534.* cuius verba habet ROMANVS in dict. Schediasm. §. *XXXIII. p. 41. atque, vt alibi innuimus, id rectus rationis vsus exigit, vt infinitis prope rebus, quas & hominum relatione accepimus, fidem habeamus: cum magna pars cognitionis nostrae ex hoc veluti fonte dimanet: Quanquam ne in diuersum nimia credulitate peccemus, cauendum est. Sed illud deformis pertinaciae est argumentum, cum iis, quae oculati testes sanctitate & doctrina praecellentes publice facta referant, fidem detrahimus, non alia persuasi ratione quam quod sint insolita, & praeter consuetum naturae ordinem. Neque illud ab instituto nostro alienum est, quod sequitur. Atque haud scio, an daemones aut magorum praestigiae, aut energumeni in animum cuiusquam venire potuissent, si nihil ex iis omnibus unquam extitisset, nedum id omnium aetatum testimoniis, & consensu esset approbatum.* Idem iam monuit PLVTARCHVS de *his qui fascinare dicuntur*, in *Symposiac. l. V. qu. VII. p. m. 680.* dicens: *sunt qui totam rem nugas esse deriderunt, at Metrius Florus inquit, famam mirabiliter afferunt ea, quae perueniunt, sed ignoratio causae fidem historiae derogat, iniuria id quidem: Etenim innumera sunt, quorum cum substantia in aperto sit, causae tamen nos latent. Omnino autem, qui in singulis probabilitatem requirit, id quod mirabile est, ex omnibus rebus tollit. Atqui vbi causae ratio deficit, ibi dubitare & inquirere, h. e. philosophari incipimus, vt philosophiam quodammodo perimant, qui admirabilibus fidem detrahunt, oportet vero, cur unumquodque fiat s. causas ratione inuestigare an fiat ex historicis percipiendum.* Hic pertinet locus PLINII in *Histor. natur. l. II. Quemadmodum multa fieri non posse, priusquam facta sunt, iudicantur, ita multa quoque, quae antiquitus*

nem, Magiam daemoniacam existere, dare res superstitiosas existimo; quibus scil. nullus naturalis effectus inest, sed ille solum a daemone proficiscitur, vel quarum occasione solus daemon agit, magorum tamen vel sagarum certo modo interuentu. *****)

facta, quia nos ea non vidimus, neque ratione assequimur, ex iis esse, quae fieri non potuerunt, iudicamus. Quae certa summa insipientia est.

*****) PETR. AVINCENNA de *anima sect. IV. C. IV.* PARACELSVS de *imaginatione* passimque in Libris de *occulta Philos.* de *vita longa.* POMPONATIVS de *incantamentis C. III. & IV.* MARSIL. FICINVS *Theolog. Platonica L. XIII. c. I.* AGRIPPA de *occult. Philos. L. I. C. LXV.* FRANC. MALEBRANCHE *recherche de la verité L. II. C. VI.* & alii concursum daemonis hisce in rebus negantes, talem vim adscribunt efficacitati imaginationis. Verum licet imaginationis vis sit magna, haec tamen considerari potest vel quoad corpus ipsius imaginantis, vel quoad corpus alterius. Quoad illum concedo, eam plurimum in illud valere, quin omnia, quae naturalem cum imaginatione habent coordinationem, vt sunt motus locales in dormientibus, de quibus extat ANDR. LIBANII *liber*; alterationes per frigus & calorem, & quae has alterationes consequuntur, nempe animae passiones. Aliae vero corporis dispositiones, quae non habent naturalem coordinationem cum imaginatione non transmutantur ab ista, etiamsi sit fortis, v. g. figura manus aut pedis &c. In corpus alienum potest etiam aliquid imaginatio, si sit arcta quapiam coniunctione, vel contactu ei copulatum, modo & imaginatio valde sit intensa, & vicinum corpus ad eam affectionem valde dispositum, ad quod probandum conducit artificium Jacobi, *Geneseos XXX.* de quo vide BENED. PERERIVM de *diuina astrolog.* si vero sit disiunctum & separatum ab imaginante, nonnulli quidem putant, per imaginationis vim non solum posse de longinquo sanari, sed res loco moueri, & fulgura pluuiasque e coelo excitari & deduci, & haec effici ab imaginatione, vel per certos radios, aut per spiritus expulsos ex corpo-

re vi imaginationis vel ſolo animae imperio. vid. THOM. FIENVM. de *viribus imaginat.* Verum imaginationem hoc non poſſe, docent DELRIO *Disqu. mag. l. I. C. III. qu. III. p. 14.* TORREBLANCA de *Magia L. II. C. XXXVII. n. 8. ſeqq.* PICVS MIRANDVLANVS de *imaginat.* GODELMANNVS de *Magis & Veneſ. l. 1. c. VIII. n. 64. p. 100.* Nam *imaginatio*, ut inquit PIGNATELLVS conſult. LII. p. 163. *eſt actio immanens. Ideoque anima imaginans nullam realem qualitatem poteſt rei disiunctae naturaliter imprimere. Nec quod aſſerunt contrarium opinantes, vlla probabili aut vereſimili ratione fundatur, cum hominis imaginatio non habeat vim mouendi corpora externa, ſed ſolum vim commouendi internos humores, & ſpiritus ipſius imaginantis. Conſtatque experientia, has ſanitatis effectores ad ſuas curationes non moueri ex vehementi imaginatione, & affectu, ſed ita verba illa proferre, vel manu tangere, vel medicamentum adhibere, ſicut ſolent vel Medici vel alii artifices operari.* Nec obſtat, quod imaginatio tempore conceptionis ſoleat magis operari, in liberos, quam in parentum ſpecies; Nam infans cum eſt in vtero, dicitur pars viſcerum matris *l. 1. §. 1. ff. de inſpic. ventr.* Iung. *l. ff. de ſtat. hom.* adeoque hic non eſt corpus diſtinctum add. *Conſult. LIII. p. 180. LVII. p. 190.* & *192. Conſult. LXII. p. 280.* VVIERVM de *praeſtig. daemon. l. III. C. VIII. columm. 260.* GODELMANNVM de *Mag. & Veneſic. l. I. C.* VIII. *n. LXV*III. *p. 101.* & alii. Contra alios vero in genere dari Magos & magicas artes ERICVS MAVRITIVS de *denunc. ſagar. C.* I. & II. LAMBERTVS DANAEVS de *veneſic. ſeu ſortiariis C.* II. *fol. 25. ſeqq.* IOSEPHVS GLANVILIVS in *Saduciſmo triumphato p. 62. ſeqq.* aliique Daemonographi; Singularibus autem ſcriptis CAR. FRIDER. ROMANVS in Schediaſma, *an dentur Spectra, Magi & Sagae?* & GVIL. HIERONYMVS BRVCKNERVS in peculiari programmate de *magicis perſonis & artibus.* Multa vtilia & curioſa de hac Magia inuenies *dans la reponſe aux queſtions d'un provincial. C.* XXXIII. vsque ad XLV. & C. LII. vsque ad LIX. vbi inprimis Bodinum refutat, JEAN BEAVMONT *traité des eſprits, aparitions, ſortileges, & autres pratiques magiques*, IO. CASPARI WESTPHALI *Patolog. daemon.* IO. LINDER de *venenis C.* VIII. GVNTHERI

CHRISTOPH. SCHELHAMERI Dissert. de *morb. magic.* Alios & plures de Magia scriptores enumerat IO. ADAM. OSIANDER de *Magia thes. XX.* Et Autor *de l'histoire des imaginations extrauagantes de Monsieur Oufle causées par la letture des livres, qui traitent de la Magie C.* II. Bibliothecam librorum magicorum similiumque exhibet; Autorum, qui de illa iuridice egerunt Catalogum dedit PETR. MVLLERVS in *Annotat.* ad STRVVII *Syntagma iuris ciuilis exercit. XLVIII. thes. 1. p. m. 713.* & *exercit. XLIX. thes. 1. p. 945.* & *thes. 60. p. 1084.* Conferatur quoque BVRCARDI GOTTHELFFII STRVVII *biblioth. iurid. C. XI. §. IX. p. 358. seqq.*

CAPVT V.
DE MAGIA HVMANA.

§. I.

MAgia humana *) est scientia rerum naturalium, mediante homi-

*) Magia humana dicitur ab aliis Magia naturalis; scil. in specie ita dicta. Omnes quidam scientiae artesque nomine Magiae humanae insigniri possunt, vti *c. III. §. 1. not. 1.* dictum, quaedam tamen hoc nomen specifice sibi vindicant, quod etiam vult CAMPANELLA de *sensu rer. l. IV. c. VI. p. 282. Quicquid sapientes faciunt imitando naturam, aut ipsam adiuuando per artem non modo plebi innotam, sed communitati hominum, opus magicum dicimus,* &c. *at priusquam ars vulgetur semper Magia dicitur: cum vero palam fit, scientia vulgaris est. Inuentio pulueris bellici, Archibugiorum, Typographiae, & Magnetis vsus, res magicae fuerunt, vel Numine praeeunte inuentae: nunc autem artes vulgares sunt, vbi notuere vulgo, sic & Horologiorum significantium per Campanam figmentum: & profecto Mechanicae artes facile venerationem amittunt, quoniam in corporibus exercentur, vulgo manifestis,*

Physicae autem, Astrologicae & religiosae rarissime vulgantur, id circo veteres ad istas Magicam contraxerunt. Vnde & BVDDEVS in *element. philos. Theoret. P. V. C. V. §. XVIII. p. 297.* sub Magia naturali nihil aliud designari putat, *quam notitiam eiusmodi proprietatum, quae non omnibus patent, quibus tamen res naturales revera gaudent, & quas dirigere illi ita, atque determinare, coniungendo, & separanda separando, aliisque modis possunt, vt admirandi prorsus atque stupendi effectus inde sequantur.* Et BENEDICT. PERERIVS de *Magia lib. I. C. III. p. 24. Naturalem voco, quo cognitione & applicatione quarundam singularium virtutum, quae sunt in rebus naturalibus, quaeque latent fere mortales agentia & patientia suo loco & tempore, & sicut opus est inuicem componendo & temperando, effectus quosdam inusitatos & admirandos, & quorum ratio videtur incomprehensibilis, moliuntur.* Sic PSELLVS in excerptis, quae *Ficinus* edidit latine ex libello de *Daemonibus: Haec facultas perscrutatur cuiusque rei sub Luna genitae naturam, potentiam, qualitatem elementorum inquam, eorumque partium, animalium, omnium plantarum, seminum & pomorum, item lapidum, & herbarum, & summarum, quae inter se differunt & quae conueniunt*; Longe aliter eam describit PARACELSVS de *occulta philosoph. l. I. opp. p. 493. Quod sit promta & subtilis ars nullis caeremoniis aut coniurationibus contaminata, & polluta, velut est Nigromantia. De illa etiam nec caeremoniae, nec consecrationes, nec benedictiones, nec maledictiones adhibentur, sed sola fide, qua de Christus inquit, ipsam montes transferre, & in mare exturbare, ac spiritibus ascendentibus imperare, illosque cogere & domare.* Aliter IVL. CAES. SCALIGER *Exercit. CCCXXVII. p. m. 1054.* Magiam humanam seu aliis naturalem in specie, in tres partes diuidit, sic PLINIVS *l. XXX. C. 1.* de Apollonio loquens, *Vnam Magiam tres imperiosissimas humanae mentis artes, Theologiam, Medicinam & Mathematicam complexam in vnum se redegisse.* Sic quoque HENR. CORN. AGRIPPA de *philosoph. occult. L. 1. C. 1.* Cum triplex secundum eius opinionem sit mundus, elementaris, coelestis, & intellectualis; Magiam quoque humanam seu Philosophiam occultam diuidit in naturalem coelestem, & caeremonialem, seu

hominis **) intellectu ***) ad illius felicitatem temporalem

Physicam, Mathesin & Theologiam *c. II. p. 4.* Theologiam ita describit: *Theologia, quid Deus, docet, quid mens, quid intelligentia, quid angelus, quid denique daemon, quid anima, quid religio; quae sacra instituta, ritus, obseruationes sacraque mysteria instruit quoque de fide, de miraculis, de virtute verborum & figurarum, de arcanis operationibus & mysteriis signaculorum,* de qua *d. l. II.* ex professo agit; De Physica vero *l. 1.* & denique de Mathesi *l. II.* Quanquam Agrippae viribus naturae plus, quam re vera illi inest, tribuenti, non adstipulor, cum multa vana, imo impia, in iis occurrant, quod & ipse in suo libro de *vanitate scientiarum* saepissime confessus est, attamen eius diuisio Magiae humanae, si sano sensu accipiatur, recte potest admitti, si nempe occultiores saltem scientias pro Magia accipere velis. Add. CASP. SCHOTTVS de *Magia vniuersali naturae & artis,* STROZZIVS CIGOGNA in *Theatr. Magiae l. IV. c. X.* & IO. SPERLING *diss.* de *Magia naturali;* De origine cuiuslibet scientiae vid. POLYDOR. VERGILIVS de *rer. inuentoribus.* BVDDEVS *Histor. eccles. V. T. P. I. Sect. 1. §. 23. & 24.* notat artes plerasque inuentas esse ab hominibus vitae huius commoda sectantibus. Idem ex ethnicis docet SENECA *epist. XC. Luxuriae nempe aliisque hominum vitiis artes plerasque originem & incrementum suum debere.*

**) Subiectum huius Magiae est homo, fidelis vel infidelis, ratio enim & reuelatio non sunt sibi contraria, illaque instructi fuerunt etiam prophetae & Apostoli quatenus scil. eam habuerunt mediante solo intellectu, cuius exempla iam *C. II. §. VIII. not. 1.* sunt data.

***) Bene hic cum THOMASIO in *Cautelis circa praecognit. Iurispr. C. II. §. 18.* & *c. XIX. §. 24.* lumen rationis a lumine reuelationis & lumine gratiæ discernendum, cum illud acquiratur viribus naturalibus, & huius loci est, hoc vero supernaturalibus, & ad *c. II. §. IV. not. 1.* spectat. Peccant itaque Sociniani omnia ad naturam referentes, & Quackeri omnia ad gratiam. Sed inquiramus hic in vires nostri intellectus, an pares vel impares sint

lem ****) acquisita. Haec licet excellens †) vel vana

percipiendis, vt quae captum illorum excedunt, ab iis inuestigandis caueamus, nec aegre feramus, nos illa ignorare; si vero inuestigando deprehendimus, quousque lumen ingenii nostri penetrare possit, in quantum vires ipsius certae rerum cognitioni acquirendae pares sint, & in quibus opinionem, tantum, aut coniecturam necesse habent, aequum est, vt ea cognitione simus contenti, ad quam in hoc statu peruenire datum. Vid. IO. LOCKIVM de *intellect. l. I. c. I. §. IV.* & WOLFIVM de *viribus intellectus humani pag. 153.* add. quoque BVDDEVS *Theolog. mor. p. II. C. III. Sect. III. §. 7.* & in *Notis.*

****) Finem huius Magiae describit CAMPANELLA de sensu rerum *l. 4. C. I. p. 262. Naturalis* (scilicet in specie sic dicta, vel nostro sensu humana) *in medio versatur, ac qui ipsam probe exercet cum pietate & reuerentia erga creatorem meretur saepe ad supranaturalem eligi, & cum superis participare: Qui autem abutuntur in maleficiis & venenis propinandis & rabiem procurando, & ludicra inferendo, merentur a daemone ludificari & ad perditionem trahi.* Verum rectius cum THOMASIO *Cautelis circa praecognit. Iurispr. c. XIX.* §. 20. statuimus quod sicut virtutes naturales, quae scilicet viribus naturalibus mediante lumine naturae acquiruntur ita & scientiae naturales humanae ad felicitatem huius vitae solum comparentur.

†) Haec Magia humana licet excellens sit, non statim pro diuina habenda. Huc applicari potest, quod disserit BVDDEVS *Theolog. moral. p. I. C. 4. §. 15. Sed doctrina hic iterum ipsa ab ipsis donis doctrinae applicandae & proponendae inseruientibus sedulo distinguenda. In illa diiudicanda ad verbum diuinum & analogiam fidei, vnice respiciendum. Actor. XVII. 11. vt nec angelo credatur, si quid contra Euangelii Apostolici doctrinam protulerit. Gal. I. 5. In his vero dignoscendis pro certo tenendum, etsi ipsa doctrina, quam tenent, profitentur, docent homines, diuina sit atque supernaturalis, ipsae tamen animae facultates, quae hic in censum veniunt, seorsim spectatae, si corda illorum templa spiritus sancti non sunt,*

na ††) sit, semper tan praesumenda, nec diuina. L na.

nec ipsi regenerationis aut sanctificationis participes non nisi pro naturalibus, quantumuis excellentes sint, habendae erunt.

††) E contrario nec vana vel superstitiosa statim daemoniaca dicenda. Scientiam autem vanam hic nuncupo ad oppositionem scientiae excellentis, neutra in se est bona vel mala, sed ratione vsus, qui dependet a voluntate. Multi quidem omnes scientias vtiles ac bonas esse arbitrantur, eo quod, vt refert THOMASIVS *Caut. circa praecogn. iurispr. c. 1.* §. 5. perficiant intellectum, quin vt AGRIPPA de *vanit. scient. c. 1.* homini pro cuiusque captu & valore nonnihil diuinitatis adferunt. Sed *Idem d. l.* in alterum extremum dilabitur, cum dicit: *Conuerso ordine agendum esse censeo, & scientias ipsas non tantis praeconiis extollendas, sed magna ex parte vituperandas esse, mea opinio est, nec vllam esse, quae careat iusta reprehensionis censura, neque rursus, quae ex se ipsa laudem aliquam mereatur, nisi quam a possessoris probitate mutuatur.* Et alio loco: *Scientias omnes, tam malas esse, quam bonas.* Quod si haec ratione vsus intelligas rectissime se habent, quam explicationem quoque suadent verba, quae paulo post sequuntur: *Sed esto rursus sint homines, aliqui boni, nihil scientiae ipsae bonitatis nihil veritatis habebunt, nisi quantum ab ipsis inventoribus, vel possessoribus mutuantur vel acquirunt. Nam in malum quempiam inciderint, noxiae erunt, illumque eo malo reddent deteriorem.* Et alio loco: *Vera enim beatitudo non consistit in bonorum cognitione, sed in vita bona, non intelligere, sed in intellectu viuere: neque enim bona intelligentia, sed bona voluntas coniungit homines Deo.* Scientiam vanam appello, quae opponitur eximiae, & quae ratione eius cognitionis est vana s. falsa, non vero bona vel mala, cum horum conceptus ad intellectnm s. cognitionem veri & falsi non pertineat. Tales sunt. v. g. Astrologia, de qua THOMASIVS *c. l. c. XI. §. 9.* in *Not.* dicit, quod illa tanquam disciplina fallacissima & superstitiosissima cauenda sit, & BVDDEVS *Theol. moral. P. I. C. 1. Sect. 4.* §. 23. vanam appellat, addatur IO. ALBERT. FABRICIVS in *Bibl. Graec. l. III. c. XX. in fine*, vbi Catalogum sele-

na. †††) vel daemoni-

---

ctum Scriptorum, qui Astrologiam Apotelesmaticam oppugnarunt, exhibet. Ceterum huc fere omnes illae scientiae magicae referri possunt, quarum vltra septuaginta recenset VVATSON in *Vnione sapientiae*, tales quoque habet GOLDASTVS *in rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen-Güther.* §. *18.* & *seq.* licet cum illo in eo non conueniamus, quod in plurimis occulta commercia cum daemonibus subesse putet; Alias refert AGRIPPA in *lib. de vanit. scientiar*, inter quas vero nonnullae sunt, v. g. Historia, Mathesis, Iurisprudentia &c. quae nostro sensu ad scientias vanas non pertinent.

†††) Magia igitur naturalis s. excellens, s. vana sit, in dubio tamen praesumenda, nec pro diuina reputanda. *Sane omnis natio*, inquit CAMPANELLA *l. IV. de sensu rer. c. 3. p. 274. quae noua ac portentifica primo vidit, numinibus adscripsit. Sic Americani dicebant Hispanos nouiter comparentes in terra eorum, esse deos, & filios nubium caeli, quoniam Archibugiis tonitrua imitabantur, & chartam loqui faciebant per scripturam ipsis ignotam & campanas horologiorum per se sonare & naues de caelo descendisse putabant*, &c. & *p. 275. Sapientiores vero contra sentiebant, sic Cato admirari, se aiebat, sacerdotes obuiantes, alter alteri non rideret mutuis nutibus, & risu, ex eo, quod populis illudunt, praedicando deos & sacrificia vt ipsi fruantur reuerentia & victu, per collusionem & iocum*, &c. Paulo infra: *Quapropter hi cognouerunt, non fuisse vera miracula ab eorum diis effecta, sed fuisse astutos homines sicut, Macon, Romulus, Pompilius, Pythagoras, Minos, qui per sapientiam politicam, vt Varro putat, aut etiam per daemonis instructionem populos deceperunt. Et sicut fastuosorum hominum est, vt diis cari & singulares videantur, diuinitatem quandam actionibus suis affingere, somnia, spectra aliaque id genus ab ipsis excogitata amplificandi gratia apponere, quod quidem ciuilibus viris, & quibus, necesse est, vitam suam adversus contumacem & dissolutam turbam instituere fortasse non est inutile, vt superstitione quasi fraeno multitudinem compescant, & ad vtilia quasi torqueant.* PLVTARCH, de *So-*

niaca ††††) habenda, nisi aperte constet.

L 2 Cap. VI.

cratis genio Tom. II. opp. p. m. 579. & *580.* Ita superstitiosi est, ea quae supra intellectum humanum esse videntur, statim diuinitati tribuere.

††††) Nec minus peccant, qui omnia pro dæmoniacis habent, quae supra eorum captum sunt. *Ratum firmumque est*, dicit IAC. PIGNATELLVS *Cons. Nouiss. LXII. p. 219. esse quandam Magiam naturalem* (i. e. humanam) *quam qui tenent, paucissimi autem bene tenent, possunt mira facere, quæ rude vulgus putat opera & auxilio daemonum fieri: tum quia opera illa sunt inusitata; tum quod secreta quadam ratione & aliis occulta fiant*; quam ob rem plerique putant eiusmodi homines habere consortium cum daemonibus, & non nisi eorum ope illa praestari. Talem de se fuisse hominum opinionem quodam loco scribit GALENVS & BOETHIVS *l. 1.* de *consolatione pros. IV.* add. BENED. PERERIVM *aduersus fallaces artes L. 1. de Magia c.* III. *p. 33. Quando igitur dubium est, an effectus superet virtutem rei, quae adhibetur ad illam producendam, praesumi debet talem effectum prouenire a causa naturali ait* PIGNATELLVS *consult. LIV. p. 181.* add. *cons. LXIV.* nec temere adscribendus superstitioni DELRIVS *disqu. mag. l.* I. & *II. c. II.* & *III.* EBERHARDVS GOCRELIVS *vom Beschreyen und Bezaubern c.* III. *p.* 45. idem bene monet. Constat enim, vt inquit AVGVSTINVS de *ciuitat. Dei L. XXI. C. IV. p. m. 713. multarum rerum naturas nostram superare scientiam, & fallere, & multa vt inquit* PLINIVS *histor. natural. l. XXX. c. I. esse naturae miracula incompertae rationis & in naturae maiestate penitus abdita*; de cuius mysteriis tot virorum eximiorum Libri extant, vt BAPTISTAE A PORTAE *Magia*, ALBERTI *M.* de *Secretis*, FERNELII de *abditis rerum causis*, VITELLONIS de *secretis*, FRACASTORII de *Sympathia & Antipathia*, LEVINI LEMNII de *occultis rerum miraculis*, WECKERI de *secretis*, MIZALDI, CARDANI, ROBERTI FLVD & ROBERT. BOYLE &c. Et non immerito sententia TORREBLANCAE tales daemoniacis adscribentis, reiicienda; vid. GOLDASTVS *c. l. §. 6. Lit. c. p. 11.* Huc maxime spectat

CAPUT VI.
DE
DE MAGIA CAEREMONIALI ET THEVRGIA IN SPECIE.

§. I.

Consideratis hactenus diuersis Magiae naturalis speciebus proximius ad nostrum propositum veniendum, ac dicendum nunc de Magia Caeremoniali. *) Haec originem suam ex idololatria, **) & quidem cultu spirituum, vt pote antiquissi-

---

GABRIEL NAVDAEVS in *Apologia pro viris claris Magiae suspectis*; Quod vero tales Magi sint habiti id factum est, vel ex malitia hos calumniandi, vel ex ignorantia, aliisque caussis de quibus videndus excitatus NAVDAEVS.

*) Magia Caeremonialis dicitur, quia certis caeremoniis constat & perficitur; sumitur vero vel pro habitu intellectus s. scientia vel pro ipso exercitio. Priore significatione fundamentum eius in Theologia gentili; Posteriori vero in ipsa idololatria quaerendum. Hinc definiri potest, quod sit scientia vel actus per certas caeremonias conciliandi, vel evocandi spiritus bonos vel malos; Inde quoque eius diuisio in Theurgiam & Goetiam, de qua vero paulo post potiora dicenda. Ex his paucis facile patet differentia inter Magiam Caeremonialem & Magiae naturalis diuersas species prioribus Capitibus pertractatas.

**) Mali enim Daemones bene intelligentes se non tam felici progressu homines a Deo seiungere & abducere posse ostendendo suam malitiam; ideo *per simulacra mortalibus hominibus dicata diuinationes exercentes, & maleficis artibus sese modo bonos daemones modo Deos caelestes, nunc heroum animas, nunc alios atque alios confingentes, tantum errorem humanis pectoribus effuderunt, vt breui tempore bonae partis hominum mentes a cultu veri Dei auerterint* POLYDOR. VERGILIVS de *rerum invent. l. 1. c. 1. Ita,* vt ad-

simo, ***) habet. Spiritibus cultum tributum fuisse verosimile

 est,

admodum scite scribit LACTANTIVS de *Orig. error. l. II. c. 17.* *quem* citat IO. WIERVS de *praestig. daemonum l. I. c. IX. col.* 45. *hominum credulitatem mentita diuinitate deludunt daemones, quod illis verum aperire non expedit; Hi sunt, qui imagines & simulacra fingere docuerunt: qui vt & hominum mentes a cultu veri Dei auerterent, & fictos mortuorum Regum vultus & ornatus exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt, & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt.* Add. GEORG. ADAM. STRVVIVS de *inuoc. nom. diuini. aph. IX. n. 11. p. 15.* Idololatriae caussas duas ex THOMA assignat PIGNATELLVS *Consult. XXIX. p. 47.* primam vocat dispositiuam s. occasionalem, ex parte hominum se tenentem, alteram consummatiuam ex parte daemonum, vbi & de eius origine, varietate & progressu latius egit; Adde & *consult.* XXX. *p. 58.* Consult. XXXIV. & *XXXV.* GERARD. IO. VOSSIVM de *Theologia gentili*, EDOARDVM HERBERTVM de CHERBVRY de *religione gentilium* & PETR. IVRIEV in *Historia cultuum* alios adhuc recenset BVDDEVS *Histor. eccles. vet. testam. prolegom.* §. *XVIII. p. 46.*

***) ANTON. van DALE de *origin. & progressu Idololatriae* cultum astrorum putat esse antiquissimum, quod & vult IVRIEV *Historie critique des dogmes & des cultes bons & mauvaix*; (Vid. *Nouvelles de la Republ. des Lettres du Mois Mai 1704. p. 505.*) Et FABIANVS TORNER *Dissert.* de *Marte Hyperboreo*, (vid. *Iournal des Scauans Tom. 45. an. 1709. p. 597.*) Idem contra TOLANDVM asserit ELIAS BENOIT *Melange des remarques critiques, historiques* &c. *p. 14.* Quo facit etiam SPIRIDION POVPART *Lettre sur la premiere idololatrie* (vid. *Iournal des scavans 1713. Tom. LIII. p. 219.* & *p. 655.*) Et STANLEIVS *histor. philos. Oriental. l. 1. Sect. 11. c. 32.* Nec non BVDDEVS *Histor. eccles. Per. 1. Sect. 11.* §. *XII. p. 240.* qui & *p. 248.* in *not.* cultum spirituum noviorem adhuc cultu simulacrorum esse statuit. PIGNATELLVS *Consult. XXIX. p. 50.* putat: Idololatriam astrorum antiquiorem fuisse idololatria imaginum quoad cultum privatum, non vero publicum. Sed nobis videtur, cul-

est, cum propter eorum naturae praestantiam ac excellentiam, tum potentiam in officiis hominibus praestandis. Persuasi enim erant, spiri-

ri-

tum angelorum fuisse antiquissimam idololatriam, sive eorum opinio admittatur, qui cultum astrorum antiquissimum putant, cum enim singulis sideribus adscriberetur certus gubernator s. spiritus, inde etiam horum cultus fuit prior: sive ea reiiciatur. Si enim consideremus, homines initio non tantum lumine rationis, sed & reuelationis instructos fuisse, hinc sequitur istos quoque cognitionem de spiritibus habuisse iisque, sensim relinquendo Deum, cultum aliquem tribuisse; impossibile enim videtur homines Dei cognitionem habentes in astra cadere illisque cultum aliquem religiosum adhibere, aliud forte dici posset, si fingamus, hominem omni reuelationis lumine destitutum sibique solum relictum; tales vero primis temporibus fuisse homines, asseri minime potest. Itaque idololatria siderum tum demum, cum iam inualuisset cultus spirituum, orta est. Adsentitur nobis IO. CLERICVS in *compend. histor. Vniuers. p. 9.* & in *indic. Philolog. ad Stanleii Philos. Orient.* voc. *Idololatria*, & voce *Astrorum. Verisimilius est, & historiae conuenientius primum angelos Dei ministros nimio honore fuisse adfectos; deinde inter eos mortuorum principum mentibus relatis similem attributum cultum; ac denique aliquot angelos, aut fato functorum animos creditos praeesse stellis, quarum propterea non tam corpus quam mens, cultu religioso affectum fuerit. Sane constat ex Hebraeorum historia, angelos antiquissimis temporibus notos fuisse, & fragmenta veterum Orientalium Theologiae quam Pythagoras & Plato Graeciae intulere, idem suadent. Hi quoque existimabant bonorum animas repetere loca ὑπερκόσμια unde descenderant. Sacra his spiritibus, cum inferioribus, tum superioribus, fecerunt, & eos e caelo elici posse crediderunt. Denique existimarunt, stellis inesse animas. Sic videtur idololatria orta non rationibus ex astrorum praestantia & vtilitate deductis.* Sicut iam IOSEPH. ALBVS *l. III. in Icarim c. XVIII.* arbitratur, omnium antiquissimam fuisse idololatriam, quod homines angelis cultum statuerint, tanquam mediatoribus & sequestris inter se & Deum.

ritus illos his inferioribus praeesse, multisque modis mortalibus opitulari, & per eosdem sibi de futuris sciscitantibus responsa dari credebant.****) Cumq; distinctio spirituum bonorum & malorum iam

****) Quamquam multi gentilium nullum eius cultum tribuebant, quin alii eorum existentiam in totum negabant, attamen plurimi eos cultu prosequebantur, imprimis Platonici, *quorum opinio erat*, vt inquit APVLEIVS de *Deo Socratis*, *spiritus procurari certis precatibus*. Cultum Angelorum inter Iudaeos ac multos primae ecclesiae Christianos locum habuisse probat ANTONIVS van DALE de *origine & progressu idololatriae. c. IX.* Sed quoad Iudaeos dissentit BASNAGE *l' histoire & la religion des Iuifs l. IV.* Sic enim *Iournal des Sauans Tom. XXXVII. 1707 p. 379. M. Basnage met ici en question, si les Iuifs invoquent les Anges, & leur rendent quelque sorte de culte, & après avoir produit les raisons alleguées pour & contre, il conclud en faueur de la negative.* Hanc haeresin TERTVLLIANVS & EPIPHANIVS expresse tribuunt Simoni Mago, vt habet IAC. THOMASIVS in *origin. histor. philosoph. & eccles.* §. *XXXIV.* Sic & EPIPHANIVS *haeres. XXI.* de illo scribit: *Negat salutem vllam hominem aliter consequi posse, quam si eiusmodi mysteria didicerit, & vniuersitatis parenti ea sacrificia per Principatus & potestates obtulerit.* BEVEREGIVS in *Not.* ad *Can. 35. Concil. Laodicaen.* Simomonem angelorum cultum ab Essenis mutuatum putat, quorum proselyti, vt IOSPHVS tradit, inter alia iurare tenebantur, se nomina angelorum obseruaturos esse. Sed THOM. ITTIGIVS *dissert.* de *haeresiarchis aeui Apostolici & Apostolico proximi* existimat, a Magis & schola Platonica angelolatriam suam didicisse Simonem, cum & Plato Angelos s. daemones eam ob causam coli oportere doceat, quia medium locum inter deum & hominem obtineant, & interpretum officio fungantur. Unde & nonnulli locum ad *Coloss. II. 18.* scriptum putant adversus Simonem. Colossi, quibus ea scribit PAVLVS, Phrygiae erat ciuitas, & metropolis eius Laodicea. In Phrygia autem & Pisidia obtinuit hic cultus, non Apostolicis modo temporibus, sed etiam tribus post

iam apud veteres fuerit cognita, ita alii eorum his vel illis, alii vtrisquec ultum ſtatuebant. *****)

§. II.

ſaeculis. Unde Synodus Laodicena A. C. *364.* (non vt aliqui volunt ante Nicenam Generalem) ſic cauit *Can. 35.* ſ. *138.* iuxta collectionem & interpretationem DIONYSII EXIGVI. *Quod non oporteat Chriſtianos eccleſiam Dei relinquere; & ire, atque angelos nominare, congregationes facere, quae interdicta noſcuntur. Si quis igitur inuentus fuit huic occultae Idololatriae ſeruiens, ſit anathema, quia derelinquit Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium Dei, & ſe idololatriae tradidit.* Sic legit THEODORETVS, cuius verba in Commentario ad memoratum Paulinae epiſtolae locum latine ſic ſe habent: *Qui legem defendebant, etiam ad angelos colendos inducebant, dicentes legem per eos datam. Manſit autem hoc vitium in Phrygia & Piſidia. Quo circa Synodus quoque quae convenit Laodiceae, quae eſt Phrygiae Metropolis, lege prohibuit, ne precarentur angelos & ne relinquerent dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Atque eadem repetit in *Cap. 3.* ibique teſtatur quod oratoria S. Michaelis in Phrygia & Piſidia ad ſuam vsque aetatem perſtitiſſent. GARNERIVS vero in *diſſert.* de *fide Theodoreti* verba Pauli praedicto loco *Col. II. 18.* ad Cerinthum potius, quam ad Simonem pertinere aſſerit, de Cerintho enim refert, quod Alexandriae cum Iudaeis, gentilibus & Magis conuerſatus, poſtea in Aſia ac imprimis in Piſidia haereſin ex Iudaiſmo, Idololatria & Magia conflatam diſſeminauerir, ac angelos tanquam mundi conditores, & Dei hominumque mediatores adorandos docuerit. Eos qui angelos colerent *Angelicos* dixere, quorum meminit ISIDORVS *L. VIII. etymolog.* & EPIPHANIVS *haer. LX.* & ex eo ZONARAS ac BALSAMON ad *Can. 35.* Concilii Laodicen. Clarius vero etymon perſpexit AVGVSTINVS *haereſ.* XXXIX. Angelici in angelorum cultum inclinati, quos EPIPHANIVS *c. 39. 24. 90. 3.* ſuo tempore iam defeciſſe teſtatur, vid. PIGNATELL. *Conſ. nouiſſ.* XXXIII. *p. 69.* & *70.* Pontificios angelos cultu proſequi inter omnes ſatis conſtat, imprimis eorum cultum defendere conatur BARONIVS in *Annal. eccleſiaſt.* T. I. ad

§. II.

Creuit hic cultus Spirituum per corruptam cum traditionem, tum rationem de duobus naturae principiis, bono deo maloque genio, quorum ille ſit cauſa boni in natura, colique debeat, vt faciat bene; hic autor ſit omnis mali, & colendus, ne mala inferat. Quae vetuſta ſententia, quod ea fuerit antiquiſsimorum gentilium, aperte conſtat ex doctrina Zoroaſtris, qui duo principia ſtatuit, boni principium vocauit Oromazan, mali Arimanium. *) quae etiam ad Aegyptios, Oſiridem tanquam principium boni, Typhonem tanquam mali colentes, **) & ab his ad Graecos, ***) indeque ad Romanos

M

ann. Chriſti LX. col. 779. *n.* 201. PETAVIVS & alii; quos optime & erudite refutauit BASNAGE *dans l' hiſtorie de l' Egliſe l.* XIX. XX. & XXI. Add. IAC. THOMASII *Differt.* de *Orig. cultus angelorum ſuperſtitioſi*, & TILLADET *diſſertations ſur diuerſes matieres de religion & de Philologie Vol.* I. Diſſ. I. vbi diſquirit in opinionem Origenis de inuocatione Angelorum. Confer ipſum ORIGINEM *contra Celſum l.* VIII. *p.* 384. & 476.

*****) Cultus, ſpirituum malorum iam mentio fit *Deutr. XXXII.* 17. vbi Moſes, vt grande peccatum refert, ſacrificatum eſſe Laſchidim, id ſeptuaginta interpretes vertunt Daemoniis, LVTHERVS *denen Feld-Teufeln*, add. *Leuit. XVII.* 7. & *Pſalm. CVI.* 37. & PIGNATELLVS *Conſult. XXXII. p.* 68. Originem cultus daemonum ſacrificiorumque exponit quoq; EDVARDVS HERBERTVS de *religione gentilium*.

*) Vt latius patet EX PLVTARCHO de *Iſide & Oſiride p.* 269. Eiusdem ſententiae fuiſſe Magos memorat DIOGENES LAERTIVS *init.* ſui operis: *Ariſtoteles in I. de Philos. Libro Magos Aegyptiis antiquiores eſſe prodidit, duoque iuxta illos eſſe principia, bonum Daemonem & malum, alterum ex his Iouem & Onomasdem, alterum Plutonem & Arimanium dici, quod Hermippus quoque in primo de Magis* ait, *atque Eudoxus & Theopômpus.*

**) Ita habet PLVTARCHVS *libr.* de *Iſide & Oſiride Opp. p. m.* 269. *ſeqq.*

***) Quod haec doctrina fuerit Pythagorae, patet EX EVSEBIO de

nos ****) propagata fuit; Atque talis error ad Iudaeos

praeparat. Euangel. l. XIV. Principiorum alterum esse vnionem, i. e. DEVM & bonum, alterum infinitum binionem i. e. daemonem malum, circa quem materialis multitudo est, vid. BVDDEI *dissert.* de καθάρσει *Pythagoreo-Platonica* §. IX. *add.* BENEDICT. PERERII *Physic. l.* IV. *c.* VII. *p.* 240. Idem de Platone sentit IO. LVDOV. VIVES in *Comment. ad Augustinum de ciuit. Dei l. V. c.* XXI. *p.* 169. *Magos videtur secutus Plato lib.* X. *Legum, cum animas ponit in mundo geminas, alteram, vnde proficiscuntur bona alteram vnde mala: nisi potius Pythagorae sententiae assensus est, qui principiorum ciuitatem Deum esse ait; mentem, vniusque naturam, & bonum. Diada vero infinitam materialem, circa quam est multitudo, genius & malum.*

****) Quoad Romanos patet id ex AVGVSTINO de *ciuit. Dei. l.* II. *c.* XI. *p. m.* 46. & *l.* VIII. *c.* XIII. *p. m.* 250. *Labeo numina mala victimis cruentis atque huiusmodi supplicationibus placari existimat, bona vero ludis & talibus quasi ad laetitiam pertinentibus rebus.* VIVES ad h. l. p. 46. putat hanc opinionem, ex Platonica & Stoica disciplina manasse, nam Platonici omnes Deos bonos, daemonas vero & heroas bonos, quosdam malos esse statuebant; & ad *c. l. p.* 250 *Apuleius in Deo Socratis, ex daemonibus alios diurnis sacrificiis gaudere scribit, alios nocturnis; esse qui laetioribus, esse qui tristioribus hostiis, ritibus & caeremoniis. Porphyrio in Carmen saeculare Horatii vulgarem fuisse opinionem significat, alios Deos placandos, ne laedant: alios vt prosint.* PLVTARCHVS scribit magnos & malos daemonas olim sacrificiis a Regibus & Principibus honestatos ad eorum iram auertendam, quae maxima damna afferebat. PORPHYRIVS Philosophus in *II. lib. de abstinentia animatorum,* ciuitatibus interdum esse opus subindicat malis daemonibus sacra facere, ne frugibus, ne diuitiis, ne vrbi ipsi noceant. Nam *rata est inquit, apud omnes fides, eos laesuros genus humanum, si irascentur, propterea, quod negligantur, neque cultum legitimum nanciscantur;* nec id solum docet ex vulgari esse opinione, sed Theologorum quoque, qui malis daemonibus mactari permittunt victimam, gustari vero ex ea vetant.

dacos *****) quoque, & Christianos est deriuatus. Inter Christianos primitus ita desipuerunt Gnostici, †) quos secuti sunt Valentiniani, ††) Marcionitae

*****) Quod conqueritur BVDDEVS *dissert* III. de *erroribus Stoicorum* §. 4. *seqq.*; fortasse ad id commoti sunt loco *Leuit.* XVI, vbi in sacris Mosaicis duo hirci pro peccato offerebantur, alter mittebatur ad Azazel genium s. daemonem terrestrem, vt ipsi aiunt; vid. IO. FILESACVS de *idololatr. magic.* §. *VII. fol.* 57. & *Introduct. in libr. Sohar Sect.* I. C. I X. §. XIX. *Cabbal. denud. Tom.* II. *P.* I. *p.* 231. De significatione huius vocis varias sententias collegit BVDDEVS *Histor. eccles. vet. testam. Per.* II. *Sect.* I. §. XXXII *p.* 717. Certe apud EPIPHANIVM *haeresi* XXXIV, vox Azazel sub hac significatione, vt denotet spiritum malignum, legitur; Huncque significatum, partim suis partim SPENCERI argumentis stabilire nititur IO. van der VVAEYEN, in *diss* de *Hirco Azazel.*

†) Gnosticos a Simone Mago ortos esse vult IAC. THOMASIVS *Orig. histor. Philosoph. & ecclesiast.* §. XXXIV. sed PIGNATELLVS *Consult. nouiss.* XXIX *p.* 53. *teste* AVGVSTINO *haeres.* VI. vult ex Nicolao vel Carpocrate; quod & rectius; ac licet nonnulli iam ante Carpocratem Gnosticos nominent, id saltem fit quod hi ferme eadem dogmata habuere, quae deinde Gnostici κατ' ἐξοχὴν magis diffuderunt; quemadmodum etiam ex THOMASIO *c. l.* §. XXX. patet, Simonem Magum iam illa duo principia statuisse.

††) Sic haec sententia de duobus principiis expresse Valentino tribuitur ab HIERONYMO in *prooem. epist. ad Philipp. Tom.* VI. *Opp. p.* 211. quanquam principium bonum prius & fortius malo statuat; vid. BVDDEVS *diss.* de *haeresi Valentiniana* §. IX. *lit. K. La Platonisme devoilé P.* I. *C.* VIII. *p.* 69. *seqq.* & HOOPERVS *Diss.* ἀνώνυμος de *Valentinianorum haeresi.* De Sige & Bytho Valentinianorum vid. IO. PEARSON *Vindicias pro S. Ignatio P. II.* Inter eius discipulos hanc doctrinam maxime Heracleon propagauit. vid. BVDDEVS *c. l.* §. XVIII. *lit. a.*

tae †††) ac maxime Manichaei, ††††) quorum deinde doctrina tanquam pestilentissima labe plurimae occidentales prouin-

†††) AVGVSTINVS de *haeresib. haeres. L.* & BVDDEVS in quodam *programmat.* in *Syntagm. dissert. theologic. p. 668.* Nec non BAYLE *Dictionaire histor. & Critique v. Marcionitae.*

††††) Manichaeos dictos esse a Manete illius Sectae auctore, refert AVGVSTINVS *haeres.* LXVI. Illius dogmata horrenda breuiter proponunt CHRIST. KORTHOLT. *histor. ecclesiast. noui testam. ad Saec.* III. *Sect.* V. *C. I. p. 84.* TOBIAS PFANNER *System. Theolog. gentil. c.* II. §. *23.* & *c.* IX. §. 5. Et IDEM *Obseruat. eccles. Tom.* II. *Obs.* VI. §. *6.* De quibus vere dixit LEO M. *Sermon. V.* de *ieiunio. Quod in paganis profanum, quod in Iudaeis carnalibus coecum, quod in secretis Magicae artis illicitum, quod denique in omnibus haeresibus sacrilegum aut blasphemum est, hoc in istos* (Manichaeos) *quasi in sentinam quandam cum omnium sordium concretione, confluxit.* Vnde & contra eos seuerissima Legum placita, a diuersis Imperatoribus sunt promulgata, vt patet ex *tot. tit. C.* de *haereticis & Manichaeis*, & ex *l. 3. C. Theodos.* de *haereticis*, ad quam Legem conferatur CORNELIVS van BYNCKERSHOEK *obseruat. iuris Romani l.* I. *C.* XII. *p. 56*, quem autem refutat FABRICIVS *bibliothec. Graec. l V. c.* I. §. XXII. in *Not. p. 281.* Manes multos habuit discipulos, quos recenset KORTHOLTVS *c. l.* Priscillianistas in Hispania Manichaeos secutos fuisse dicit AVGVSTINVS *haeres.* LXX. Notandum, istam haeresin, per quoscunque licet sit propagata ab eo tempore vsque ad nostram aetatem nomen Manichaeismi retinuisse. Optime huius doctrinae originem, ipsa dogmata, eorumque refutationem exposuit CHRISTIAN. VVOLFIVS *in Manichaeismo ante Manichaeos, & Christianismo rediuiuo*; add. IO. CLERICI *Bibliotheque choisie 1704. T.* III. *p. 43.* ELLIES DV PIN *Nouelle bibliotheque des auteurs ecclesiastiques T. V. p 150.* LAVRENT. ALEXAND. ZACAGNIVS *Collectan. monument. vet. eccles. Graec. ac latin. Tom.* I. edidit Archelai Cascharorum in Mesopotamia Episcopi Acta disputationis cum Manete, promi-

uinciae sunt infectae: †††††) Eiusdem quoque opinionis iam

M 3 olim

situe Historiam Manichaeismi. Alios, qui de hac haeresi ac contra illam scripserunt, & quidem antiquos recenset EPIPHANIVS *haeres.* LXVI. & THEODORETVS *l.* I. *haeret. fabul.* Nouiores vero scriptores de Manichaeis refert IO. ALB. FABRICIVS, *Biblioth. Graec. l. V. c.* I. §. XXXII. *p.* 295.

†††††) Quomodo haec Secta ex Asia in Thraciam, ex Thracia in Bulgariam, ex illa in Sclavoniam, hinc in Italiam, exinde in Galliam & alias denique prouincias occidentales sensim serpserit accurate & erudite pertractat IAC. VSSERIVS de *Christian. eccles. successione & statu c.* VIII. *§.18.p. 114.seqq.* Add. PETRI CVLI *historia* de *Manichaeornm progressibus.* Suspicor tamen nomen Manichaeorum eo tempore tam generale fuisse, sicut & nomen Catharorum s. Gazarorum, vt saepe haereticos ab isto errore longe alienos & inter se ipsos diuersos denotaret, quin & nonnunquam pios verosque Christianos ab ecclesia vero Romana recedentes eo nomine tanquam maximopere odioso inique fuisse affectos, vt iam suo tempore conqueritur HIERONYMVS *Epist.* XXII, *ad Eustochium: Si quam vidissent pallentem atque tristem, miseram,* & *Manichaeam vocabant.* Waldensibus & Albigensibus Manichaeismum imputare aliqui voluerunt, de quo ea de causa inter se disceptarunt I. B BOSSVETVS, IO. BASNAGIVS *Remarcks upon The ecclesiastical History of the ancient Cherches of the Albingenses.* Utrosque defendere vult IACOB. VSSERIVS de *Christianar. eccles. successione & statu. C. VIII. §. XXVI. p. 118. Simili ratione & hisce temporibus cum Manichaei & Waldenses iisdem degerent in locis (a quibus etiam Albigensium & Agennensium atque eiusdem generis alia cognomenta sortiti sunt vtrique) communique haereticorum & hostium sedis Apostolicae nomine a Pontificiis censerentur; partim quorundam inscitia & incuria, partim aliorum fraude ac malitia est effectum, vt Waldenses & Leonistae (quos vocabant) iisdem quibus Cathari & Manichaei commaculati crederentur erroribus, in terra Albigensium commorantibus admitti potest, ita de toto Albigensium genere*

olim fuerunt nonnullae Septentrionales Gentes: *) Multique Indorum ac Americanorum populi adhuc sunt in eadem superstitione: **) Denique & hodie inter eos, qui se Christianos

---

dictum falsissimum esse constat. Add. *c. VIII. p. 146.* Verum licet illud, quoad Waldenses facile concedamus; attamen Albigenses minime absoluere possumus, cum ex eorum dogmatibus satis constet illos hac in re perfecte Manichaeismo fuisse addictos; Sic enim patet ex ipsis *Petri Auterii* Doctoris quondam inter eos eximii sententia, quae extat in libro *sententiarum inquisitionis Tholosanae* MS. sed nunc edito a PHILIP. a LIMBORCH *fol. 40. Duos esse Deos ac dominos, benignum scilicet & malignum; fol. 68. Quod Deus benignus fecit omnia inuisibilia & incorruptibilia, & quod malus princeps scilicet Lucifer fecit omnia uisibilia, & corruptibilia ac etiam humana corpora;* add. *fol. 120.* & PHILIP. a LIMBORCH. in *historia inquisitionis l. I. c. VIII. p. 31.* concludit: *Non tantum aliquos Manichaeos, qui ex Asia profugi primo in Bulgaria considerunt, & postea in partes Tholosanas migrarunt inter ipsos latuisse, sed & Manichaeorum sententiam ab ipsis aut saltem plurimis illorum fuisse receptam. Et sane non est, quod manifestae contradicamus veritati: Licet enim laudemus, quod in Romanae ecclesiae doctrina varios detexerint errores, illiusque communionem fugerint, ingenui tamen candoris est, etiam aliquos ipsorum agnoscere naeuos.*

*) Sic HELMOLDVS in *Chronico Slauorum lib. I. C. LII. p. m. 125. in conuiuiis suis & compotationibus suis pateram circumferunt, in quam conferunt, non dicam consecrationis sed execrationis verba sub nomine deorum Boni scilicet atque Mali; Omnem prosperam fortunam a bono deo, aduersam a malo dirigi profitentes, ideo malum deum sua lingua Diabol siue Zernebock, i. e. nigrum deum appellant,* vid. IAC. FRIEDER. REIMMANNI *Introduct. in histor. litterar. Tom.* II. *p. 5.* Idem de veteribus Saxonibus testatur GEORG. FABRICIVS *l.* I. *Orig. Saxon.* & de *Ungaris* BONFINIVS *l.* XII.

**) Autor *des Entretiens sur diverses sujets d' histoire, de literature, de*

anos dicunt, nonnullos eundem errorem fouere & defendere, multi non fine ratione conqueruntur. ***)

§. III.

---

religion, & de critique Entr. IV. *p.* 255. in *not.* dicit: *Les Caraibes des Antilles reconnoissent aussi un Dieu, Principe du bien, auquel Dieu ils ne rendent a la verité aucun culte, mais ils adorent Maboya, qv'ils croyent être le Principe du Mal. Ils ont même une espéce de Prêtres, qu'ils appellent des Boyez,* vid. ROCHEFORT *Histoire Morale des Isles Antilles p.* 13. & 14. *La relation des Caraibes du Sieur* DE LA BORDE *c.* II. & III. De Calecutis P. BOAISTVOV *histoires prodigieuses l.* I. *c.* I. *p.* 5. *Et si a bien filé les yeux, & ensevely les sens de cette miserable populace de Calicut, qu'encore, qu'ils croyent en Dieu, toute fois ils adorent & reverent le diable, luy font sacrifices, luy erigent statues, le perfument, encensent, & embausment, comme si c'étoit quelque déi é.* De Tapujis in Brasilia VOSSIVS *l.* I. *c.* II. in *addit.* & ROVLOX *Relation*, qui ipse istis sacrificiis adfuit.

***) Ita conqueritur CHRISTOPH WOLFIVS *Manichaeismi ante Manichaeos, & in Christianismo rediuiuo sect. II. neque veritate quidem suffragante prorsus inficiari licet, quasdam Manichaeismi notas nonnullis coetus nostri deuoti sociis impressas esse, quibus satis superque a recte sentientibus distinguuntur.* Imprimis *Petr. Bailius* Manichaeismi suspectus habebatur, eademque de causa expressis verbis accusatur a IACQVES BERNARD *L'amy demonstration de la verité & de la sainteté de la morale Chretienne Entret. II. p. 50. Il. releue* (Bayle) *les deux principes des Manichiens coulez à fonds depuis long tems dans l'esprit de tous les hommes, & qui, cependant ont plus de vrai-semblance, selon lui que le sentiment, qui leur ệt opposé.* Perspicere id licet ex suo *discursu* de *Cometis,* & *diction. histor.* v. *Marcionitae*, *Manichaei* &c. Licet sententiam suam in pecul. *dissert.* dictionario suo *p.* 3136. annexa, explicare & defendere, voluerit. Contra illum quoque scripsit IO. CLERICVS in *Paras. T. I. p.* 301. ISAACVS IAQVELLOTIVS in *conformitate rationis & fidei*; conf. etiam LEIBNITII *Essais sur la bonté de Dieu, la liberté de l'homme & l'origine du mal,*

§. III.

Ex hac doctrina venit traditio, quod homo mediantibus ſpiritibus intermediis cum principio bono vel malo vniri & commercium habere poſſit, modo ritus tales ſibi conciliandi obſeruet: horum vero ſcientia dicebatur Magia caeremonialis, & quidem in ſpecie Goetia, ſi cum malis; Theurgia ſi cum bonis iniretur commercium *)

§. IV.

Goetia, licet dicatur a planctu, quo circa mortuorum ſepulchra eorum animae ex inferis euocantur, in ſpecie tamen opponitur

---

ſub nomine Theodicé, & P. POIRET, *cogitationes rationales de Deo, anima & malo.*

*) Licet de hac diuiſione in Goetiam & Theurgiam primum mentionem faciant, IAMBLICHVS in libro de *Myſteriis Aegyptiorum*, PROCLVS de *Magia*, PORPHYRIVS & alii Platonici illorum temporum, attamen re ipſa iam apud antiquiſſimos Perſarum Magos ac Graecorum Philoſophos cognita & fundata fuit, cum ea ſimpliciter vulgari nomine Magiae vel bonae vel malae, cuius diuerſae erant ſpecies, deſignaretur. Aliter eam diuidit Suidas, voce γοητεία *p. m. 203. Goetia, Magia & Pharmacia, inuentae a Perſis & Medis differunt. Magia* (in ſpecie ita dicta, ſ. noſtro ſenſu Theurgia) *eſt inuocatio daemonum ſcilicet beneficorum ad aliquod bonum conficiendum, cuiusmodi Apollonei Tyanaei praedictiones fuerunt. Goetia fit per coactionem & inuocationem mortuorum, ſic dicta eſt a Planctu, qui fit circa ſepulchra. Pharmacia vero fit cum aliquid porrigitur alicui ſumendum ore, quod mortem ei ſit allaturum, certis incantamentis praeparatum.* Verum Pharmacia minime ad Magiam caeremonialem poteſt referri, huius enim partes ſaltem ſunt Goetia & Theurgia. De hac diuiſione conf. BODINVS *Daemonomania l. I. c. II. p. 83. & l. II. c. I. p. 203.* IO. VVIERVS de *praeſtig. Daemon. l. II. c. II. p. 145.* IDEM de *Lamiis c. I. p. 10.* PIGNATELLVS *conſult. Nouiſſim. LXV. p. 227.* It. PERERIVS *aduerſus fallaces artes l. I. de Magia c. IX. p. 72.*

nitur Theurgiae & denotat eam Magiam, in qua commercium cum ſpiritibus malis intercedit; deſcribitur autem, quod ſit immundorum ſpirituum commerciis inauſpicata, nefariae curioſitatis ritibus, illicitis carminibus concinnata, omnium Legum placitis exterminata, & execrata *)

N §. V.

---

*) Ita deſcribitur ab HEN. CORNEL. AGRIPPA de *vanitate ſcientiarum c. XLV.* Dicitur etiam alias Necromantia, quanquam haec in ſpecie ſit diuinatio ex mortuis euocatis petita: Dicitur quoque ψυχαγωγία, ſ. Manium euocatio, ſic SVIDAS voce ψυχαγωγεῖ *p. m. 1086. in manibus eliciendis, praeſtigiis quibusdam vtuntur aduerſus mortuos. Cum enim ad ea loca peruenerunt; vnde duci poſſunt animae, quas deſiderant ii, quibus illis opus eſt, eo veniunt, vbi mortui ſunt ii, quorum manes eliciunt: nec veſtigio inueniunt locum, ſed ad hunc modum indagant. Nigrum arietem adhibent, eumque vel altero eius cornu, vel anterioribus pedibus comprehenſis, erectum poſterioribus circumducunt. Is vero placide admodum ducentem ſequitur. Ubi vero peruentum eſt, in quo ille vel illa ſita eſt, ibi ſe ares vltro poſternit. Quo facto illo remoto & occultato, variis ſacrificiis & incantamentis adhibitis obambulant & circumeunt illas & audiunt loquentes & cauſas propter quas irati ſint, ſciscitantur. Etiam Antonius Imper. elicuit manes patris ſui Commodi.* Diuiditur autem Goetia ab AGRIPPA dupliciter: *Alii*, inquit, *Daemones malos virtute quadam maxime diuinorum nominum adiuratos aduocare, & cogere ſtudent* &c. *Alii autem nefandisſimi ſe daemonibus ſubmittentes illis ſacrificant & adorant idololatriae & vilisſimae deiectionis rei effecti ſunt, quibus criminibus, etſi priores non ſunt obnoxii, tamen manifeſtis periculis ſe exponunt. Nam etiam coacti daemones inuigilant ſemper, quo errantes nos decipiant.* Plura de illa differere non eſt huius loci, interim conf. AGRIPPA *c. l.* vbi & rationem dat cur Goetici ſolis vtantur daemonibus malis, *quia boni angeli difficile comparent, & Dei iusſum exſpectant, nec niſi mundis corde & vita ſanctis congrediuntur, mali autem faciles ſe exhibent ad inuocandum falſo ſaventes, & diuinitatem mentientes, ſemper praeſto, vt*

§. V.

Antequam de ipsa Theurgiae natura agamus, prius illius historiam, examinabimus; Haec Theurgia Chaldaeorum Persarumque Magiae, Aegyptiorum & Graecorum Philosophiae, Cabbalae Iudaeorum, ac denique Theologiae Mysticae originem & progressus suos debet, vel breuibus: Ista tres habet fontes, Ethnicismum, Iudaismum & Enthusiasmum ex quibus vsque ad nostra tempora, est deriuata.

§. VI.

Ex Ethnicismo primitus Theurgiae origo petenda a Chaldaeis *) & quidem autore Zoroastre Chaldaeo **) Hic enim, sicut

---

astu suo decipiant, vt adorentur. Plura vid. apud BOISSARDVM de *diuinatione* in libro de *Magia c. III. p. 38. seqq.* DELLRIVM *disquis. magic. l. IV. c. II. quaest. VI. Sect. II. p. 162. seqq.* PERERIVM de *Magia l. I. c. XI. p. 82.* GEORGIVM PICTORIVM VIGILLANVM *epitom. Goetiae* insert. *Agrippae Opp. Tom. I. p. 478.*

*) Chaldaeorum sacerdotes vacabant religioni, sacrificiis & precibus, vid. DIODORVM SICVLVM, *l. II. p. 82.* & *l.* III. & vti eorum religio simplicior, ita & antiquior Aegyptiaca censenda; qui oracula Theurgica edebant, dicti sunt apud illos Prophetae, vid. IVLIANVM Orat. V. Quod Chaldaei Theurgiae dederint operam constat ex *Oraculis Chaldaicis* a GEMISTO PLETHONE & PSELLO scholiis illustratis, & a FRANCISC. PATRITIO auctius editis, nec non in STANLEII *Philosophia Chaldaic. p. 1076.* cum *not.* CLERICI extantibus; haec enim vniuersa doctrinis, de deorum cultu & sacrificiis, de animarum adscensu, de teletis s. ritibus sacris, quibus conspectus daemonum procuretur, sunt repleta; Et licet concederem nonnulla eorum posteriorem vel Graecorum vel Christianorum aetatem sapere, attamen genuinas quoque priscorum Chaldaeorum doctrinae reliquas iis contineri, quod iam apud veteres non tantum citata, sed magno honore etiam habita reperiantur, non negari potest.

**) Alii, praeter hunc, plures Zoroastres vixisse putant, quorum sen-

sicut inuentor omnium artium magicarum apud Chaldaeos fertur,
N 2

tentias collegit IO. FRANCISCVS BVDDEVS in *historia eccle-siast. Per.* I. *Sect.* III. §. XXII. *p. 436.* & IO. ALBERTVS FABRICIVS *Bibliothec. Graec. lib.* I. *c.* XXXVI. *p. 243.* Sed vnum saltem fuisse Zoroastrem arbitror, quod etiam vult IO. CLERICVS in *Indice Philolog.* ad *Stanleii Philosoph. Oriental.* V. *Zoroastres* dicens: *Zoroastres multi videntur Graecis memorati, quod barbara nomina forte adfinia non satis distinguerent, vel quod cum audirent de pluribus viris quaedam similia, eos confuderint, & cum vnum virum putarent, vno nomine appellarint, vnde factum, vt posteri diligentiores animaduerterent, sub vna appellatione plures latere, quod omnia vni non conuenirent. Ex simili ratione plures sunt nati Hercules, Ioues &c. nempe ex errore, non ex consuetudine quadam certa, qua prudentes & scientes variis nominibus eadem imponerent nomina*; Cum hoc consentit ipse STANLEIVS in *Histor. Orient. Sect.* I. C. II. *p. 1114.* & IO. HENR. VRSINVS in *Differ.* de *Zoroastre*, qui tamen *p. 25.* illum ad tempora Cyri s. vltimorum Prophetarum refert; Unum quoque Zoroastrem statuunt THOMAS HYDE in *Historia relig. veter. Persarum*, & IO. ALBERT. FABRICIVS in *Bibliotheca Graeca l.* I. *c.* XXXVI. §. IV. *p. 245.* nisi quod putent inuentionem Magiae non nisi vni, Persemodi nempe, qui Darii Hystaspis temporibus claruerit, tribui posse. Verum ait quidem PLINIVS *l.* XXX. *c.* I. inter auctores conuenire, ortam esse Magiam a Zoroastre, sed addit, vnus ex his fuerit, an postea alius, non satis constare: ab eo autem intelligi Zoroastrem Chaldaeum, non Persam, inde colligere est, quod eos laudet scriptores, vt Eudoxum, Aristotelem, Hermippum, qui Zoroastrem antiquiorem Platone prodiderunt, sex annorum millibus, & Troiano bello quinque millibus; quorum rationes, quamuis absurdae, respiciunt tamen antiquissimum Zoroastrem Chaldaeum vid. THOM. STANLEIVM *histor. philos. Oriental. l. 1. Sect.* II. *c. 24.* HVETIVM aliosque qui eum pro Mose vel Ezechiele agnoscunt, refutat BVDDEVS *differt. de peregrinat. Pythagorae* §. XX. usque ad XXVII.

tur, ita quoque Theurgiae, quae partem illarum conficit, autor censendus erit. ***)

§. VII.

A Chaldaeis ad Persas, quippe qui omnem suam eruditionem his vicinis debent, haec Magia Theurgica peruenit. *) Illius primus institutor habetur Zarades vel Zaraduissit, aut Zoroaster ob communem videlicet eruditionem eximiam vel doctrinam ita appellatus; **) ipsiusque promotor fuit Hystaspes;

***) Chaldaeorum doctrinas occasione *Danielis* Prophetae II. 2. in quatuor partes nempe Theologiam & Physicam; Astrologiam, Theurgiam ac Deorum cultum diuidit STANLEIVS *P. XIII. philosoph. Chald. Sect.* II. *prooem. p. 1122*, illarumque inuentorem Zoroastrem fuisse in sequentibus non sine verisimilitudine euincit; GABR. NAVDAEVS quidem in *apologia pro Viris magiae suspectis c.*VIII. Zoroastrem quouis modo a Magia defendere conatus est, sicuti nos ipsi eum a Magia Goetica facile absoluimus, imprimis cum Magia tunc temporis in bonam partem acciperetur, sed eum Magiae Theurgicae studuisse ex multorum scriptorum testimoniis ipsiusque scriptis variis (de quibus STANLEIVS c. l. Sect. I. p. 1115. & FABRICIVS c. l.) satis patet, & ipse NAVDAEVS in *fin.* §. 8. & *init. 9. d. c.* confitetur, habuisse eum occultam rerum diuinarum cognitionem, gentilem scilicet. Initio vero Theurgiae scientia consistebat saltem in quadam Theologia gentili mystica; Idem NAVDAEVS alios hic a nobis recensendos in ista Apologia passim vult defendere, quod scilicet Goetiam vel Theurgiam non exercuissent, sed non negat, eos studuisse huic scientiae, quod patet ex *C. VI.* §. *III.* vel saltem eorum doctrinas causam & incrementa Theurgicae scientiae attulisse, quod saltem demonstrare nobis sufficit. Conf. de hoc Zoroastre THOM. GALE ad IAMBLICHVM de *mysteriis p. 184.* & BAYLE *dictionaire historique & Critique* voce *Zoroaster.*

*) THOM. STANLEIVS *histor. philosoph. Orient. C. II. prooem. p. 1159.* & *c.* VII. *p. 1165.*

**) Hunc Zoroastrem autorem primum Theurgiae, quam Magiam

pes; ***) quem omnes denique Persarum Magi etiam in huius studii genere sunt secuti. ****) Primus qui Persarum disciplinas Graeciae inuexit fuit Hostanes s. Osthanes comes Xer-

xis;

s. cultum deorum appellabant, apud Persas fuisse patet ex PLATONE in *Alcibiade I. p. m. 36. Anno vero quarto decimo puerum suscipiunt hi, quos regios paedagogos appellant. Sunt ii profecto ex omnibus Persis ea aetate electi praecipuique quatuor, sapientissimus, iustissimus, temperantissimus atque fortissimus aliquis vir. Quorum primus Magiam Zoroastris Oromansi filii* (cum) *docet, est autem illa deorum cultus*; de eodem quoque AGATHIAS *l. 2. initio* dicit, *sed quocunque tempore vixerit, autor fuit atque introductor Magicae religionis inter Persas, mutatisque eorum antiquis ritibus sacris varias opiniones induxit.* Et ELMACINVS in *Arabica historia* ab ERPENIO edita tradit, Zaradusit non primum instituisse, sed reformasse religionem Persarum & Magorum, qui diuisi erant in plurimas Sectas; conf. STANLEIVM *l. II. c. I. p. 1160.* & FABRICIVM *c. l. §. XIV.*

***) De quo testatur AMMIAN. MARCELLINVS *l. XXXIII. c. VI.* dicens: *Vir fuit prudentissimus, qui, cum superioris Indiae secreta fidentius penetraret, ad nemorosam quandam venerat solitudinem, cuius tranquillis scientiis praecelsa Brachmanorum ingenia potiuntur; eorumque monitu rationes mundani motus & siderum, purosque sacrorum ritus, quantum colligere potuit, eruditus, ex his, quae didicit aliqua Magorum sensibus infudit, quae illi cum disciplinis praesentiendi futura per suam quisque progeniem posteris aetatibus tradunt.* Plura de eo vide apud FABRICIVM *l. I. c. XIV.* §. 2. & 3. & STANLEIVM *l. II. c. II.*

****) Huic studio Magos Persarum imprimis operam dedisse, patet ex DIOGENE LAERTIO *prooem. p. 27.* qui ita scribit: *Aiunt magos deorum vacare cultui, & sacrificia & preces eis offerre, tanquam soli exaudiantur, diuinationem praeterea & praedictiones exercere sibique deos apparere talia aperientes.* Nonnulli eos Goeticae Magiae reos esse incusant, sed scriptor libri Μαγικὸν, qui vulgo Aristoteli tribuitur, apud DIOG. LAERTIVM *c. l.*

xis; †) Antiquior quidem hoc Osthane fuit Pythagoras, quique in itineribus suis cum Magis versatus fuit sed ille harum disciplinarum intima non penetrauit; vel, quod cautior esset, quae de iis norat, non vulgauit, nisi ea miscendo, quae sibi propria esse volebat ††)

§. VIII.

---

illius imperitos fuisse prodit; APVLEIVS *Apologia I. p. 32. Persarum lingua Magus est, nostra sacerdos*; Et PORPHYRIVS de *abstinentia l. IV.* tradit: *Inter Persas sapientes, qui Numinis contemplationi ac cultui addicti erant, vocabantur*; Add. DION. CHRISOSTOMVM in *Borysthenica orat. 49. p. 448.* CASPAR. BARTHIVM *L. LVIII. aduersar. C. II. p. m. 2722.* & alios autores supra *c.* II. §. I. citatos. PHILO libro; *quod omnis homo liber Opp. p. m. 876: quales apud Persas Magi naturae scrutatores prae veritatis cognoscendae studio, qui per ocium diuinas virtutes contemplantur clarius, & alios eiusdem initiant mysteriis.* Et IDEM libro de *specialibus legibus Opp. p. 792. Verum quidem illam Magiam hoc est perspectiuam scientiam, per quam naturae opera cernuntur clarius, vt honestam expetendamque, non plebeii solum sectantur, sed etiam reges regum maximi, praesertim Persici tam curiosi harum artium, vt regnare non liceat, nisi cum Magis versato familiariter.*

†) PLINIVS *histor. natur. l.* XXX. *c 1.* dicit, *eum velut semina artis portentosae sparsisse obiter, infecto, quacunque commeauerat mundo,* sed MINVTIVS FELIX in *Octauio p. 61.* illum tanquam Theurgum praedicat, dicens; *eum fuisse Magorum eloquio & negotio primum, verum deum merita maiestate prosecutum, & angelos veri Dei adsistere nouisse,* conf. STANLEIVM *L.* II. *c.* III. & FABRICIVM in *Biblioth. Graeca l.* I. *c.* XIV. §. I. *p. 92.*

††) Ita ratiocinatur STANLEIVS *histor. philosoph. Orient. l.* II. *c.* III. quod & affirmat de Platone, hunc Osthane antiquiorem dicens; Verum, cum constet expeditionem Xerxis, cui Osthanes interfuit, factam esse anno quarto LXXIV. Olympiadis, vt ipse STANLEIVS c. l. confitetur, Platonem autem anno Olympiadis XXCVIII. primo natum, vt IDEM *histor. Philosoph. p.* IV. *c.* II.

§. VIII.

Graecorum Philoſophis longe antiquiores fuere Aegyptii, ipſis Chaldaeis antiquitate cedere nolentes *) Hi multa myſteria de Deo diuiniſque Ideis, de geniis Mundi, de Angelis, daemonibus, de ritibus & caeremoniis ad Deum placandum, ad trahendos genios, & daemones pellendos in hieroglyphicis ſuis ne a vulgo intelligerentur, & profanarentur, occultaſſe dicuntur; **) Quorum omnium inuentor habetur Hermes Triſmegiſtus

p. 282. aſſerit, eum ingentem anachroniſmum commiſiſſe facile patet.

*) IO. LVD. VIVES in AVGVSTIN. *de ciuitat. Dei l. VIII. c. IX. p. 244.* de illis ita iudicat: *Horum philoſophia eſt peruetus, ſed a Chaldaeis magna ex parte tradita, imprimisque ab Abraam, quamuis ipſi, ut Diodorus ſcribit, ad Iſim Oſirimque, Vulcanum, Mercurium & Herculem referant, vtcunque ſit conſtat, Aegyptios multa diuinitus de philoſophia praecepiſſe, multa portentoſe ac mendaciter.* Theurgi apud Aegyptios audiuntur Prophetae, Hieroſtoliſtae, ſcribae ſacrorum, vid. GALE ad *Iamblichum* de *myſteriis ſect.* I. *c.* I. *p.* 184. & *Sect.* III. *c.* XXXI. *p. 252.*

**) Hiſce doctrinis totus refertus eſt IAMBLICHI liber de *Myſteriis Aegyptiorum*, in quo ſub nomine Abammonis magiſtri ad *epiſtolam*, quam Aneboni Prophetae miſit PORPHYRIVS, reſpondet. Et quidem de Aegyptiis in ſpecie ſcribit *Sect. VIII. c. IV. p. 160.* *Neque haec ſola ratione ſpeculantur, ſed etiam per religioſas operationes* (τῆς ἱερατικῆς θεουργίας) *hortantur aſcendere ad ſuperiora, uniuerſaliora, & ad ea, quae ſupra fatum, nempe ad deum illum opificem.* Quamuis non negari poſſit, multa tum ex Chaldaeorum, tum Graecorum philoſophia libro de myſteriis admixta, nec non multa ex ipſius PORPHYRII libris de *abſtinentia*, vt quilibet ex eorum comparatione animaduerteret, deſumta eſſe; attamen antiquiſſimorum quoque Aegyptiorum doctrinas ibi eſſe reconditas, non dubitari poteſt, ſi conferamus ea, quae extant apud EVSEBIVM in libris de *praeparat. Euangel.* & ORIGINEM *l.* VIII. *contra Celſum*, ut pote ſine dubio genuina; ac

gistus Aegyptiis Taut s. Thoth, aliis Mercurius; ***) Ex horum

quidem ipse IAMBLICHVS in *epist.* ad Philadelphum apud EVSEBIVM scribit se, quae de Diis prodiderat, desumsisse ex columnis in Seriadica terra positis, quibus sacra dialecto sacrae erant notae insculptae a Thout, primo Mercurio. Eae vero post diluuium ex sacra lingua in Graecam notis itidem sacris versae fuere, & libris commendatae, in adytis Aegyptiis reponebantur ab Agathodaemone, altero Mercurio, patre Tat. Hos vero genuinos Mercurii libros fuisse verisimile est, de quibus vid. CLEMENS ALEXANDER. Sic & illorum doctrinas collegit ATHANASIVS KIRCHERVS in *Prodromo Copt. s. Aegyptiac.* & *Oedipo Aegypt.* & *Obelisco Pamph.* Attamen non inficior, multa ibi fidei suspectæ inueniri; conferri etiam potest HERMANN. WITSIVS in *Aegyptiacis*; MICH. MAIERVS in *arcanis arcanor. s. hieroglyph. Aegyptio-Graec.* IDEM de *Theosophia Aegyptiorum MS.* in *Bibliotheca Paulina Lips.* vid. *Act. Erudit. 1687. p. 393.* CHRIST. KORTHOLTVS de *origine & progressu philosophiae Barbaricae.* PIGNORIVS in *mensa Isiaca*, PIERIVS in *Hieroglyphicis* & BARTH. FRIDERICH SALTZMANN *dissert.* de *Scriptionis antiquae Aegypt. varietate.*

***) THOMAS GALE ad *Iamblich.* de *Mysteriis. Sect.* I. *c.* II. *p. 185*: *Aegyptiorum omnis sapientia ex libris Mercurii deriuata est; sed & hos quoque longaeuitas obscuros & plane ignotos reddidit.* Et quidem ipse IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect.* VIII. *c.* V. *p. 161.* *Mercurius autem etiam hanc ad superiora viam anagogicam* (scil. per operationes theurgicas) *tradidit, eamque Bitys propheta inventam in sacrariis Sain, in Aegypto, Hieroglyphicis scriptam regi Ammoni exposuit; vt & Dei nomen illud, quod per omnia penetrat.* Nec non EVSEBIVS *l.* I. *praeparat. Euangel. c.* IX. *p.* 12. *Hic*, inquit, *tametsi homo fecit, tamen antiquissimus & instructissimus omni genere doctrinae, adeo, vt ei multarum rerum & artium scientia Trismegisti cognomen imponeret.* Et *Socrates* apud PLATONEM in *Phaedro Opp. p. m.* 463. de eo narrat: *audiuit*, inquit, *equidem circa Naucratim Aegypti priscorum quendam fuisse Deorum,*

cui dicata sit auis, quam ibi vocant, daemoni autem ipsi nomen Theuth. hunc primum omnium numerum & numeri computationem inuenisse, geometriamque & astronomiam, talorum rursus alearum ludos, & literas &c. Alii adhuc fuerunt Mercurii Trismegisti, de quibus vid. VIVEM ad *Augustin. de ciuit. Dei l. VIII. c. XXVI. p. 265.* VV. CHR. KRIEGSMANNVS de *German. gent. Origin. c. VII.* Mercurium Tuistonem Germanicae gentis conditorem vult euincere, quem tamen satis refutauit BVRC. GOTTHELF. STRUVIVS in *Syntagm. histor. German. Dissert. I. §. 2.* & *3.* Plura de isto Trismegisto vid. apud BVDDEVM *dissert. Philosophus fabularum amator* §. *VII. & VIII*, & *histor. eccles. Per. I. Sect. III.* §. *XXIV. p. 459.* nec non IAMBLICHVM de *Mysteriis Aegyptiorum* passim; ATHANASIVS KIRCHERVS quidem, vt refert BVDDEVS *c. l.* §. *XXII. p. 432.* eum tanquam verae Theosophiae deditum describit, dicens: *Nouam de Deo vno, vero, de angelorum daemonumque dispositione & ordine Theosophiam exorsus*; Verum licet ex eius scriptis aliquae scintillulae veri Dei cognitionis, quae videri possunt apud IO. IACOB. BOISSARDVM de *diuinat. & Magic. praestig. p. 140. seqq.* emicent; tamen, cum reliquos gentium Deos credidit esse genios, assessores illius summae diuinitatis, a qua communicatione quadam multum potentiae in humanas creaturas acciperent, vt illis in necessitatibus opitulari possint; ac ideo aliquem secundum honorem geniis illis tribuit, quatenus per eos summus ille Deus, tam excellentes virtutes operaretur, vt idem BOISSARDVS *p. 145.* de illo, nec non de aliis ethnicis, qui veram Dei cognitionem habuisse visi sunt, iudicat; optimo iure Mercurius ille Trismegistus, inter hanc classem referri, potest; in qua sententia me maxime confirmat DIOD. SICVLVS qui *l.* I. *c.* II. *p. 9.* dicit: *instituisse eum, quo honore, quibusue sacris colerentur dii.* Libros, qui hodie sub Hermetis Trismegisti nomine circumferuntur & a FABRICIO *Bibl. Graec. l.* I. *c.* VII. *seqq.* recensentur, sublestae esse fidei, & ab impostore quodam ex libris Platonis & S. Scripturis concinnatos optime demonstrarunt ISAAC. CASAVBONVS in *Exercitat. contra Baronium Exercit.* I. *n.* XVIII.

rum arcanis ſua hauſiſſe perhibetur Orpheus Thrax, ****) qui apud

p. 69. *ſeqq.* GERARD. IO. VOSSIVS de *Idololatr. l.* I. *c.* X & ISAACVS VOSSIVS de *Sybillinis & aliis, quae Chriſti natalem praeceſſere oraculis c.* VIII. Cauſa, quod tantus librorum Mercurio adſcriptorum numerus, iam apud antiquos inueniatur, colligi poteſt ex GALENO *l.* I. *contra Iulianum c.* I. vbi notat, *in Aegypto quicquid inuentum, probari oportuiſſe a communi conſenſu eruditorum; tum demum ſine autoris nomine inſcribebatur columnis & in adytis ſacris reponebatur;* cauſam vero, quod iſtorum numerus apud Chriſtianos reperiatur auctior, explicauit CASAVBONVS *c. l.* dicens: *Neque vero dubitemus id egiſſe auctorem, vt multa pietatis Chriſtianae dogmata, quae ceu noua & prius inaudita reiiciebantur, probaret ab vltima antiquitate ſapientibus fuiſſe nota; & ab illo ipſo Mercurio in literas fuiſſe relata, quem non ſolum Aegyptii, ſed etiam Graeci propter venuſtatem & doctrinae opinionem magnopere ſuſpiciebant. Laudo propoſitum: conſilium vehementer improbo, & toto pectore deteſtor. Facit enim veritati iniuriam, qui falſi patrocinio, h. e. ope diaboli putat illam habere opus.* Interim non negandum, in quibusdam libris nonnullas reliquias genuinae Hermetis ſententiae reperiri, nonnullasque ſcintillulas priſcorum Aegyptiorum doctrinae paſſim ex iis elucere, vt bene monent HVETIVS *Alnetan. quaeſt. p.* 123. OLAIVS BORRICHIVS de *Hermetis & Aegyptiorum ſapientia p.* 83. & *libro* de *ortu & progreſſu Chimiae p.* 70. De hoc Hermete, plura qui vult, adeat TH. GALE ad *Iamblichum de myſteriis Sect.* I. *c.* II. *p.* 182. *Sect.* VIII. *c.* I *p.* 295. & paſſim, GVILIELM. CAVE *hiſtor. liter. ſcript. eccleſ. ſect.* II. p. 23. POSSEVINVM *Biblioth.* voce *Mercurius*, H. VRSINVM in *Triſmegiſto*, CONRINGIVM de *Hermetis medicina*, quem tamen nimis caſtigauit BORRICHIVS *c. l.*

****) Quod Orpheus Thrax extiterit, demonſtravit BVDDEVS in *Obſeruat. Hallenſ. T.* VI. *Obſeruat.* XXIX. *p.* 307. & in *Archaeologia Philoſophica l.* I. *c.* IX. *cuius Autor eſt* THOMAS BVRNETIVS ibi inprimis contra G. I. VOSSIVM diſputans; Plu-

apud Graecos Teletarum f. sacrorum rituum institutor nominatur. *****)

O 2 §. IX.

res adhuc alii a nonnullis nominantur, vt videre est apud BVDDEVM *histor. eccles. P.* II. *Sect.* II. §. XVIII. *p. 1003.* & FABRICIVM *Biblioth. Graec. l.* I. *c.* XVIII. §. I. *p. 111.* Modum symbolis doctrinam inuoluendi Orpheum accepisse ab Aegyptiis testatur DIOD. SICVLVS *l.* II. *c.* VI. illumque & reliqua sua ab iisdem didicisse, idem Autor est *l.* IV. *p. 232.* dicens: *Eum etiam in Aegyptum peregrinatum, multa ibi didicisse, ita, vt tum initiationum & theologiae peritia, tum poematum & melodiarum artifex haberetur.*

*****) Inter reliqua eius inuenta f. instituta apud Graecos eminuere τελεταὶ καὶ θεολογίαι, vt docet DIODORVS SICVLVS *l.* I. *p. 201.* cum referente BVDDEO *l. c. p. 1004.* de eo dicit: *magnam apud Graecos gloriam, carminum modulatione, sacrorumque rituum institutis, & diuinarum rerum interpretatione adeptum esse*; Sic & ex PLVTARCHO THEODORETVS de *Graecar. affect. curat. serm.* II. *p. 468.* docet, eum & *dionysia*, & *panathenaea*, & *thesmophoria*, & *eleusinia sacra* (καὶ ἐλευσινίων τὰς τελετὰς) *Athenas detulisse*; Et IVLIANVS *Orat.* VII. *p. 217.* Orpheum sanctissimorum rituum f. teletarum conditorem appellat. Teletas vero magnam absoluere partem Theurgiae infra dicetur; huic vero studuisse maxime patet ex eius scriptis, tam extantibus v. g. *Hymnis*, de quibus FABRICIVS *l.* I. *c.* XVIII. §. IV. *p. 113.* quam deperditis v. g. *Teletis* & *Theogonia*, de quibus ANDR. CHRIST. ESCHENBACH in *Epigen.* de *poesi Orphica f. in priscas Orphicorum carminum memorias commentario p.* 1. *seqq.* & *p. 83. seqq.* & FABRICIVS *c. l. c.* XIX. §. III. *p. 122.* Magno encomio illum afficit LVTATIVS ad III. *Thebaidos p. 144. Cum Magi vellent virtutes Dei, vt putabant, sese comprehendere, singulas appellationes, quas per naturarum potestates abusiue modo designarunt, quasi plurimorum deorum nobilitate Deum appellare conati sunt, quasi ab effectu cuiusque rei ductis vocabulis, sicut Orpheus fuit, & Moyses Dei summi Antistes & Esaias, & his similes.* Unde eum tanquam instauratorem Theurgiae

eius ſtudioſi praedicant, & paſſim ab AGRIPPA in *occulta philoſophia* eius hymni citantur. Licet quidem cum NAVDAEO facile conueniam, qui *C. IX. Apologiae* eundem imprimis contra LOYER de *ſpectris l. I. c. V.* a Goetia liberum pronunciat, tamen ab iis, qui eum tanquam magnum Theologum laudant, & eius doctrinas ad conuertendos ethnicos ſtabiliendamque Chriſtianam religionem valde conducere aſſerunt, quosque recenſet NAVDAEVS *d. c.* §. 2. diſſentio, periculoſumque cenſeo conſenſum illarum cum noſtra religione inſtituere, cum eius dogmata non niſi theologiam gentilem, ſaepe theurgicis ritibus mixtam, in ſe contineant; Eius vero ritus & ceremonias ſacras eo praecipue ſpectaſſe putat ANDR. CHRIST. ESCHENBACH *l. c. p. I. ſeqq.* vt arcana ſublimiorum ſcientiarum, quae non niſi hominibus pura mente praeditis patere debebant, quam ſolertisſime ſanctisſimeque occultarentur, nec quicquam eorum temere in profanum vulgus promanaret, eumque in finem allegat *p. 11.* PLVTARCHVM dicentem: *antiquam tam Graecorum quam Barbarorum phyſiologiam nihil aliud fuiſſe, quam ſermonem de natura fabulis incluſum, maxima ſui parte aenigmatis & arcanis dictis obuolutum, latentemque adeo theologiam. Cuius quidem ea, quae proferebantur, vulgus facile capere poterat, quae vero occultabantur & ſilebantur, ſuſpicioni & coniecturae magis relinquebantur; Hoc videre eſt in Orphicis carminibus, & Aegyptiis Phrygiisque ſermonibus. Maxime vero ſolemnes initiandi ritus, & quae in Hierurgiis ſymbolice peraguntur, quae mens veterum, quique ſenſus fuerit, oſtendunt.* Illum vero modum ſymbolicis doctrinam occultandi increpat BVDDEVS *diſſert. philoſophus Fabular. amator.* §. XV. Et *hiſtor. eccleſ. Per.* II. *Sect.* II. §. XVIII. *p. 1006.* ait: *Quod ſi quaeras quid itaque Orpheus ceterique myſteriorum autores promotoresue, iſto rituum ac ceremoniarum adparatu ſibi voluerint, a vero illorum non videtur abhorrere ſententia, qui iſtos ſapientiae ſtudium, rerumque naturalium ſcrutinium hac ratione commendare & ad alios propagare voluiſſe, contendunt:* paulo poſt p. 1007. *Sic populo pariter ac tironibus fucum faciebant, illum in ſuperſtitione continentes, hoſce ad ſtudium myſteria illa intimius cognoſcendi*

§. IX.

Ab Aegyptiis Graeci istam Magiam Ceremonialem f. Theurgicam acceperunt: *) Ex quibus celebriores saltem, qui in hac arte inter ceteros eminuerunt, attingere nobis sufficit. Inter illos primo loco nominandus Pythagoras Samius; hic annos omnino XII. in Aegypto cum sacerdotibus & sapientibus versatus, cunctisque eorum sacris initiatus est: **) hinc a Cambysis mili-

di excitantes. Omnia tamen, si nonnullis credimus, eo redibant, vt illis, quos ad mysteria capienda & rite propaganda idoneos iudicabant, impium & monstrosum dogma, naturam ipsam deum esse committerent, quod si ita se habeat, vti profecto admodum est verosimile vna eademque methodo & atheismum & summam superstitionem propagabat infernalis genius &c.

*) Hoc probat ATHANASIVS KIRCHERVS *Obelisco. Pamphil. l. II. c. II. fol. 99*, & prouocat ad scriptorem quendam Arabem nomine ALKANDI, cuius verba latine ita se habent; *In diebus Abraham* fuit *in Aegypto Hermes ipse est Idris secundus, pax super eum & ipse Trismegistus quoniam Propheta & rex & Philosophus, & ipse docuit artem metallorum, Alchymiam, Astrologiam & Magiam & scientiam spirituum & apolesmatum s. quae de amuletis & phylacteriis tractat, a quo deinde hauserunt sua Pythagoras & Bentocles* (corrupte Empedocles) *Archelaus sacerdos, Socrates orator & Philosophus, Plato* &c. Licet autem horum fides sit penes autorem, attamen Graecorum philosophos inprimis in hoc studio sua hausisse a Chaldaeis & Aegyptiis tam institutæ eorum profectiones, quam doctrinarum harmonia suadent.

**) Illud plurimis narrat IAMBLICHVS in *vita Pythagorae c.* III. & IV. Ea enim de causa & circumcisus est, vt ad adyta admissus mysticam Aegyptiorum addisceret philosophiam, in quo studio Sonchidis Aegyptii Archiprophetae opera praecipue vsus est, vid. CLEM. ALEXANDRINVS *l.* I. *Strom. p. 302.* Et VALERIVS MAXIM. *l.* VIII. *c.* VII. de eo dicit: *Literarum gentis eius assuefactus praeteriti aeui sacerdotum commentarios scrutatus, innumerabilium saeculorum obseruationes cognouit.* vid. IAC. VSSE-

militibus captus Babylonem abductus fuit, ibique cum Magis conuersatus: a quibus non omnia Magicae disciplinae arcana edoctus fuit, sed saltem ea, quae seria erant, & ad religionem cultumque Numinis pertinebant, percepit; ***) Huius strenuus

RII *annales ad annum M. 3457. p. 89.* MALCHVS *s.* PORPHYRIVS in *vita Pythagorae* idem affirmat: *Pythagoram quippe probatis sacerdotum Aegyptiorum institutis, quum eorum particeps esse vehementer cuperet, Polycratem Tyrannum rogasse, vti apud Amasin Aegypti regem amicum & hospitem, litteris ageret, vt in eorum quos dixi disciplinam admitteretur.* Declarauit autem qualis haec esset, addens: *Peruenit vero etiam ad Aegyptios Pythagoras & ad Arabes & ad Chaldaeos, a quibus & interpretandorum somniorum scientiam accurate didicit, tum diuinatione, quae thure fiebat, primus vsus fuit. Et in Aegypto cum sacerdotibus versatus est, & sapientiam didicit, & linguam Aegyptiorum*, vid. CYRILLVS *contra Iulianum l. X. p. m. 340.* Add. STRABO *l.* XIV. *p. 638*, *Anonymus de Vita Pythagorae* apud PHOTIVM. BVDDEVS *Diss.* de *peregrinat. Pythagorae* §. XVIII. *p. 241.* HENRICVS DODVVELLVS *Exercitat.* de *aetate Pythagorae.* Idem IAMBLICHVS *c.* XXVIII. *p. 122.* autor est, Pythagoram ab Orpheo magnam rerum diuinarum scientiae partem accepisse.

***) Hoc latius narrat IAMBLICHVS in illius *vita c. IV. p. 15.* addit PORPHYRIVS in eiusdem *vita p. 185.* Eum Babylone & cum aliis Chaldaeis versatum fuisse, & Zabratum etiam adiisse, ab eoque ex libris Zoroastris edoctum, nec non pristinae vitae sordibus expurgatum; Et CLEMENS Stromat. *l. II. p. 304. Et Zoroastren Persam aemulatus est Pythagoras, & arcanos huius hominis libros, qui Prodici sectam sequuntur, possidere se gloriantur*; Conf. quoque APVLEIVS *florid. l. II. p.* 17, IVLIANVS *orat. VII. Opp. p. 236*, EVSEBIVS *praep. euang. X. IV. p.* 470. IACOB VSSERIVS *Annal. ad a. M. 3479. p. 85*, qui tamen putat, quod Pythagoras cum Iudaeis congressus sit, eorumque dogmata complura in suam Philosophiam traduxerit; Sed rectius contrarium defendit IO. CLERICVS *Biblioth. Chois. T. X. p. 90. seqq.* & *p. 163.*

nuus sectator fuit Plato Atheniensis imprimis in huius studii genere, sicut & ipse Aegyptum adiit, vt inde etiam Prophetarum s.

---

seqq; sicut & LACTANTIVS de *vera sapientia l. IV. c. II. p. 249.* hoc expresse negat. IANVS IACOBVS BOISSARDVS *de diuinat. & magic. praestigiis* in libro de *Magia c. III. p. 38*; de Pythagora dicente: *Deos voluntario neque sua sponte se nobis communicare nisi adstringantur & cogantur virtute huius Magiae*, refert; vti & hoc alii, & quidem, quantum mihi constat, primum PHILOSTRATVS in *vita Apollonii l. I. c. I. p. I.* testantur; unde nonnulli illum insignem Magum Daemoniacum s. *γόητα* praedicant ob eius aureum femur, quod vno tempore diuersis in locis visus fuerit, quod varias bestias feras domitas habuerit &c. vt latius videri potest apud BOISSARD. *c. l. p. 296. seqq.* eum tamen NAVDAEVS in saepius laudata *Apologia c. X.* ab hac nota absoluere contendit; eius miracula conficta & supposita esse, pluribus demonstrauit GVILIELM. LLOYDIVS *A Chronological allount of the life of Pythagoras*, vid. IAQVES BERNARD *nouvelles de la Republique des lettres 1699, Decembre p. 647.* Interim de eius doctrinis, quod mens, tanquam animae pars, diuina sit, quod illa ex corporis carcere vinculisque suis per purgationes possit euadere libera, indeque diuinari, colloqui cum diis, quin ipsi deo assimilari vnirique, videri possunt illi, qui eius vitam doctrinasque scripserunt, & inprimis IO. SCHILTER in *diatrib.* de *disciplina Pythagor.* BVDDEVS *dissert.* de *καθάρσει Pythagoreo-Platonica*, ERHARDVS VVEIGELIVS de *θεοδείξει Pythagorica*, IO. MICH. SONTAGIVS de *similitudine nostri cum Deo Pythagorico-Platonica* & IO. FRID. SCHEIDERVS *diss.* de *ἀνόδῳ s. adscensu hominis in Deum Pythagor.* ex quibus satis patet, illum non immerito hisce Theurgiae autoribus adnumerari posse. Quod & magis constat ex *Carmine Aureo*, quod vulgo *Pythagoricum* vocant, cuius licet Pythagoras non compilator fuerit, sed quod potius variorum Pythagoreorum rapsodia dicendũ sit, eum tamen dogmatum de cultu deorum, heroum ac daemonum de animæ purgationibus eiusque vnione cum diis &c. in illo occur-

s. sacerdotum ritus addisceret ****)

§. X.

---

rentium autorem fuisse, nullum plane est dubium. Optimus in haec carmina *commentarius* est HIEROCLIS, quem cum *versione* & *notis* nouissime edidit PETR. NEEDHAMVS *Cantabr. 1709. 8.* nec non DACIER scripsit *la vie de Pythagore, ses symboles, ses vers dorez, la vie d' Hierocles & ses commentaires sur les vers de Pythagore retablis sur les MSS. avec de remarques, Paris 1706. 12mo T.* II. alias varias editiones & commentatores in haec Carmina recenset FABRICIVS *biblioth. Graec. l.* II. *c.* XI. & *c.* XII. §. *VI.* & VII. *p. 884.* Plura de eo inuenies apud STANLEIVM *P.* VIII. *discipl. Pythagor P.* I. *C. V. p. 705. seqq.* FABRICIVM *biblioth. Graec. l.* II. *c.* XII. MICH. MOVRGES *Plan theologique du Pythagorisme.* Philosophiam quoque Pythagoricam illustrant IO. REVCHLINVS *libris* III. de *arte Cabbalist.* HENR. MORVS *Cabbala Philosoph.* & CVDWORTHVS in *systemate intellectuali vniversi huius.* Nouissimeque *vitam* eius scripsit IO. SCHEFFERVS.

****) Sic APVLEIVS 2. *florid.* quem allegat FABRICIVS *biblioth. Graec. l.* II. *c.* XIII. in *catalogo Pythagoricorum* voce *Plato p. 515. Porro noster Plato nihil ab hac secta vel paululum deuius Pythagorissat*; Et MARSILIVS FICINVS in *vita Platonis* anteposita ipsius *Operibus* de illo: *In his quae sensibus subiacent, partes Heracliti tuebatur; in his, quae ad intelligentiam pertinent, Pythagorae maxime acquiescebat. In rebus autem ciuilibus, Socratem suum amplectebatur*; Conf. quoque THOM. STANLEIVS *histor. philosoph. p.* IV. *c.* IV. *p. 286.* & *c.* VI. *p. 291.* De eius peregrinationibus SVIDAS voce *Apollonius Tyaneus p. m. 111. Plato in Aegypto versatus multis prophetarum & sacerdotum dictis in sua scripta relatis & pictoris instar delineatione coloribus illustrata*; Haec SVIDAS sumsit ex PHILOSTRATO de *vita Apollonii*, qui *l.* I. *c.* I. *p. 3.* eadem tradit, nec non APVLEIVS de *dogm. Plat. p. 35.* idem profert, additque, *quod ad Indos quoque & Magos intendisset animum, nisi eum bella tunc vetuissent Asiatica.* Quod autem Plato huc quoque referri debeat, patet ex Apuleio *cit. lib.* pas-

ſim, nec non ex ipſius ſcriptis, de quibus vid. FABRICIVS *Biblioth. Graec. l.* III. *c.* I. AVGVSTINVS quidem de *ciuitate Dei l. X. C.* XXVIII. *p. m. 319. ſeqq.* illum ab hac nota defendere videtur, cum de Porphyrio affirmet, eum has malae curioſitatis artes & praeſtigias non a Platone, ſed a Chaldaeis Magiſtris ſuis didicisſe, veteresque Platonis doctrinam non recte intellexiſſe, aut non aeque de ea iudicaſſe; Verum, quanquam non negamus Platonem non tam perfecte, quam Porphyrius, Iamblichus ac ſequentes Platonici fecerunt, hoc ſtudium excoluiſſe, nec ad eorum claſſem, qui Theurgiam exercebant, ac in ſpecie poſteriori aeuo ἱερατικοὶ dicebantur, referendum eſſe, attamen certum eſt; illum non exiguum incrementum huic ſectae addidiſſe per doctrinam de mente humana, tanquam diuinae eſſentiae particula, de daemonibus, quibus mediantibus deus cum hominibus communicaret, de variis animae purgationibus; per quas homo ad congreſſus deorum aſcenderet, de ſimilitudine denique & vnione cum Deo, de quibus infra ex ipſis Platonis operibus plura proferentur, cuiusque doctrinae lineamenta exhibuit ALCINOVS in *introduct. in philoſoph. Platonic. c.* XV. XVI. XXIV. & XXVII. *p. m. 515. ſeqq.* Multo igitur minus ſententiae eorum ſubſcribere poſſum, qui conſenſum cum Chriſtiana religione oſtendere volunt, vt MARSILIVS FICINVS, IO. PICVS MIRANDVLANVS, MORVS, MALEBRANCHE, NORRIS aliique quos recenſet FABRICIVS *l. III. c. l. p. 39*; cum ipſe AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l.* VIII. *c.* XII. *p. m. 248. ſeqq.* non neget, Platonem diis plurimis ſacra facienda voluiſſe; ſic quoque ipſe PLATO in *dialogo* de *Rep. Opp. p. m. 530.* diis, daemonibus & heroibus ſacra & caeremonias fieri iubet; deque eorum cultu latius diſſerit de *Legibus* VIII. *p. m. 847.* XII. *p. 908.* & paſsim. Vnde rectius IO. BAPT. CRISPVS de *ethnic. philoſ. caute legendis p. 2351.* monet: *Platonem tum praecipue cauendum cum piis dogmatibus magis ſimilis eſſe videtur*, & Autor du *Platoniſme devoi'é* P. I. *c.* VIII. *p. 77. Tant il eſt vrai que le vrai Platoniſme eſt vn bon preſeruatif contre le Socianiſme; Mais ſourombre de nous preſeruer du Socianiſme, on nous enleue ſans façon le Chriſtianisme.* Hanc conciliP cili-

ciliationem a nonnullis Patribus institutam peperisse multos errores in ecclesia recte obseruat MICHEL le VASSOR *dans le Traite de l'Examen c. I. p. 10. Depuisque la philosophie se fut introducte dans le Christianisme, il degenera si visiblement de sa premiere simplicite, que les payens meme s'en apercurent. Les gens d'esprit crurent, que c'etoit rendre un grand service à la religion, que de la rendre plausible aux philosophes; on voulut concilier nos mysteres auec les principes de Platon qui etoint fort a la mode lorsque l'Evangile se repandit dans le Monde:* Et Autor du *Platonisme deuoilé. P. I. Ch. XXI. p. 277. Voulez voir aussi la prodigieuse difference qui se trouve entre la simplicité de la foy apostolique, & l'embarras de la Theologie Platonicienne? Vous n'auez, qu'à remarquer, qu'on n'apportoit point de facon à l'égrad de la premiere: Dés qv'on venoit a reconnoitre cet article fondamental, que Iesus etoit le Messie, on étoit incontinent bâtizé & reconnu pour vrai membre de l'eglise: Mais quels detours ne falut-il point prendre pour se faire initier dans la theologie de la même Eglise, lorsque les Articles de sa foy eurent grossi, & furent devenues inexplicables per les profondes speculations, dont on les avoit embrouillez? Il faut voir un peu les diuers degrez de Catechumenat, par ou l'on faisoit passer les Novices. D'abord on ne leur permettoit point l'entrée de l'eglise. Ensuite on les y admetoit pour ecomter seulement la predication le 3 pas, qu'ils faisoint, l'etoint d'assister aux prieres: En fin ils se metoint en état aprés de longues instructions de receuoir le bâtéme.* Tantae molis erat Platonis condere gentem; *tant il étoit difficile de batir la republique de Platon! Ne diriez vous pas que ce sont les mêmes formalisez, qu'on obseruoit a l'égard des anciens Mystes? Par combien degrez ne les faisoit-on pas passer auant que de les laisser entrer dans le Sanctuaire de la grande Deesse? C'est a dire auant qu'ils deuinssent Epoptes où témoins des ceremonies les plus secretes? Les Paiens n'ont rien perdu, en extrant dans la religion Chretiene,* add. *P. I. c. XX. p. 249.* & passim Autor illius libri Platonismi naeuos optime detexit, cum autem Vnitariis addictus esse videatur, caute legendus; alios qui Platonis dissensum a Christiana religione demonstrarunt, exhibet FABRICIVS *biblioth. Graec. l. III. c. I. p. 40.*

*) Li-

§. X.

Ex huius deinde schola omnes qui vnquam hac Theurgia se delectarunt, processerunt. *) Inter quos praecipuus fuit Plotinus:

*) Licet in multis a Platone discesserint & potius Philosophiae eclecticae se addixerint, tamen inter omnes sectas Platonicae maxime conueniunt eorum doctrinae. Iam ante Plotinum vixit *Apollonius Tyaneus* philosophus Pythagoricus, sub Claudio Nerone vsque ad Neruam, sub quo decessit; quod vero in hanc classem referri possit, patet tam ex illius scriptis, quae recensentur a SVIDA voce *Apollonius p. 110.* quam ex illius *vita* quam scripsit: PHILOSTRATVS, vbi post alia, illum huiusmodi sacris initiatum fuisse dicit, sic *C. VI. p. 174. se sacris (quae Athenis celebrantur) initiari velle dixit: Verum sacrorum antistes, quem illi Hierophantem appellant, illum sacris admittere noluit, asserens nunquam se initiaturum esse hominem incantatorem, nec Eleusinem patefacturum ei, qui purus a daemonibus non esset. Apollonius nihil propterea deiectus animo; Maximum inquit eorum, in quibus accusari possem, omisisti, quod cum de sacris, arcanisque mysticis multo plura & secretiora, quam tu cognoscam: tamen ad te tanquam sapientiorem initiandus accesserim* &c. *Hierophanta mutata voce initiare, inquit, vir enim sapiens esse videris. Tunc Apollonius: Ego certe paulo post initiabor, & digito quendam ex circumstantibus notans: Ille, inquit, me initiaturus, diuinatione quadam praemonstrans eum, qui antistes templi futurus erat, quod post annum quartum euenit.* EVSEBIVS in *libro contra Hieroclis orationem*, cui titulus *Philaletes*, illum famosissimum Magum increpat, sic enim ZENOBIO ACCIOLO interprete, *l. I. p. m. 437.* dicit: *Hic sane velut egregie personatus, Pythagorae disciplinam fronte effingens, se quidem nobis philosophum ostentabit, asinus tamen erit Leonis pelle superindutus, neque aliud plane, quam ciuitatum spectabilis circulator acclamosus Sophista magnusque pro philosopho ac veneficus deprehendetur*; Idem & aliis visum, vt constat ex ipso PHILOSTRATO de *vita Apollonii l. I. c. I. p. 3. Sunt qui & ipsum artis magicae fuisse studiosissimum*

praedicant, Eo quod in Babylonia cum Magis, in Iudaea cum Brachmannis, in Aegypto cum Gymnosophistis versatus fuerit, atque hoc ipsum calumniantur, quod quasi violentia quadam fuerit sapientiam consecutus non recte quidem de tali viro sentientes. Eum tamen seqq. latius excusat; Nobis dicendum, ea, quae ab ipso supra naturae vires facta narrantur, conficta esse, nisi tota vita tanquam tabula amatoria Iuliae Augustae a Philostrato inscripta censenda sit, ac si quid veri ipsis inest, eum opera vel praestigiis daemonis illa, vtpote omnibus criteriis diuinitatis verorumque miraculorum destituta, peregisse. Huc etiam spectat *L. Apuleius Afer*, qui mysteriis Platonicis, vt patet ex *Libris Metamorphoseos* s. de *asino aureo* aliisque adeo fuit imbutus, vt in Magiae suspicionem tractus, Apologia se defendere coactus fuerit. Apuleium Teletas expertum esse scribit SIMPLICIVS in *I. Physic.* Conf. IO. ALBERT. FABRICIVS *Biblioth. latin. l. III. c. II. p. 514. seqq.* Circa illa tempora vixerunt *Iuliani Chaldaei*, qui quoque ad hanc classem pertinent, de quibus SVIDAS voc. *Iulianus p. m. 414. Iulianus Chaldaeus Philosophus pater Iuliani illius, quem Theurgum vulgo vocant, scripsit de daemonibus libros IV. Est quoque apud eundem Phylacterium ad vnumquodque membrum, qualia ducuntur ex Telesiurgicis h. e. ritibus arcanis Chaldaeorum. Iulianus ante dicti filius sub M. Antonino Imperatore scripsit, & ipse versibus Theurgica, Telestica, & oracula & alia quaecunque sunt huius artis arcana.* Unum horum inter Magos Goeticos refert ARNOBIVS *contra gentes C. I. Age nunc veniat quis super igneam Zonam, magus interiore ob orbe Zoroastres* &c. *Et Dardanus, Velus, Iulianus, & Baebulus, & si quis est alius, qui principatum & nomen fertur in talibus habuisse praestigiis.* De Iuliani Theurgi, Apollonii Tyanei & Apuleji Magia conf. ANASTASIVS SINAITA *quaest. XX.* His etiam adnumerari possunt *Alcinous, Maximus Tyrius, Flauius Philostratus, Ammonius, Longinus, Hierocles, Chalcidius, Iulius Firmicus* aliique illorum temporum, qui licet non ipsi Theurgi fuerint, attamen per suas doctrinas non exigua illi scientiae addiderunt incrementa.

tinus: **) Vixit ille Seculo III. & cum octauum atque vigesimum annum iam impleret, audiuit Ammonium, tantumque in ea philosophia profecit, vt Philosophiae insuper qua Persae se exercebant, facere periculum affectauerit, atque etiam sapientiam praecipue apud Indos consequi constituerit, quod & effecit. ***) Hunc secutus est Porphyrius eius auditor, ****) qui nunc hanc artem tan-

**) De quo AVGVSTINVS *L.* IX. de *ciuitat. Dei p. 276. Plotinus certae nostrae memoriae vicinus temporibus, Platonem ceteris excellentius intellexisse laudatur*, Et IDEM *l.* III. *c.* XVIII. *contra Academicos: osque illud Platonis, quod in philosophia purgatissimum est, & lucidissimum, dimotis nubibus erroris emicuit maxime in Plotino, qui Platonicus philosophus ita eius similis iudicatus est, vt simul eos vixisse; tantum autem interesse temporis, vt in hoc ille reuixisse putandus sit.* Add. *l. X.* de *ciuit. dei c. II. p. 291.* Hunc SVIDAS V. *Plotinus p. 798.* Lycopolitanum fuisse perhibet quae est in Aegypto ciuitas, & Ammonii discipulum. Illius *vitam* scripsit PORPHYRIVS, quae PLOTINI *Operibus* est praeposita, nec non a FABRICIO in *biblioth. Graec. l. IV. c. XXVI.* relata, notisque illustrata.

***) Vt pluribus narrat PORPHYRIVS in *vita Plotini c. III.* Longe vero luculentius testimonium, quod Theurgiae fuerit addictus existit *C. XXIII.* vbi Porphyrius ita de eo scribit: *Item cunctis viribus studuisse ex amara cruentae huius vitae vnda prorsus emergere. Hac igitur ratione, hoc beato lumine, cum saepe se ipsum attolleret, tota mente ad primum deum mente superiorem, perque gradus omnes a Platone in Symposio dispositos ascenderet ad diuina, ipsi protinus corruscauit deus ille, nec formam, nec ideam aliquam habens sed super intellectum vniuersumque intelligibile in se ipso consistens. Cui & ego Porphyrius semel appropinquaui, suique coniunctus, cum annum octauum & sexagesimum aetatis iam complerem.* De illius scriptis vid. FABRICIVM *biblioth. graec. l. IV. c. XXVI. conf.* quoque BAILE *diction. histor. & Crit.* voce Plotin *p.* 2455.

****) Hic primus vocatus est Malchus, sed a purpurae vsu nomen Porphyrii accepit, Plotini discipulum ipse se profitetur in illius

quam fallacem & in ipsa actione periculosam & legibus prohibitam cauendam monet, nunc autem velut eius laudatoribus cedens, vtilem dicit esse mundandae partim animae, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum: sed spirituali, qua corporalium rerum capiuntur imagines: hanc enim dicit per quasdam consecrationes Theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum & angelorum, ad videndos Deos; †) Discipulos iste nec pauciores, nec obscuriores

vita c. I. SVIDAS V. *Longinus p. 557.* eum Longini quoque, nec non V. *Amilius p. 591.* Amilii discipulum dicit, & V. *Porphyrius p. 811. Porphyrius proprio nomine Basileus, Tyrius, Philosophus contra Christianos scripsit, Amelii discipulus, discipuli Plotini, Iamblichi magister, fuit Aureliani temporibus & ad Diocletianum vsque vixit.* Scripta eius in seqq. recenset. Cur vero Rex appellatus sit, declarat ipse PORPHYRIVS in *vita Plotini* magistri. *c. l.* & LVCAS HOLSTENIVS de *vita & scriptis Porphyrii c. I. & II.* quem FABRICIVS *biblioth. graec. l. IV. c. XXVII.* inseruit. Quomodo scilicet diuinam lucem modo quodam sensum omnem & intellectum supergrediente perceperit affulgentem, patet ex ipsius praeced. not. allato testimonio. Nisi ea melancholici cerebri potius commotio, aut daemonis in Angelum transfigurati ludicrum phantasma cum AVGVSTINO de *ciu. dei. l. X. c. X. p. 300.* censenda sit. Baronianam sententiam amplectentes, Porphyrium nempe Dei spiritu afflatum, tandemque ad fidem conuersum instar Pauli Tarsensis Iesum verum agnouisse, satis refutauit HOLSTENIVS in *vita Porphyrii c. IV.*

†) Haec ex Porphyrii libris posuit AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. X. C.* IX., X, XXVI, XXVII, *seqq.* vbi Porphyrii sententiam de purgatione animae per Theurgiam fuse refert, & vt impiam merito exagitat, add. HOLSTENIVM in vita *Porphyrii c. X.* Equidem Porphyrius videtur improbasse totum hoc nefandae superstitionis genus in *epistola*, quam ad *Anebonem Aegyptium* scripsit, cuique IAMBLICHVS sub nomine *Abamonon*

res habuit, inter quos maxime inclaruit Iamblichus Chalcidensis Syrus ††) quem Theurgiae deditum fuisse, etiamsi alia non ex-

respondit; cuius reliquias magna ex parte EVSEBIVS, THEODORETVS & AVGVSTINVS conseruarunt, quasque TH. GALE *Iamblichi* libro de *Mysteriis* praemisit; hinc & AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. X. c.* XI. *p. 302. aut ergo reuera dubitans & inquirens ista Porphyrius, ea tamen commemorat, quibus conuincantur, & redarguantur, nec adeas potestates, quae nobis ad beatam vitam capessendam fauent, sed ad deceptores daemones pertinere monstrentur, aut ut meliora de Philosopho suspicemur, eo modo voluit hominem Aegyptium talibus erroribus deditum, & aliqua se scire opinantem, non superba quasi autoritate doctoris offendere, nec aperte aduersantis altercationes turbare, sed quasi quaerentis & discere cupientis humilitate ad ea cogitanda conuertere, & quam sint contemnenda, vel etiam deuitanda, monstrare.* Verum disertis verbis accusatur ab EVSEBIO *l. IV. praepar. c.* VI. *Inter philosophos nostri saeculi hic potissimum daemonibus, quos ipse Deos vocat familiarissime usus videtur, & eorum causam defendendam suscepisse atque arcana illorum, prae ceteris maiori studio peruestigasse*, & *l. V. c. VI.* ipsum τὰ ἀῤῥητότερα τῶν ἀῤῥήτων perscrutatum fuisse dicit; vnde & daemonum amicum & patronum illum appellat HOLSTENIVS *C. X.* Et ipse AVGVSTINVS *l X. c.* XXIV. *p. 316.* dicit: *sed subditus Porphyrius inuidis potestatibus, de quibus & erubescebat, & eas libere redarguere formidabat, noluit intelligere Jesum Christum esse principium, cuius incarnatione purgamur.* Nec non *c. XXVI. p. 319. Nescio quomodo quantum mihi videtur pro amicis suis Theurgis erubescebat Porphyrius. Nam ista vtrumque sapiebat, sed contra multorum deorum cultum aeum verum non libere defendebat*, & in *fin. adhuc dubitas haec maligna esse daemonia; vel te fingis fortasse nescire, dum non vis Theurgos offendere, a quibus curiositate deceptus, ista perniciosa & insana pro magno beneficio didicisti.*

††) De eo SVIDAS voc. *Iamblichus p. m. 396 Iamblichus ex Chalcide vrbe Syriae philosophus, discipulus Porphyrii philosophi, Plotini au-*

extarent argumenta, satis patet ex Libro, quem scripsit sub nomine Abammonis Magistri, de Mysteriis. †††)

§. XI.

---

ditoris; Fuit sub Constantino Imperatore, scripsit libros philosophicos diuersos. Sic & LVCAS HOLSTENIVS *in vita Porphyrii c. VI. in fine* Iamblichum inter Porphyrii discipulos recenset. Falsò ergo IO. BODINVS *daemonom. l. I. c. III. p. 104.* Iamblichum Porphyrii magistrum nominat. IO. LVD VIVES ad *Augustin. de ciuitat. dei l.* VIII. *c.* XII. *p. 249.* dicit: *Iamblichus Porphyrii auditor, non tam Platonicus fuit, quam Pythagoricus, ut Hieronymus est autor; tametsi, quantum ad res diuinas attinet,* Platonici *omnes Pythagorissant.* Impense eum laudat IVLIANVS IMP. in *Orat. IV.* s. *in regem solem p. m. 146. seqq.* nec non in *epistola XXXIV.* ad *Iamblichum p. m. 405.* ac passim. Vitam Iamblichi scripsit EVNAPIVS SARDIANVS *Opp. p. 47.* quam cum versione HADRIANI IVNII anteposuit TH. GALE IAMBLICHI libro de *Mysteriis*; Conf. quoque BOISSARDVS de *diuinat. p. 349. seqq.* qui de illo nonnulla singularia annotauit. Multa autem fidei absona monstroque similia de Iamblicho narrantur, a quibus ipse EVNAPIVS, etsi de eo protestatus fuerit, non abstinuit.

†††) Eum primus detexit PROCLVS in *commentariis* in *Plotini Enneadas*, & ex eo *Anonymus* in testimonio praefixo *Codd. MSS. Iamblichi.* Inscribitur vulgo de *Mysteriis Aegyptiorum* s. responsio ad Porphyrii Epistolam ad Anebonem prophetam, & solutiones dubitationum de diis & daemonibus, horumque cultu & commercio, atque adeo Theurgia s. animae cum Deo coniunctione ex mente Aegyptiorum, Chaldaeorum & Graecorum Philosophorum. Huius occasionem bene explicat MICH. MORGVES *Plan theologique du* Pythagorisme *lett. IX.* Porphyre, inquit *ayant été entêté de ce secret, S'en desabusa dans la suite, & ne negligea rien pour le tourner en ridicule, dans sa lettre à l'Egyptien Annebon. Il y fait voir que lettre pretendüe operation étoit contraire à la libertè des Dieux, que les Theurges ne pretendoint pas seulement faire descendre par leurs supplications, mais encore par des ménaces ridicules, & en leur commendant à baquette,*

§. XI.

Sequentes Platonicos vel Eclecticos, qui Theurgiae studuerunt, Iulianum Apostatam, *) Proclum

Iamblique, si cheri de Iulien l' Apostat, qu' il avoit initié dans les mystéres de la Theurgie, repond a ces difficultez sous le nom emprunté d' un prêtre Egyptien, nommé Abammon, et il s' efforme de reduire en systeme cette science mysterieuse. vid. *les Nouvelles de la republique des lettres* 1704. Tom. IV. p. 308. MORHOFIVS *l. I. Polyhist. p. 89. 93.* appellat *compendium Theologiae gentilis* & HVETIO *demonstrat. Evangel. p. 23.* iudice, passim in eo micant lucidissimae veritatis scintillae & stricturae quaedam Christianismi. Verum rectius FABRICIVS *Biblioth. Graec. l. IV. C. XXVIII. §. 3.* dicit: *Fateor tamen, vt theologiae naturalis insignia quaedam magnoque numero, ita Christianismi proprie dicti vestigia me reperire in illa nulla potuisse.* Et IO. GERAR. VOSSIVS de *sectis philosophorum* de illo dicit: *Aegyptiorum mysteria peti possunt ex Iamblicho. Fuit is discipulus Porphyrii ac quid Assyrii & Aegyptii Sacerdotes de religione & rebus diuinis statuerint, scripto consignauit*; & paulo post: *Mea autem haec sententia: non posse aliunde melius, quam ex hoc opere, quid & Platonici de diuinis rebus senserint, cognosci. Ita enim Aegyptiorum & Chaldaeorum opinionem exprimit, vt facile appareat, idem ipsum sensisse.* Hic liber de *Mysteriis Aegyptiorum* primum Latine in lucem editus cum aliis Platonicis a MARSILIO FICINO, Venetiis ex aedibus Aldi Manutii 1497. fol. deinde a NIC. SCVTELLIO Tridentino, Romae in 4to, Lugduni 1549. 8. ac denique Latine & Graece eruditis notis adiectis ac in certas sectiones & capita diuisus cura TH. GALE prodiit Oxonii 1678. fol., cuius prima & vltima editione mihi vti licuit.

*) Hic Iulianus Parabata inter alios multos Doctores, quos nominat EZECHIEL SPANHEMIVS in *Iuliani Oper. p. 2,* Iamblichum praecipue Chalcidensem Magistrum habuit. Nonnulli quidem alium Iamblichum Iuliani Magistrum fuisse volunt, quod, Chalcidensem ante Iulianum mortuum esse, quaedam coniecturae

adessent; Verum iste Chalcidensis expresse nominatur ab ipso IVLIANO *Orat. IV. in regem solem p. m. 146. Non me praeterit tam magnum Platonem, quam qui tempore non tamen indole posterior extitit, Chalcidensem Iamblichum, qui cum alia multa, tum haec ipsa nos arcana libris suis edocuit.* Et multae epistolae ad istum Iamblichum a Iuliano scriptae extant in eius *Operibus p. 405, 415*, &c. GOTTFR. OLEARIVS *philosoph. eclect. c. III.* in STANLEII *histor. philosoph. p. 1213.* putat Iulianum Iamblichi vocari discipulum a Gregorio Nazianzeno magis, quod Iamblichi discipulis Aedesio, Chrysanthio &c. adhaesisset, quam quod ipse a Iamblicho institutus fuisset. Sed aliud testatur ipse IVLIANVS in *hymno in solem s. Orat. IV. p. m. 150.* dicens: *a quo (*Iamblicho*) pleraque alia, pauca de multis accepimus*; Add. *Orat. VII. p. 217. Epist. XL.* ad *Iamblichum Opp. p. 416*, & passim. FABRICIVS *biblioth. graec. l. IV. c. XXVIII.* §. *2.* asserit, ex Iamblichi quidem scriptis, non vero ex eius viua institutione profecisse Iulianum. Videtur tamen nobis ex viua quoque illius voce fuisse edoctus, monemur eo, quod narrat de Iuliano EVNAPIVS in *Maximo p. 93. Vt vero pulcre istic fuit instructus Iulianus, vbi intellexit, plus aliquantum latere in Graecia apud Hierophantem Eleusinorum sacrorum antistitem, velociter illuc accurrit*; paulo post: *tum temporis Iulianus diuinissimi Antistitis familiari vsus colloquio, & expletus sapientia, quam affatim inde hauserat.* Eundem Hierophantem fuisse Iamblichum discimus ex Iuliano apud SVIDAM voc. *Iulianus p. m. 416. Inclytus nobis visus est & hierophantes Iamblichus.* Quod autem Iulianus inprimis doctrinis Platonis imbutus fuerit, patet ex LIBANII *parentali* in eundem *c. IX.* quae extat in LIBANII *Opp. t. II. p. 300.* & in FABRICII *Biblioth. Graec. l. V. P.* III. *c.* IX. *p. 232.* Imo se in eiusmodi sapientia longius Platone processisse dicit ipse IVLIANVS *Orat.* IV. *p. 152.* Quodque reconditae & mysticae Theologiae gentilium s. Theurgiae operam dederit, satis ex eius Operibus elucet, & imprimis ex eius *hymnis*, in *Solem Regem* & *matrem deorum*, qui toti occultis fabularum teletarumque explicationibus, sublimibus Theologiae s. Philosophiae Chaldeorum, Aegyptiorum, Phoenicum, Syrorum, Pythagoricorum,

& Platonicorum doctrinis scatent. Idem & ipsi gentiles, summique eius laudatores testantur. Sic enim AMMIANVS MARCELLINVS *l. XXV. c. V.* de eo dicit: *Superstitiosus magis quam sacrorum legitimorum observator.* Multis aliis testimoniis, Iulianum Theurgiae deditum fuisse, SPANHEMIVS in *praefat. lit. b. 3.* & *lit. c.* ex illius scriptis collectis, comprobat. Addo hoc, quod extat apud CYRILLVM, *l. VII. contra Iulianum p. m. 198.* vbi IVLIANVS: *diuinus enim afflatus, qui homines inuadit, raro sane & in paucis fit, nec quilibet eius particeps facile esse potest, nec quouis tempore. Proinde cessauit apud Hebraeos, nec apud Aegyptios idem perdurat adhuc. Sed videntur quidem genuina oracula cedere temporum conuersionibus. Quod cum hominum amans Iupiter dominus ac parens noster animaduertisset, ne omni prorsus societate cum diis priuaremur, dedit nobis sanctarum artium obseruationem, per quam ad necessarios vsus nobis auxilium suppeteret;* Hic Iulianus nihil aliud innuere voluit, quam deficientibus oraculorum responsis Theurgiam s. earum artium obseruationem, qua societas deorum vel daemonum procuraretur, ipsis relictam esse. Hinc & CYRILLVS *p. 199. Quid agis Iuliane? sanctas & sacras artes appellas execranda vaticinia & Magorum praestigias? & decere mortales vt eas perficere norint? Has in subsidium datas hominibus ais, & tanquam ab Ioue prouectum vtilissimum auxilium?* Et LIBANIVS summus eius laudator in *orat.* de *vlciscenda Iuliani nece. c.* XXXIII. apud FABRICIVM *c. l. p. 174.* dicit: quod per mysteria quam plura s. teletas consuetudinem daemonum sibi conciliauerit. Certum est Iulianum iam ante, quam religionem Christianam publice desereret, hisce Theurgiae mysteriis delectatum fuisse. Sic enim EVNAPIVS in *Maximo p. 94.* tradit, Iulianum e Graecia accersiuisse Atheniensem illius temporis hierophantem, s. Eleusiniorum ibi sacrorum Antistitem, *cum quo remotis arbitris: nonnulla solis ipsis cognita peregerit; quum ceteroquin omnes lateret, quod Deorum cultui foret ipse addictus*; Add. IVLIANI *epistolam* ad *S. P. Q. Atheniensem Opp. p. 277.* LIBANII *Panegyr. Iul. Opp. p. 175.* & apud FABRICIVM *p. 164.* Unde non minimam Iuliani Apostasiae causam fuisse

 se

clum, **) Syrianum, Aedesium, Crysanthium, Libanium, Ma-

se arbitror, quod adolescens a Mardonio Scytha, Libanio, Maximo Ephesio, Aedesio, Chrysanthio aliisque gentilibus, vt videri potest apud EVNAPIVM in *Maximo p. 86.* & ipsum IVLIANVM *Orat.* VII. *ad Heraclium Cynicum p. 235.* & *Misopog. p. 353.* vbi vitae suae culpam in Mardonium ironice reiicit, fuerit eruditus, a quibus magistris ac ducibus hisce mysteriis imbutus vel initiatus; GREGORIVS NAZIANZENVS *inuect.* I. *contra Iulian. p. 91.* CHRYSOSTOMVS *Orat. in S. Babyl. Opp. T. V. p. 459.* CYRILLVS *l.* VI. *contra Iulianum p. 1991.* accusant eum, quod Necromantiam vel Goetiam exercuerit. Verum cum aliis argumentis simus destituti, & haec à Patribus post eius mortem forsan ex merito in desertorem odio, in scripta sint relata, eorum sententiae subscribere non possumus. Etsi non negamus Theurgiam palliatam esse Goetiam, attamen tales Theurgi cum crederent sibi commercium cum bonis spiritibus esse, & ritus Goetiae à suis diuersos reprobarent, ab hac nota sunt absoluendi, vt infra latius demonstrabitur. De Iuliani virtutibus, vitiis, totaque eius vita, quantum huc spectat, praeter alios hactenus citatos inter Gentiles AVRELIVS VICTOR, ZOSIMVS; inter Christianos THEODORETVS, SOCRATES, SOZOMENVS, THEOPHANES, inter nouiores PETRVS MARTINIVS in *praefat. in Iuliani Misopogonem* & DIONYSIVS PETAVIVS in *praefat.* ad *Iuliani Opera* addi possunt, nec non infra *C. seq.* vbi de Iuliani commercio familiaritateque cum spiritibus agetur.

**) Proclum Lycium Platonicum, & Syriani discipulum, nec non auditorem Plutarchi, Olympiodorique fuisse, docet SVIDAS voce *Proclus p. m. 824.* voc. *Olympiodorus p. 680*, voc. *Plutarchus p. 797.* & voc. *Syrianus p. 940.* Illumque magnopere Theurgiae addictum fuisse, satis patet ex eius *Vita*, quam eius discipulus MARINVS Neapolitanus conscripsit, & quam IO. ALBERTVS FABRICIVS cum altera parte ad Theoreticas ac Theurgicas Procli virtutes maxime spectante, hactenus inedita, auctiorem edidit.

Maximum Ephesium, Plutarchum Atheniensem, Eunapium, Olympiodorum, Hieroclem, Maximum, Hermiam Alexandrinum, Damascium, Simplicium ceterosque ordine recensere, eosque Theurgiae deditos fuisse, vel huiusmodi mysteriis initiatos, probare, ratio instituti nostri non permittit. ***)

Sicut tota ipsius vita talibus testimoniis est referta, ita vnum saltem, & quidem luculentissimum, quod extat c. XXVIII. p. 67. adducemus: *Quandoquidem*, inquit de eo MARINVS, *vero, ceu dictum est incredibile harum rerum studium maiorem illi perfectioremque virtutis Theurgicae gradum conciliauerat, hinc non amplius in contemplatoria subsistit neque alterutro genere duplicium in diuinis proprietatum contentus, mentem duntaxat & cogitationem in praestantiora exeruit, sed & alterum genus iam curauit diuiniore quidem illa, nec ciuili amplius, de qua supra actum fuit, ratione. Chaldaeorum enim coetibus ac colloquiis, diuinisque & sermone melioribus verborum inuolucris vsus est, quibus perceptis significationes illorum ac reliquum vsum didicit ex Asclepigenia Plutarchi filia: Illa enim sola tum seruabat a Nestorio vsque per patrem traditam sibi magnorum Orgiorum vniuersaeque disciplinae Theurgicae notitiam. Praeterea quoque Philosophus Chaldaicis lustrationibus rite atque ordine purgatus lucidis Hecates phasmatis ipse Epoptes interfuit, cuius rei in commentario quodam suo ipse alicubi facit mentionem.* Nec non eius scripta de *anima & daemone*, de *Magia & de sacrificiis*, de *theologia Platonica*, diuersique *commentarii* in Platonem & *Plotini Enneadas*, id satis superque testantur, nec testimonium extraneum requirunt.

***) Patet hoc partim ex eorum scriptis, partim ex vitarum scriptoribus, inter quos hactenus nominatos primas tenet partes EVNAPIVS in *Maximo*, *Aedesio*, *Chrysanthio* &c. Non possum, quin adhuc *Sosipatrae* Eustathii Cappadocis coniugis mentionem faciam, quam Chaldaicae sapientiae mysteriis quoque initiatam fuisse, eruditioneqne virum suum superasse, docet EVNAPIVS in *Chrysanthio p. 56. seqq. Asclepigeniam* Plutarchi scilicet Atheniensis filiam vniuersam etiam disciplinae Theurgicae notitiam ha-

buiſſe patet ex PROCLI loco *not. praeced.* citato. De *Aedeſia* Hermiae Alexandrini vxore vid. PHOTIVM *p. 554.* Certum eſt nullo unquam tempore Theurgiam magis floruiſſe, quam horum Theurgorum aeuo, quod inde veniſſe arbitror: Cum enim religio Chriſtiana in dies magis magisque creſceret, & impoſturae oraculorum gentilium a Chriſtianis paſſim detegerentur, traducerenturque, illorum ſacerdotes & philoſophi non amplius audebant ſuam Theologiam euerſo eius fortisſimo fundamento, communi & vulgari via tradere, ſed oportunius ipſis viſum, eam ſub magis arcanis ſublimioribusque myſteriis, inuoluere; qua de cauſa, ad Theurgiam tanquam tutisſimam arcem difficileque penetrabilem ſe recipiebant, multosque incautos ſub ſpecioſo nomine, quod obtendebant, diuini videri volentes decipiebant. Ceterum notandum, hic a nobis nominatos, non ſecundum ordinem temporis vel ſucceſſionis eſſe relatos. Nemo autem, quantum mihi conſtat, operam, tales Theurgiae addictos fuiſſe, demonſtrandi, in ſe ſuſcepit. Interim aliqua veſtigia ea de re inueniri poſſunt praeter iam citatos apud IO. IONSIVM de *ſcriptor. hiſtor. Philoſoph.* OLEARIVM *Philoſoph. Eclect. c. III. Stanleii hiſtor. Philoſoph. adiect. p. 1209. ſeqq.* IO. ALBERT. FABRICIVM, LAVRENT. LVNDIVM G. I. VOSSIVM, PEARSON & DACERIVM. Cum igitur fides Chriſtiana longe lateque propagaretur, illorumque fallaciae per CLEMENTEM ALEXANDRINVM, ORIGENEM, ARNOBIVM, EVSEBIVM, AVGVSTINVM, CYRILLVM aliosque hac in re defenſores ſatis ſuperque detegerentur, refutarenturque; Theurgiae quoque nomen raro inter Ethnicos fuit auditum, vsque dum ſequentibus temporibus inter nonnullos Chriſtianorum ſacra profitentes hiſce vero gentilium nugis delectantes, illud paucis mutatis reuixit, ſenſimque latius ſerpſit. Hoc tamen in iam citatis patribus non eſt laudandum, quod iſtos Theurgos ex ſcriptis PLATONIS, PLOTINI, PORPHYRII aliorumque myſteriis religionis gentilis repletis, refutare voluerint, quae concedi non poterant, iis concedentes, hinc meliori ſucceſſu gentilem Theologiam deſtruxerunt, quam Chriſtianam defenderunt,

§. XII.

Alterum Theurgiae fontem constituit Iudaeorum Cabbala, qui tradita sua huc spectantia primitus a Sabaeis, dein ex Chaldaeorum Platonisque doctrinis aucta, acceperunt: *) Eius vero

runt, consilium quidem eorum pro tempore vtile, sed veritati damnosum fuit, cum per ea ecclesia doctrinis gentilium passim sit corrupta, multaque noua ac periculosa in eam inducta. Sequentibus temporibus celebris ea de causa fuit MICHAEL PSELLVS Leonis philosophi praeceptor, hunc enim repudiata Christianorum fide in gentilismum prolapsum, & ad futiles graecorum τελετὰς animum applicasse, cultumque eorum exosculatum Deos improbe adorasse probat LEO ALLATIVS in *Diatriba* de *Pscellis* extante in FABRICII *biblioth. l. V. P.* I. Post hunc alius MICHAEL PSELLVS nempe MICHAELIS DVCAE Imper. praeceptor, inter hanc classem recenseri potest, quod probant eius scripta, maxime de *operatione daemonum*, eius *expositio* in *oracula Chaldaica*, illiusque *declaratio dogmatum Chaldaicorum*, de quibus vide iam laudatum ALLATIVM §. XXXIX. & XL. & FRANCISCO. PATRICIVM in *noua philosophia* de *vniuersis in Zorastre*. Licet CAVE *histor. litterar. P.* I. *Saec.* IX. *p.* 469. haec scripta priori Psello velit tribuere; sine dubio tamen id patebit ex eiusdem libro de *omniuaria doctrina* apud FABRICIVM *c. l. p.* 111. Quanquam non vulgaria de illo extent elogia, quae collegit ALLATIVS *c. l.* §. XXX. attamen illum non liberabunt ab hac nota, nisi eum potius ad tertiam classem, quam facit Theologia mystica velis referre. Huc etiam spectat MARCVS ille in Mesopotamia degens, Chaldeorumque doctrinis multo addictus, qui Mystes & inspector daemoniacorum phantasmatum fuit; postea abiurata magica vanitate ad fidem Christianam conuersus: a quo PSELLVS edoctus librum de *operatione daemonum* scripsit, ut ipse *p.* 52. testatur.

*) Vox Sabaei s. Zabii maxime obscura est; Sabaeos nominatos ait SERVIVS *a σέβεσθαι, quod est colere: quia thure, quod apud eos nascitur deos placamus*, vid. IO. LVDOV. VIVES in *Augusti-*

num de *ciuitat. Dei l.* III. *c.* XXXI. *p. 105.* BARTHOLOM. d' HERBELOT in *Bibliotb. orientali* ex *Ebnkbalacan* scriptore orientali notat, nonnunquam tam late accipi, vt Persae, Chaldaei, assyrii, Graeci Aliique Zabiorum nomine designentur, idemque demonstrare vult Zabios non esse Zoroastris discipulos, qui Magi vulgo vocantur, sed antiquitate hisce non cedere, vid. *Bibliotb. nouor. libror. collect.* a L. NEOCORO *1697. p. 415.* & *1698. p. 3.* nec non *Acta Erudit. Lipsiens. 1698. p. 100.* Sed IO. SPENCERVS de *legibus Hebraeorum ritualibus c.* II. orientales sub iis intelligit, vid. *Iournal des Savans 1686. Tom.* XIV. *p. 346. Zabiorum vero nationem & religionem formaliter spectatam, vel quatenus a sectis aliis, doctrinis & ritibus quibusdam sibi peculiaribus distincta est, sub senescentis Iudaismi tempora coepisse videri,* referente BVDDEO in *histor. ecclesiast. Per.* I. *Sect* III. §. XII. *p. 417.* asserit additque *religionem horum Zabiorum ex materiis variis, & vix vlla cognatione cohaerentibus, constare; Nam Astrologiam, Magiam cultumque syderum a Chaldaeis; nonnulla Patriarcharum nomina purgandi ritus, & historias aliquas Scripturae, fabularum faecibus inquinatas, a Iudaeis; nonnulla de daemonibus & angelis a Gnosticis & Cabbalistis; allegorias denique & dogmata fanatica a Platonicis & Pythagoraeis, nisi mea me fallat coniectura, mutuati sunt.* THOMAS BVRNETIVS in *archaeologia philosophica l. 1. c.* VI. Zabios s. Zabaistas, quos pro iisdem cum Sabaeis existimat, inter Arabes vsque ad Muhamedis tempora genuinos Noachidas superfuisse, posthaec vero eorum sapientiam in meras fabulas degenerasse asserit; Alii de iis aliter. Conf. IO. HENRICVS HOTTINGERVS *histor. oriental. l.* I. *c.* VIII. *p. 248.* CLERICVS in *Indic. Philolog.* ad *Stanleji histor. philosoph. orient. V. Sabaei* & *Obseruat. Hallens. Tom. V. Obseruat.* VIII. vbi maxime locus e MAHVMETIS *Corano Surat.* II. *vers. 59.* explicatur. Nos per eos intelligimus Arabiae gentes antiquissimas, *Arabia* enim, inquiente STANLEIO *histor. orient. l.* III. *prooem. p. 1168. nobilissima Asiae peninsula, si ita eam vocare liceat, Persico, Indico & Rubro maribus, excepta ea parte, quae est Syriae contermina, ambitur. Haec vicinitas tantum inter gentes finitimas adstrinxit commercium,*

vt

ut Chaldaeorum disciplinae per Mesopotamiam, Assyriam Syriamque late peruagatae, inde ad vicinos Persas, hinc ad Arabes pertingerint, & quidem vt ex SAIDO BATRICIDE, scriptore Arabe refert STANLEIVS *P. XV. histor. philosoph. Sabaeor. c.* I. *p. 1169.* autore Persa, nomine Zaradschath, quem alii Zoroastrem vocant, forte ob communem scientiam cum Chaldaeo, vt iam supra dictum, MAIMONIDES *ductoris l. III.* illos a Magis propagatos fuisse obseruat; Et THOM. GALE in *Iamblichum Sect.* I. *c.* II. *p. 185.* asserit, magnam conuenientiam esse inter Zabiorum placita & ea quae Persarum Magi & Aegyptiorum sapientes tradiderint. Arabes etiam Theurgiae studuisse patet cum ex eorum libris, in quibus de descensu spirituum, coniuratione daemonum, de iis qui degunt in deserto, quales erant Satyri, aliisque eorum ineptiis, agitur, quibus a se manifesta Mosis miracula confutari posse existimabant, recensente STANLEIO *c.* III. *p. 1171.* tum ex illorum sacris ritibus, quibus volebant, daemonibus coniungi, familiaresque euadere, vt daemones ad eos venirent & futura praedicere non dedignarentur. IDEM *c.* IV. *p. 1173.* Ex horum doctrinis multa in Cabbalam suam retulerunt Iudaei, quamquam modum arcanas disciplinas occultandi non ab illis, sed ab Aegyptiis acceperint, vt vult HENR. BASNAGE *dans l'histoire des Iuifs T.* II. *c.* XVII. *p. 913.* vel potius vt BVDDEVS vult in *diss.* cui titulus: *Philosophus fabularum amator* §. IX. ipsimet inuenerunt. Quod inprimis contra SPENCERVM in libro de *Legibus Haebraeorum ritualibus*, maximam partem rituum Hebraeorum ex Aegypto petitam esse, asserentem, demonstrarunt IO. VAN DER WAEYEN in *diss.* II. de *Hirco Azazel* inserta illius *variis sacris p. 276.* CHRISTIAN. WORMIVS de *corruptis antiquitatum Hebraearum apud Tacitum & Martialem vestigiis l. I. c.* IV. & IO. MEYERVS de *origine & causis festorum Iudaeorum.* Et licet dicendum videatur Iudaeos nihil hac in re accepisse a Zabiis, eo quod Deus illorum ritus ab horum ritibus maxime diuersos, vt omnem deficiendi occasionem Iudaeis adimeret, constituerit, vt notare vult STANLEIVS *l.* III. *c. V. p. 1175.* Attamen sequentibus temporibus irrepente

pente nempe corruptione verae genuinaeque Cabbalae Iudaeos multa quoque ab his accepisse & vicinitas & doctrinarum similitudo suadet; Quin patet ex EZECHIELE qui *c.* VIII, 14. mentionem facit mulierum Thammuzum lugentium; super illum vero antiquos quoque Sabaeos flere & lamentari consueuisse, vna cum huius Festi origine refert RAMBAM s. R. MOSES MAIMONIDES *Moreh Nebuchim l.* III. *c.* XXIX, ac etsi STANLEIVS *c.* IV. *p.* 1172. nec non SPENCERVS *c. l.* potius affirmare volunt sequentes Arabes ex Iudaeorum commentis sua hausisse, sentimus tamen eos non aliena subtraxisse, quam auitum patrimonium ab antiquis Sabaeis deriuatum vindicasse. Sicut nec repugno IO. CLERICO *praefat.* ad *Stanleii histor. Orient.* & CHRISTIANO THOMASIO in *cautelis circa praecognit. Iurispr. c.* VI. §. 52. asserentibus: Iudaeos multa ex Assyriorum & Persarum Magorum doctrinis postea hausisse, forte tempore captiuitatis Babylonicae cum & HVGO GROTIVS ad *Matth.* XVIII. & ad *Ephesios* non male existimat nomina Potestatum, dominationum, Principatuum de angelis Iudaeos ex Captiuitate Babylonica reportasse. Unde & THOMASIVS, *quatenus in doctrina Iudaica sunt assertiones, quae in S. scriptura fundamentum suum habent, ea ab ethnica philosophia non descendunt; at vero quatenus eorum Cabbala etiam in hoc capite multas ineptias continet, id adscribendum erit philosophiae gentili c. l. c.* XII. *caut.* 54. & HENR. MORVS in *epistola* ad CHRISTIAN. KNORR A ROSENROTH autorem *Cabbalae denudatae T.* I. *C.* II. *p.* 178. Cum enim libri Cabbalistici publicationem Thalmudis Babylonici, quae facta est circa a. Chr. 400. antiquitate non multum superent, vt plurimi illorum Doctores fatentur, facile credendum, Cabbalam a tanto temporis spatio, nempe a receptione Cabbalae per Mosen in monte Sinai propriis & ab ethnicis mutuatis inuentis corruptam esse; sicut & corruptio Cabbalae ritualis moralisque temporibus Christi satis constat; Et licet non eaedem occasiones corrumpendi Cabbalam Theosophicam vel Pneumaticam datae fuerint, attamen inter excidium per Titum & publicationem Thalmudis satis temporis intercessit, quo propter calamitatem tem-

temporum Iudaei ab istiusmodi studiis plane auocarentur, praecipuas etiam Cabbalae Theosophicae partes plane perderent, & mox ne perdidisse viderentur, noua commenta earum loco adinuenirent. Id quod R. MOSES *Aegyptius* in *More Neuochim Part. I. c. 71. p. 132.* aperte videtur confiteri: *Scito multas egregias scientias quae in gente nostra olim fuerunt de veritate istarum rerum, partim longitudine temporis, partim infidelium & stultorum populorum in nos dominatione, partim etiam quod non cuiuis concessa erant, sicut exposuimus, periisse & in obliuionem deuenisse:* Et mox: *quod si, circa legem oralem cautum est, ne illa publice in libro conscripta omnibus prostaret, ne forte corrumperetur ac deprauaretur: quando magis debuit hoc fieri circa arcana ista legis Theosophica & Philosophica, & caueri ne diuulgentur publice, & ita margaritae porcis obiicerentur.* Add. *Praefat. P. III. p. 330. atque hac vera causa est propter quam solida illa fundamenta eximiique religionis nostrae articuli inter nos perierunt, & nonnisi pauca admodum doctrinae illius veteris vestigia & indicia comparent, quae in Talmud & Medraschot sparsim hinc inde extant, quae tamen ipsa sunt velut grana cordis parua magnis cincta corticibus, ita vt omnes fere homines in corticibus illis enucleandis elaborantes existiment nullum prorsus illis inesse cor.* Horum vero deperditorum loco, multa & quidem praecipue pneumatica, ex philosophia Platonica eorum captui maxime conuenienti depromta in Cabbalam referendo substituere; quod passim ex eorum scriptis elucet, & praeprimis ex libro *Porta coelorum*, in quo dogmata Cabbalistica philosophice proponuntur & cum philosophia Platonica conferuntur, autore R. ABRAH. COHEN IRIRA Lusitano, e lingua Hispanica in Hebraicam a R. ISAAC. ABVHAB translato, nunc a CHRISTIAN. KNORR L. B. a ROSENROTH in latinam contracto & Cabbalae denudatae *Tom. I. P.* III. sub titulo: *Philosophia Cabbalistica*, inserto; nec non ex PHILONIS *Iudaei Operibus* ex SIGISMVNDI GELENII interpretatione a DAVIDE HOESCHELIO editis; Sicut & HIERONYMVS in *Catalogo scriptorum ecclesiasticorum* refert, quod olim de illo vulgo apud Graecos dictum sit: ἢ πλάτων φιλωνίζει, ἢ φίλων πλατωνίζει i. e.
 aut

vero duplicem tradunt scientiam, vnam de Breschit, quam & Cosmologiam vocant, videlicet rerum creatarum, naturalium & coelestium vires explicantem; Alteram vero eius scientiam vocant de Mercava, quae est de sublimioribus diuinarum Angelicarumque virtutum, ac sacrorum nominum, & signaculorum contemplationibus quaedam quasi symbolica Theologia. Hanc rursus bifariam secant, in Arithmantiam videlicet, quae Notaricon vocatur, de Angelis, virtutibus, nominibus signaculisque, etiam daemonum, ac animarum conditionibus tractans: Atque in Theomantiam, quae diuinae maiestatis mysteria, emanationes, sacraque nomina & pentacula scrutatur, quam qui norit, hunc aiunt admirandis pollere virtutibus, ita vt, dum velit, futura omnia praesciat, toti naturae imperet, in daemones & angelos ius habeat, & miracula faciat. ††) §. XIII.

---

aut Plato Philonem sequitur, aut Platonem Philo. Idem docet SVIDAS voce *Philo p. m. 1041.* & PHOTIVS in *Biblioth. Cod. CV.* Unde quoque eadem recte sustinet RICHARD SIMON dans son *suplement aux ceremonies des Iuifs, p. 16. Quelques uns des Iuifs, n' ont pas laissé de s' appliquer à la Philosophie Platonicienne, dont ils ont fait un melange avec leurs réveries & de là est venue la plus grande partie de leurs sciences Cabalistiqves.* Et IDEM dans *l' histoire critique du V. T. Tom. III. Ch. IV. Les Iuifs avoient mélé dans leurs religion plusieurs choses des Platoniciens, & dont on trouve au jourd' hui une bonne partie dans leurs ouvrages Cabalistique. Cela avoit fait quelque impression sur l' esprit des premiers Chrétiens qui lisoient avec plaisir les livres, où il parle des Anges, & de leur commerce avec les hommes,* vid. *La Platonisme devoilé P. I. Ch. XVII. p 174.* Conf. RICHARD SIMON *hist. critiqv. du V. T. l. I. c. VII. p 52.* IVRIEV *histoire critique des dogmes & des cultes bons & mauvais qui ont eté dans l' Eglise depuis Adam j' usqv' à Iesus Christ,* GEBHARD THEODORI MEIERI *Historia cultuum c. IV. & VII.* & IAC. FRID. REIMANNI *Versuch einer Einleitung in die Histoire der Iüdischen Theologie l. I. c. XV. p. 341.*

††) Sunt verba HENR. CORNEL. AGRIPPAE in libro de *vanitate*

scientiar. c. XLVII. Ars Caballistica peruetusta est, nomen autem nonnisi recentibus temporibus apud Christianos cognitum, vid. AGRIPPA *c. l.* Cabbalae vox in genere Iudaeis significat sublimem & reconditam scientiam s. artem qualemcumque, vid. IO. PICVS MIRANDVLANVS in sua *Apologia*; in specie vero denotat philosophiam Iudaeorum, qua profundiori modo Textum Scripturae explicant. Diuidunt illam Cabbalistae in nominalem & realem, vid. MICRAELIVS in *Lexico Philosoph.* v. *Cabbala* & AVGVST. PFEIFFER *Critic. sacr. c.* VII. §. VI. *p. 203.* Nominalem vocant vel *Gamatriam* qua diuersae dictionis vnum eundemque numerum suis literis exprimunt, vel *Notaricon*, quo literae singulae alias dictiones connotant, vel denique *Temuram* s. permutationem per Anagramma. Realis alia est *Breschit* de quinquaginta portis intelligentiae & quatuor mundis, nempe Asiathico s. factiuo, Iezirathico s. formatiuo, Briathico s. creatiuo, & Aziluthico s. emanatiuo; Alia *Mercaua* quae est doctrina de nominibus Dei & angelorum, vid. fusius BVDDEVS *introduct. ad Philosoph. Ebraeor.* §. XXXVIII. & XLV. *lit.* X. Nominalis non est huius loci, sed realis, quatenus est practica, qua per literas aut voces, quibus vim quandam inesse credunt Cabalistae, per angelorum septuaginta duorum consortium eorumque coniurationes mira efficere volunt, vt haec ex IO. REVCHLINO de *Cabbala* exponit CHRISTOPH. PELLERVS in *Politico scelerato impugnat. c. IV.* in *addit.* & MVLLERVS in *Iudaismo p. 54.* Adi, si placet, AGRIPPAM de *occulta Philosophia l.* III. *c.* XI. XXV, XXVII. & passim. Eiusdem abusum in magicis demonstrarunt simulque refutarunt WIERVS de *praestigiis daemon. l.* II. *c.* III. *p.* 152. *c.* XV. *p.* 208. DELRIO *disquisit. magic. l.* I. *c.* IV. *qu.* 3. TORREBLANCA de *Magia l. II. c.* XIV. *n.* 17. PIGNATELLVS *consult. nouiss. T. I cons.* LXV. *p.* 230. LXXX. *p.* 296. *Tom.* II. *cons.* CXL. *p* 441. *Cons* CXCIII. *p.* 463. IO. CONRAD. SCHRAMMIVS *Introduct. in dialecticam Cabbalaeorum c. VI.* SAM. REYHERVS *Mathes. Mosaica c.* XIII. §. 26. *seqq.* PERERIVS de MAGIA *l.* I. *c. X. p.* 78. IO. BENEDICT. CARPZOVIVS *introduct. in Theolog. Iudaic. c. X. §. X. p.* 82. THEOD. HACKSPANIVS *diss.*

§. XIII.

Non exigua denique Theurgiae incrementa dedit Theoſophia ſ. Theologia myſtica, quippe cuius conditores, cum ex Philoſophia gentilium myſtica, imprimis Platonica, tum ex Ebraeorum Cabbala plurima ſumſerunt, multa tamen ex ſuis ingeniis addiderunt: *) Illa enim quam plura tradit de animae pur-

---

de *Kabbala* cum *not.* THOM. ERENII *p.* 157. BASNAGE *hiſtoire des Iuifs T. II. c. XV.* & PAVLVS BERGERVS de *Cabbaliſmo Iudaico-Chriſtiano l.* IV. Demta autem hac magica vanitate quatenus admittenda ſit Cabbala docet NICOL. SERARIVS *Comment. in Ioſ. T. I. c. X. qu. 2. fol. 201. ſeqq.* Eiusdemque defenſionem ſuſcepit BVDDEVS in *Obſeru. Hallenſ. T. I. Obſ. I.* & *Obſ. XII.*

*) Per Theologiam myſticam hic non intelligimus veram Theologiam myſticam ſ. practicam, quae in Praxi ſ. in ſtudio pietatis h. e. in fide, ſpe & charitate, conſiſtit quam tantum abeſt, vt reiiciamus, vt eam potius commendemus. De qua vid. GISBERTVS VOETIVS de *exercit. pietatis prolegom. p. 13. Pars nobiliſſima praxeos pietatis, oratione mentali, aut meditatione, aut vtraque abſoluitur. Quia enim in illa eſt συνδρομὴ omnium partium Theologiae, omnium actuum creaturae ſ. noui hominis, (quippe qui illic aut praeſupponuntur aut formaliter exercentur) hinc Theologia practica, affectiua, contemplatiua, myſtica, κατ᾽ ἐξοχὴν dici ſolet:* & PAVLVS ANTONIVS de *diſcrimine praxeos philoſoph. & Theolog. c. V.* Sed illam, quae in vanis, tumidis & affectatis verbis conſiſtit, immediatas illuminationes ac reuelationes iactitat, colloquia & familiaritates cum Deo fingit, ac inde re vera in Enthuſiaſmum incidit. De Theoſophiae & Theologiae Myſticae definitione nominali vid. plura apud GOTHOFRED. ARNOLDVM in *hiſtoria & deſcript. Theol. myſticae c. I. & II.* Theologiam myſticam ſuam originem imprimis ex Platoniſmo petere latius deduxerunt HEIDEG. *corpor. Theolog. p. 19.* EHREGOTT DANIEL COLBERG *im Platoniſch-Hermetiſchen Chriſtenthum*, IAC. THOMASIVS *hiſtor. gentil. §. XLVII. ſeqq.* RECHENBERG *ſchediaſm.* de *Theologia my-*

ſtica ZENTGRAV. *diſſ.* de *Theolog. myſtic.* & *Obſeruat. Hallenſ. T. I. Obſ. I.* §. *III. ſeqq.* Et ne ſaltem hoc dixiſſe videamur, breuibus, quantum fieri poteſt id ante oculos ponemus. Tribus enim *Viis* abſoluitur Theologia myſtica nempe *purgatiua*, *illuminatiua* & *vnitiua*. Sic autor *der Teutſchen Theologie c. XII.* in *fin. darum ſind drey Weg zum erſten die Reinigung*; *zum andern die Erleuchtung*; *zum dritten die Vereinigung.* Add. MAXIMIL. SANDAEVS in *claue Theolog. myſticae p. 360.* & GOTHOFRED. ARNOLDVS *deſcript. Theolog. myſt. c. VI. p. 79. ſeqq.* Imo alii qui Theologiam myſticam ſyſtematice tractarunt, eam ſecundum iſtas Vias in tres partes diuiſerunt, vt HVGO de PALMA de *triplici via* & Dominus de BERNIERES LOUVIGNI *Maximes pour la vie purgative, illuminative & vnitive.* Hae autem Viae originem ſuam habent ex doctrina Platonicorum de quatuor virtutum Gradibus, ſcilicet *ethicarum & politicarum*, (has quidem praecedebant virtutes *phyſicae* ſe dotes corporis ſed cum ad perfectionem corporis ſpectarent, non ab omnibus in claſſem virtutum numerabantur) quibus homo in conditionem humanam reducebatur, quales erant in viro honeſto: *purgatoriarum*, quae in eo verſabantur, vt animus per philoſophiam defaecatus ad ſublimiora contenderet, ac quae in ſolis philoſophantibus reperiebantur; conſiſtebant autem in abſtinentia a certis cibis, caſtis precibus, aſperſione, abſolutione &c. *intellectualium ſ. Theoreticarum* quales erant animi in contemplatione beati; *exemplarium ſ. Theurgicarum*, quibus ad deorum ſimilitudinem perueniebatur, vt latius exponunt PLOTINVS *Ennead. 1 l. 1.* MACROBIVS in *ſomn. Scipionis L. 1. c. VII.* PORPHYRIVS *P. II ſentent. ad intelligibilia ducent. edit. Holſten. p. 235.* MARINVS in *vita Procli edit. Fabricii c. II. p. 4. ſeqq.* SYNESIVS *ep. 136.* HIEROCLES *p. 308.* SIMPLICIVS in *Comment.* ad *Enchiridion Epicteti* & alii Platonici, quorum nonnulli quidem plures gradus ac veluti ordines virtutum conſtituunt, ſed ſunt ſaltem ſubdiſtinctiones, & omnes commode ad quatuor iſtos gradus reduci, poſſunt. Ab his non recedit MICHAEL PSELLVS de *omniuaria doctrina* (apud FABRI-

BRICIVM *biblioth. graec. l. V. P. I. c. XLVIII. seqq.* vbi latius de hisce virtutum gradibus disserit, & *c. LV. p.* 111. subiungit: *Theurgicam virtutem, qui habet, Pater diuinus appellatus, quoniam enim ex hominibus facit deos, illo venit nomine. Qui contemplatoria pollet virtute, hunc diuinum vocant: vti daemonium, qui purgatoria: sed qui politica est praeditus, homo probus dicitur. Theurgo tribuitur patris diuini nomen, quoniam veluti generat animam eiusmodi, quam contemplatoriae virtutis causa deum appellamus. Oportet igitur, qui per assimilationem ad deum adduci velit, primum hominem probum fieri, deinde daemonium, tum diuinum patrem: ac contingere potest, aliquem, vt daemonius & probus homo, ad malitiam & vitium deflectat. Forte & diuinus Theoreticae virtutis compos; at Theurgus s. pater diuinus & totus extra se in deo positus, nunquam potest ad contrariam virtuti speciem dilabi, cum totus extra se & Deus quodammodo factus sit.* Idem sentit *anonymus* in *libro* de *virtute* (quem edidit IO. VVEGELINVS) *c. XXVI. p. 104.* & quidem virtutes priorum graduum practicas facit, posteriorum theoreticas; totum locum ex eo habet IAC. THOMASIVS *histor. philos.* §. *LII. lit. b. n. 73. p. 126.* Cum his fere conuenit MARSILIVS FICINVS *epistol. l. I. f. m.* 7. dicens: *Illi deum quaerunt rectissimo calle. Qui primo per ciuiles virtutes affectus animae nimium luxuriantes aliquantum amputant. Demum per virtutes purgatorias eos pene ad viuum vsque resecant. Tertio loco per virtutes animi iam purgati pro viribus radicitus illos extirpant. Quibus quantum homini possibile est eradicatis, denique virtutibus exemplaribus quae sunt in Deo formantur; nam tria illa virtutum genera gradus quidam sunt, quibus paulatim ad diuinas virtutes accedimus.* Et *l. II. fol. 52. ciuiles virtutes & purgatoriae & animi purgati, quae quidem faciunt vt nescias, vtrum in corpore sis, an extra corpus. Quibus formatus exemplares denique virtutes attigues, quae nihil aliud sunt, quam Deus.* Haec igitur doctrina de quatuor virtutum gradibus, abiecto primo gradu peperit tres Vias Theologiae mysticae, sic *purgatiuae* respondent virtutes *purgatoriae: illuminatiuae* autem νοεραὶ: *vnitiuae* denique θεουργικαὶ. *Purgatiua* aiunt voluntatem ab affectibus purgari: *Il-*

purgatione & annihilatione, de tripartito ſpirituum ordine, de
S ani-

Illuminatiua intellectum notitia rerum diuinarum imbui, his actibus quaſi praeparatam animam Dei ſponſam via *Vnitiua* tandem in ſponſi amplexum deduci atque ita deificari. conf. DIONYSIVS de *coeleſti hierarchia c. III. fol. m. 9. ſeqq.* & *c. VII. fol. 20.* nec non de *eccleſiaſt. hierarch. fol. 81.* Quamuis haec triplex via, ſi ex analogia fidei, ſcripturae conſentaneae explicetur, nihil fanaticum in ſe habeat, ſed ſub certis cautelis admitti poſſit, vt aſſerunt IO. OLEARIVS *diſſ.* de *illuminat. diuin.* §. *17.* & IO. VVOLF. IAEGER *praefat. examin. theol. myſt.* tutius tamen exiſtimamus, a terminis, qui gentiliſmum ſapiunt, & non recte intelligentibus in craſſos errores incidendi occaſionem porrigere poſſunt abſtineamus, & vſitatis ac in S. Scriptura fundatis hac in re vtamur. Primus huiust Theologiae myſticae autor ſine dubio dicendus ille *Dionyſius*, quem vulgo *Areopagitam* vocant. Equidem iam ante eum apud *Iuſtinum Martyrem*, *Tatianum*, *Clementem Alexandrinum*, *Origenem* &c. tales cum loquendi formulae, tum caeremoniae myſticae occurrunt, vt patet ex RECHENBERGIO §. *XVIII. ſeqq.* Hic tamen Dionyſius primus eam in formam artis redegit, quippe qui multa ſcripſiſſe dicitur, ſed extant ſolummodo ſub eius nomine liber de *caeleſti hierarchia*, de *myſtica Theologia* & aliquot *Epiſtolae.* Haec igitur ſcripta pro genuinis illius Dionyſiii Areopagitae, cuius mentio fit *Act. XVII. 34.* venditant SVIDAS voce *Dionyſius p. m. 249.* BARONIVS *ann. CIX. p. 36.* BELLARMINVS de *ſcript. Eccleſ. p. 43.* PETR. HALLOIX *T. I. ſcript. Orient. qu. 2. ad vit. Dionyſii p. 175.* MARTINVS DELRIO, PETRVS LANSSELIVS, BALTH. CORDERIVS, IO. CHAVMONT, in *Apologiis pro Dionyſio,* NATALIS ALEXANDER *Saec. II. hiſt. eccleſ. diſſ. XXI,* EMANVEL SCHELSTRATENVS de *diſciplina arcan. c. VII. art. II. p. 109.* & *antiqu. illuſtr. P.* II. *diſſ. 3. c. 3.* LAVRENTIVS COZZA & IO. VVILH. PETERSEN *Nub. teſt. verit. l.* II. *p.* 64. Sed illa ſpuria & ſub eius nomine demum Saeculo IV. aut V. conficta eſſe rectius demonſtrarunt DIONYSIVS PETAVIVS, IO. MO-

animae aſcenſu per varios gradus & ſpirituum ordines, de hominis

RINVS, IO. LAVNOIVS, IO. DALLAEVS, IO. PEARSON. *Vindic.* Ignat. *P.* I. *c. X.* & nouiſſime Autor *de la diſſertation ſur S. Denis l' Areopagite*; conf. GVIL. CAVE *hiſtor. litter. P.* I. *Saec.* III. *p. 127 Antiquit. eccleſ. p. 170.* GOTTFRIED ARNOLD *Kirchen-und Ketzer-Hiſtorie P.* I. *l.* I. *c.* II. §. *9. p. 37.* FABRICIVS *biblioth. graec. l. V. c.* I. *§. V. p. 4.* OLEARIVS *biblioth. ſcript. Eccleſiaſt. T.* I. *p. 200.* & TENZELIVS *in monathlichen Unterredungen 1696. p. 80. ſeqq.* Quod denique haec ipſa ſuppoſititia ſcripta attinet, varia encomia magnorum virorum de eo extant, quae maxime collegit GOTHOFRED. ARNOLDVS *hiſtor. Theol. myſtic. c.* X. §. *16. p. 179. ſeqq.* nec nos ipſi negamus multa lectu digna, & S. Scripturae conuenientia in illis eſſe recondita, ſed & multa commentis Cabbaliſticis, Chaldaicis, Pythagoricis & Platonicis conſpurcata & contaminata eſſe, nemo, niſi nimio autoris amore ſit obcoecatus, inficias ibit. De huius autoris ſtilo vere iudicat ISAAC. CASAVBONVS *Exercit. aduerſus Baronium* XVI. *p. 498. Fingit voces nouas, & compoſitiones format inuſitatas, inauditas, mirificas: quae ſimpliciter verbo vno aut altero dici poterant, diffundit in plures voces, admodum ſonoras & magnificas: atque, vt vere obſeruat Maximus* διὰ πολυπληθίας λέξεων σκοτοῖ τὸν λόγον, congeſtis verbis multis obſcurat ſermonem: *conſueta & vſu Eccleſiae recepta vocabula artis* (*vt ſic dicam*) *ſtudioſe refugit; tanquam ad illum, quem quaerebat* ὄγκοι *parum accommodata* &c. Quod ipſam illius doctrinam attinet, eam deriuatam eſſe ex ſententiis Cabbaliſticis & Pythagoricis confirmatur quoque in *Obſeruat. Hallenſ. T. X. Obſ.* II. Et IAC. THOMASIVS in *orig. hiſt. philoſoph.* §. LII. *Lit. b. n. 83. p. 130.* dicit: *Inuentum eſſe hominis* τὴν ἔξω φιλοσοφίαν *cum Chriſtiana religione miſcere, & reperta in ſacris litteris Angelorum cognomina ex placitis Chaldaeorum interpretari geſtientis*: Aſſeritque contra alios ibi recenſitos, Proclum, quamuis multa ex Dionyſio transſcripſerit, non tam aliena ſuffuratum, quam auitum patrimonium magis a

nis deificatione, vnione & conuersatione cum Deo, imo eiusdem transformatione in Deum, aliisque mysticis. **)

Chaldaeis quam Platone partum, vindicasse. Sic quoque STILLINGFLEETVS in *respons. ad Cressii Apologiam de Fanaticismo ecclesiae Romanae c.* II. *p.* 133. non absurde coniicit Dionysium istum ex Plotino, Porphyrio, Iamblicho similibusque magnam partem scripta sua s. deriuata s. incrustata, edidisse. Quod & ante demonstrauit THOM. GALE ad *Iamblichum Sect.* II. *c.* III. *p.* 207. simulque docuit antiquos Iudaeos hac in re idem sensisse; IO. ALBERT. FABRICIVS vero in *vita Procli prolegom.* vtrumque & Dionysium & Proclum vno eodemque Neoplatonicorum vitulo arasse, nec hunc illum exscripsisse. Et licet hi citati autores sibi inuicem contradicere videantur, cum alius de eo asserat, ex Chaldaeorum, alius ex Pythagoricorum, alius ex Platonicorum, alius ex Rabbinorum doctrinis, Dionysium sua hausisse; Minime tamen inter se dissentiunt, sed optime conueniunt, quia illarum sectarum doctrinae quatenus huc spectant, ab vna ad alteram quasi traditae & propagatae, vna eademque in se continebant.

**) Hisce doctrinis omnes fere libri mystici sunt referti, quorum magnum Catalogum exhibet ARNOLDVS *histor. Theol. myst. C. XXIV. p. 364. seqq.* quatenus autem illae conueniant cum Theurgicis doctrinis infra singulis suis locis demonstrabitur; Contendunt quidem nonnulli (vid. PET. POIRET in *apolog. Theol. mystic.* §. 18. *p. m.* 512. *seqq.*) non proprie, sed metaphorice has locutiones accipiendas esse; Verum quid opus est ad tam inutiles & absonas allegorias abire, quae non lucem, sed tenebras Theologiae afferunt, & quae si non recte intelligantur monstrosos & ingentes errores pariunt, causaeque Theurgorum non tecte fauent. Ac multos scriptores hisce locutionibus non improprie vti, facile demonstrare possemus, nisi in aperto sit. Nobis sufficiet hic ex FRANC. GEORGII VENETI de *harmonia mundi* libro admodum raro, qui iam nobis ad manus est, quaedam proferre. Hic *Cant. I. Ton. III. c. IV.*

fol. 41. dicit. *Nobilissimum est apud Dionysium non modo intelligentias inferiores, sed etiam nos illuminari, purgari & perfici a superioribus: quibus si assentimus, facile ad Angelorum gradum & ordinem nobis proximiorem conscendimus*; In toto hoc capite agit, quomodo deus in nos per tripartitum Angelorum ordinem descendat & nos per eos in Deum adscendere possimus. *Tom.* vero VIII. eiusd. *Cantic. c. V. &. seqq. fol. 169.* explicat, quo vehiculo ille ascensus fiat, a quibus trahatur, & quid operentur angeli ministri in isto attractu; quin *Cant.* III. *Tom. VI. c.* XVIII. *fol. 68.* dicit: *Non igitur contenti, vt nonnulli faciunt euehere hominem vsque ad vnionem cum Deo, ad vlteriorem vltimumque gradum ipsum reducere conabimur: ad transmutationem veram corporis in spiritum, & spiritus in deum.* Totus liber talibus doctrinis repletus est, & recensitus in *Obseruat. Hallens. T.* II. *Obs.* XVI. Quantum cum his sententiis conspirent *Jo. Taulerus, Io. Rusbrochius, Thomas a Kempis, Henricus Harphius, Theresia, Io. a Cruce, Iac. Böhmius, Aegidius Guthmann, Io. Portage: Iane Leade, David Ioris, Quirinus Kuhlmannus, Antonia Burignonia* & alii, hic examinare nimis prolixum esset, de eorum vitis & scriptis videri possunt COLBERGII *Platonisch-Hermetisch-Christenthum*; RECHENBERG *schediasm. de Theolog. mystic.* POIRET *biblioth. mysticor. selecta.* ARNOLDVS *histor. Theolog. myst. c. XXI. seqq.* & IDEM *Kirchen-und Ketzer-Historie P. II. III.* & *IV.* passim; qui tamen diuersa iudicia de iis referunt; hinc ne iniuste Enthusiasmi insimulentur, ipsa eorum scripta consulenda sunt; Ac etsi Theurgia & Theologia mystica cum ob communem originem, quod vtraque veniat ex Ethnicismo & Iudaismo, vt paulo ante dictum, tum ob conuenientiam nonnullorum dogmatum vnum idemque esse videtur; differt tamen Theurgia a Theologia mystica, quod illius finis primarius sit commercium cum spiritibus, huius vero vnio & conuersatio cum Deo: quod illa magis spectet ad externa, haec vero ad interna, vnde in hac non admittuntur tales ritus s. teletae, ne quidem orationes & inuocationes ore prolatae, sed saltem interiores, vt aliquo modo exponit AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. LVIII. p. 536.*

p. 536. Scias itaque adorationes ac vota ad solum vnum deum summum patrem, deorum omnium regem ac dominum, pura ac pia mente principaliter facienda esse: quando vero ad inferiores deos processerint, nisi subdelegatae sint a summo patre administrationis minime sit intentio. Itaque adorationibus ac votis quando ad inferiora numina diriguntur, Zoroaster & Orpheus suffumigationes & characteres & eiusmodi adhiberi licitum putabant; quando vero ad supremi Iouis Maiestatem eriguntur, fieri illa minime debere: quod etiam Hermes & Plato fieri vetant. Vnde Hermes ad Tatium: Hoc (inquit) sacrilegio simile est, cum deum ores velle Thus & similia accendere; aliena enim haec sunt (vt ait Porphyrius) ab omni pietate, nihil enim materiale inueniri potest, quod immateriali Deo non sit obscoenum, id circo neque oratio & quae voce proferatur conueni sed nec interior oratio, si animus vitio contaminetur. Theologiam igitur mysticam a Demiurgia non multum differre infra patebit. Hi autem qui crassiorem philosophiam mysticam tradunt, omnino cum Theurgia conueniunt & saltem falsum & affectatum nomen praetendunt. Nihil iam dicam de *Rogerio Bacone*, *Alberto M. Io. Reuchlino*, *Paulo Riccio*, *Hieronymo Cardano*, *Iul. Caes. Scaligero*, *Leonhard. Turneysero* &c. qui licet Theurgi non dicendi sint, multa tamen vana & superstitiosa, partim ex Philosophia Platonicorum, partim ex Cabbala, partim ex Magia naturali, nec non Astrologia desumta, passim in suis scriptis tradunt, quae valde Theurgiae fauent. Et sicut supra gentiles Theurgos in *Philosophos* & ἱερατικὸς diuidimus: ita & hi Theosophi ita dicti s. re vera *Theurgi* vel in *Theoreticos*, qui simpliciter saltem docent spiritus hominibus conciliari posse, vel in *practicos*, qui praeter istam doctrinam spiritus certis ritibus in conspectum evocare contendunt, distingui possunt. Quarum vtriusque generis nonnullos, quantum ex ipsis eorum scriptis obseruare potuimus, secundum ordinem temporum, quibus vixerunt, recensebimus. Hoc tamen necessarium esse existimamus, hos Theurgos quos recensituri sumus non statim pro Magis daemoniacis ea de causa, quod vel tales libros scripserint, vel commercium cum spiriti-

 bus

bus habuerint, esse reputandos. Cum enim, vt supra *C.* IV. §. VI. *p.63. seqq.* fuit demonstratum, ad Magiam Daemoniacam semper requiratur pactum, expressum vel tacitum, ac in isto consensus expressus vel tacitus: Utrumque vero excludit ignorantia. Hinc isti Theurgi, qui malos genios hic occurrere ignorasse, & cum bonis sibi esse commercium credidisse dicuntur, tales Magi, qui pactum cum diabolo habuerint, ex istis argumentis, quae allaturi sumus, neutiquam dici possunt (conf. NAVDAEVS in *Apolog. c.* VI. *§. 3. &* MORHOF *T.* I. *Polyhist. l.* I. *c.* VIII. *n. 24. p. 80.* sed annon aliqui eorum ex aliis argumentis Criminis Magiae daemoniacae conuinci possint, id inquirere non est huius loci vid. supra *c. l. p. 62.* Primus eorum qui nobis obuenit, fuit *Petrus Aponus* Patauinus, qui Saec. XIII. vixit & Medicus fuit celebris. Hic enim vulgo autor haberur trium librorum magicorum, quorum primus a TRITHEMIO *antipol. l.* I. *c.* III. dicitur *Elucidarium Necromanticum*, secundus *Liber experimentorum mirabilium de annulis secundum 28. mansiones Lunae. Tertius extat in* AGRIPPAE *Opp. T.* I. sub titulo *Heptameron* s. *elementa magica*; in hoc pestilentissimo libro describitur circulus, & eius compositio, item nomina horarum & angelorum eis praesidentium, nimis barbara quemadmodum angelorum quatuor anni temporum nomenclaturae: consecrationes quoque & benedictiones circuli, ac suffumigiorum. Succedit deinde modus operationis, exorcismus spirituum aereorum imprimis, orationes blasphemae & horrendae: Denique visiones & apparitiones virtute exorcismi excitatae. vid. VVIERVS de *praest. l.* II. *c. V.* Sed TRITHEMIVS *c. l.* SYMPHON. CHAMPIER *tract. 4. lib. de clar. medic. scriptoribus*, & NAVDAEVS in *apologia C.* XIV. §. *15.* istos libros falso Petro d'Apono adscribi, & ab aliis sub eius nomine esse confictos, adserunt. Qui illum Magum fuisse existimant, eos magno numero citat GOLDASTVS *im rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen Güther* §. *26. not. a p. 72.* Eodem saeculo vixit *Picatrix* natione Arabs, quem falso REMIGIVS DAEMONOL. *c.* XXXII. *p. m. 142.* & VVIERVS de *praestig. l.* II. *c.* IV. *p. m.*

155.

155. Hiſpanum nominant, ſub eius nomine liber extat, qui mandato Regis Alfonſi in linguam Hiſpanicam translatus fertur, & ex ea ab *Anonymo* in linguam latinam, non tamen in lucem editus; huius libri MS. mentionem facit PETR. BAYLE *lettres choiſies T.* II. *lettr.* CXXXVII. *p.* 533. & PROSPER MARCHAND in *not.* ad *h. l.* dicit: *Cè livre eſt fort eſtimé par ceux, qui ne ſont encore gueris de l' extrauagance de l' aſtrologie judiciaire & recherché ſur tout avec empreſſement par ceux qui ſont aſſez foibles, pour s' imaginer, qu' ils y trouveront de grands ſecrets pour conjurer les deables & les Eſprits & pour les faire paroitre, quand bon leur ſemblera; Il eſt fort rare, & ne ſe trouve qu' en Manuſcrit.* Diuiſus autem in quatuor partes 1) agitur de eſſe caeli & effectu propter imagines quae ſunt in ipſo, 2) de figuris caeli in generali & motu octauae ſphaerae, & de eorum adfectibus in hoc mundo, 3) de proprietatibus Planetarum & ſignorum & eorum figuris & formis oſtendit in ſuo colore, & qualiter cum ſpiritibus ſermo haberi poteſt, & quam plura alia necromantica, 4) de proprietatibus ſpirituum & de his, quae neceſſaria ſunt & obſeruanda in illa arte, & qualiter cum imaginibus & ſuffumigationibus & cum aliis adiurantur. His annumerandus *Cichus* Aſculus quod probat illius *Commentarius* in *Sphaeram de Sacrobuſto*, in quo tria obſeruat, ipſe NAVDAEVS illius alias defenſor in *Apolog. c.* XIII. §. XII. *p. m.* 141. *das erſte,* inquit ex verſione IO. REICHEN *erkläret das Buch de Sacrobuſto nach dem Sinne der Sternſeher, Schwartz-Künſtler, und Chiroſcopiſten, das andere führet eine groſſe Menge verfälſchter und mit alten Erzehlungen und Narrenpoſſen angefüllter Scribenten an, als zum exempel den Salomon de vmbris idearum, den Hipparchum de vinculo ſpiritus, de myſterio naturae, de Hierarchiis ſpirituum, den Apollonium de arte Magica, Zoroaſtrem de dominio quartarum octavae Spherae, Hippocratem de ſtellarum adfectibus ſecundum Lunam, Aſtafon de mineralibus conſtellatis, und viele andere dergleichen; und das dritte, bedienet ſich zum öfftern der Offenbahrungen eines Geiſtes mit Nahmen Floron, von welchem Er* (c. IV. Sph.) *ſagte, daß Er aus der Ordnung der Cherubim wäre,* Huc etiam pertinet

Mar-

Marsilius Ficinus Florentinus Saec. XV. qui sicut multas sententias ex Platone, Porphyrio, Iamblicho aliisque gentilibus, quorum primus fuit interpres, in scripta sua retulit, ita rationem quomodo Daemones oculis sisti soleant, deducit *Comment.* ad *Procli l.* IV. *Enneadis* III. *Daemones* inquit, *stellae sunt aerei caeli circuitus stellarum caelestium pro viribus imitantes; neque electione tantum in nos agunt, sed plurimum stellarum instar ipsa natura, atque radiis suis, quamuis occultis admodum efficacibus: Quos quidem Magus, qui congregare sciuerit, poterit & videre ceterisque monstrare* &c. Et paulo post: *videtur itaque Sacerdos Aegyptius daemonis Plotinici radios congregasse, atque (vt Porphyrius testis est) praesentium oculis ostendisse, siue colens Deos hoc eorum munere tunc impetrauerit, siue vaporem certum, daemonibusque cognatum infuderit aeri, quo certo modo radii daemonis congregari potuerint.* Add. IDEM ad *Plotini Ennead.* IV. *l.* IV. *c.* XLIII. vbi arcana scelestae artis, si ausus esset, aperuisset, ipse περὶ πᾶσαν ἀγυρτίγο ἐσπȣδακώς, vt eum appellat THOM. GALE in *Not.* ad *Iamblich. Sect.* IV. *c.* XIII. *p. 261.* Circa finem Saeculi XV. & initium XVI. floruit IO. TRITHEMIUS Abbas Spanheimensis philosophus & historicus alias summus nisi, nomen suum huiusmodi studiis maculatus esse videatur. Sic enim in libro de *potestate septem spirituum* multa comminiscitur ad imitationem Cabbalistarum de angelis, qui praesunt septem planetis: instillantque in homines & animalia, resque terrestres, tempore suae gubernationis qualitates, influentias, proprietates & accidentia Planetarum, quos regunt; Asserit enim praefixum illis esse a Deo tempus certum, quo Planetarum orbes regant: nempe trecentos quadraginta tres annos singulis esse determinatos, vt per vices illa astra gubernent, vid. BOISSARDUM de *Magia. c.* II. *p. 37.* qui multa ex eo refert. Nec non in *Steganographia* cuius tenorem recenset CAROLUS BOVILLUS in *epistola ad Germanum Ganaium*, & cuius partem inseruit IO. WIERUS *l.* II. *c.* VI. *col. 166.* de *magicis praestigiis daemonum*: Hic BOVILLUS inter alia de TRITHEMII *Steganographia* ita scribit: *Imprimis spirituum ipsorum nomina digerit, hinc eorum adiurationes dis-*

sponit,

sponit, ac singulorum characteres subscribit: postremo figuras distinguit, e quibus pro adiurationibus singulis apta spirituum nomina, quoties necessitas ingruerit, depromere atque elicere liceat. Partitur autem in eiusmodi figuris spiritus ipsos in quatuor Imperatores, *Duces, Comites & seruos.* I*mperatores vero totius orbis tantum esse duodecim quotquot & venti a Philosophis esse traduntur. Ex his quoque quatuor designat praecipuos, Orientis, Meridiei, Occidentis & Septentrionis, quos, vt magnos, Imperatores appellat, sub quolibet Imperatore statuit Duces puto trigenos aut quadrigenos; sub Ducibus singulis rursus Comites maiore numero, & seruos sub Comitibus innumeros:* Deinde etiam explicat ipsam artem Trithemii per occultam scripturam animi sui voluntatem absentibus aperiendi. Contra Carolum Bouillum se purgauit TRITHEMIVS in *praefatione Polygraphiae ad Maximilianum Imperat.* asseruitque exemplis hanc artem minime naturae vires excedere, nec spiritus interuenire, licet non intelligentibus speciem quandam damnatae Magiae praeferret; Vtrumque late examinat PIGNATELLVS *Consult. LXII.* multaque encomia de pietate & eruditione Trithemii profert, nihil tamen certo decidit. Sed alii, vt IACOBVS GOHORII *praefat. comment. in Paracelsum de vita longa p. 12.* BLAISE de VIGENERE *en ses Chiffres.* DVRET *histoire des langues c. XIV. fol. 152. 159.* & GVSTAVVS SELENVS *l. III.* de *Cryptographia* demonstrare volunt, nihil aliud subesse, quam quandam Cryptographiam. Huius coaetaneus fuit *Henr. Cornel. Agrippa* de *Nettesheim*, quanquam in omni studiorum genere versatissimus, eaque de causa & apud principes & apud doctissimos sui aeui viros magno honore habitus, ob libros tamen eius de *occulta philosophia* hic referendus; & quasi huius artis primipilus censendus est. Nam isti *Libri* III. de *occulta philosophia*, compendium re vera Theurgiae ex Porphyrii, Iamblichi, Procli, Pselli, Ficini, Alberti M. Reuchlini, Riccii aliorumque tam gentilium, quam Cabbalistarum mysticis vel potius superstitiosis scriptis, collectae exhibent. Ipsi etiam vulgo adscribitur *Liber.* IV. de *philosoph. occult.* quem recenset IO. WIERVS de *praest. l.* II. *c. V. p. 162. Fabrica quoque exquisita in hoc li-*

bello subsequitur de characteribus bonorum & malorum spirituum, quos tamen ita effictos esse ad deceptionem, nec iis quicquam inesse virium, quilibet sanae indolis haud difficulter iudicabit. Accedit & tabula per quam figurae quaedam malorum spirituum familiares, & imagines inuenitur, sub quarum forma inuocantibus occurrere & comparere illi solent: item formae familiares spiritibus Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae; Pentacula describuntur quoque tanquam figura quaedam sacra, a malis euentibus nos praeseruantia, & ad malorum daemonum constrictionem & exterminationem adiuuantia: malos etiam spiritus allicientia, nobisque conciliantia, quae ex characteribus, picturis, nominibus bonorum spirituum varie componuntur, quibus abominabilis, imo blasphemus sacrae scripturae adhibetur abusus. Post alia: *Ubi adhibentur quoque consecratae res, necessariae tam ad defensionem inuocantis, quam etiam ad vincula & constrictionem spirituum: quales sunt sacrae Chartae, laminae, picturae, pentacula, gladii, sceptra, vestes ex materia & colore conuenienti. Apponuntur & sedilia pro spiritibus qui quoque inuocati ad potum & esum inuitantur.* Sed idem *c. l.* adserit Agrippae falso tribui, cum hic liber, eo vltra annos quadraginta iam mortuo, ab impio homine in lucem sit emissus. Alii, quorum ingens numerus videri potest apud GOLDASTVM *c. l. §. 26. p. 73.* Agrippam famosissimum Magum dicunt; illum autem pluribus vindicarunt GABRIEL NAVDAEVS in *apologia c. XV.* THOM. CRENIVS *Animadu. Philolog. & Hist. p. 12.* & PETR. BAYLE *diction. histor. & critique V. Agrippa p. 109. seqq.* Eodem saeculo summus quoque huius Philosophae Theosophicae promotor fuit *Paracelsus*, alias *Aureolus Philippus Theophrastus* ab *Hohenheim* dictus, omnia ex Cabbala Magia, Astrologia, Chymia, & Theologia mystica inuicem miscens, in operibus suis, multa vana & superstitiosa de commercio spirituum, Characteribus, sigillis, imaginibus &c. tradit, Et quidem de *occult. philos. l.* I. *Opp. p. m. 493.* Magiam ita describit, quod sit *prompta & subtilis ars nullis caerimoniis aut coniurationibus contaminata & polluta, velut est Necromantia. De illa enim nec caerimoniae, nec*

be-

benedictiones nec maledictiones adhibentur, sed sola fide qua de Christus inquit, ipsam montes transferre & in mare exturbare, ac spiritibus ascendentibus imperare, illosque cogere & domare; quamuis Paracelsus hic Necromantiam reiiciat, imperium tamen in spiritus admittit, *c.* IV. *Opp. p.* 540. spiritus, qui humanorum secretorum capaces sunt, vocat flaga, hosque spiritus artis Nigromanticae ope cogi posse dicit, vt se visibiles faciant, per speculum, Chrystallum, carbonem &c. nec se tantum, sed & illud quod absconditum habet is, cuius flagum est, atque hoc pacto inueniri Thesauros absconditos, legi literas obseratas, nudum apparere, quod obtectum, ostendi locum, vbi quid reconditum est. Add. *l.* I. *c.* IV. de *philosophia sagaci.* Magus habetur a DELRIO *disquis. magic. l.* VI. *c.* II. *Sect.* I. *qu.* I. *p. m.* 141. Notatus quoque COLBERGIO *in Platonisch Hermetischen Christenthum P.* I. *c.* IV. *p.* 180. Sed eum a Magia defendere contendunt NAVDAEVS in *apolog. c.* XIV. §. 16. necnon IAC. GOHORY sub nomine *Leo Suauius* in *comment. in l. IV. Paracels. de vita longa.* FLORENTIVS de VALENTIA (sub quo nomine latet IO. VALENT. ANDREAS) in *ros. florescent. B. pag.* 3. ARNOLDVS *Kirchen- und Ketzer-Historie P. II. l. XVI. c. XXII. p.* 312. & *P. IV. Sect. II. n. XX. p.* 139. *seqq.* & *Anonymus* in libro, cui titulus: *Theophrastus non Theofhrastus s. deutliche Entdeckung vvas Theophrastus sey.* Huius Theophrasti Paracelsi maximus sectator fuit *Valentinus VVeigelius* Parochus Tschopau. in Misnia, qui in libro *Kirchen- oder Haus-Postill P.* I. *p.* 85. & in *Astrologia Theologizata* inter alia expresse statuit angelicas apparitiones & conuersationes obtineri posse, si debito modo fiat praeparatio. Plura de eo vid. apud NICOLAVM HVNNIVM *Betrachtung der Paracels- VVeigel. Theologie* & GOTTFR. ARNOLDVM *Kirchen- und Ketzer-Historie P.* II. *l.* XVII. *tot. c.* XVII. *p.* 615. *seqq.* hic tamen illum valde defendit. Huc quoque referendus est *Bellemontius*, de quo PETR. BAYLE *diction. histor. critiq.* ex THVANO de *vita sua l. VI. p.* 1233. *b.* narrat: *Bellemontium professum fuisse Magiam Daemonum, qui Numinis diuini particula essent, praeclaram artem conciliatricem cum hominibus ad beneficium inuentam, non*

ad maleficium, quo Sortiarii, vt vocantur, vulgo vtuntur. Ipsi Sortiarii spirituum malorum vilia mancipia in crassam ignorantiam demersi, ac venenis ac diris fascinationibus eorum arbitrio, perniciem humani generis machinantes; cum contra Magiae Daemonum spiritibus imperet, & eorum consortio & familiaritate, arcana naturae vulgo ignota, nec libris prodita, cognoscere futura rimari, mala declinare, pericula auertere, amissa recuperare sciat, plura adhuc beneficia addit, quae Magia praestare hominibus possit, idque in Parlamento profitebatur, quod nihil tamen minus sententiam vltimi supplicii in hunc confitentem tulit, vid. ROMANI *schediasm. p. 56.* Eandem fere opinionem idemque fatum habuit *Iordanus Brunus* Nolano-Neapolitanus; hic enim inter alia monstrosa Magiam laudabilem & licitam, spiritus citari & cogi posse ad abscondita reuelanda & futura praenuncianda in scriptis suis passim docet, quod maxime patet ex ipsius libro de *Monade, numero & figura*, qui recensetur in *Actis Philosophorum III. Stück n. IV. p. 501.* Sic *c. XI. p. 139. seqq.* citat *Apollonii* librum de *tribunalibus spirituum* & *Astaphonis librum* de *mineralibus constellatis*, & ex eo haec profert: *O quanta virtus est intersecutionibus circulorum, & quam sensibus hominum occulta; Cum caput Draconis in sagittario exstiterit, diacedio lapide posito in aqua, naturaliter spiritus ad dandum responsa veniunt, quia lapis tactu corporis hominis mortui (non aliorum animalium) virtutem amittit;* Hic denique Brunus ob magnam suam impietatem & varias blaspemias Romae anno 1600. viuus combustus est; Conf. CASPAR SCIOPPIVS in *epistola* de eius morte, quam inseruit B. G. STRUVE *actis liter. ex MSS. erutis fasc. V.* & de la CROCE *en ses Entretiens sur diuers suiets d'histoire p. 287. seqq.* Nonnulli eum Atheum fuisse produnt, sed ab Atheismo eum vindicant IMM. WEBERVS *Beurtheilung der Atheisterey p. 68.* & MORHOF *l. I. c. VIII. n. 22. p. 80.* Brunum vero tam Atheum quam summe superstitiosum hominem fuisse probat BVDDEVS de *Atheism. & superstit. c. I. §. XXIV.* in *not.* Ad vtramque Theurgorum tam theoreticorum quam practicorum classem merito pertinet *Io. Dee* Mathematicus Londinensis, quem huiusmodi Theosophiae mysteriis

de-

deditum fuiſſe, ac commercium viſibile cum ſpiritibus ab anno 1581. ad finem vsque vitae habuiſſe, cum ex ipſius libris editis & ſchedis MSS. poſt mortem repertis, tum ex iſtorum temporum hiſtoriis prolixius refert THOM. SMITH. in *vitis quorundam eruditisſimorum virorum p. 22. ſeqq.* 42. & p. 52. de eius ſociis *Kellao, Laſcouio*, aliisque hiſce horrendis ſacris initiatis agit; Et ex eodem p. 76. apparet, Stephanum Regem Poloniae aliquando horum myſteriorum operationi Nyepolonizae anno 1585. die Lunae Maii 27. mane, horam 7. circiter in camera priuata Regis inſtitutae, interfuiſſe. Et Io. Dee conſtanter credidiſſe bonorum angelorum ſibi eſſe conuerſationem & aſſiſtentiam, IDEM in *praefat. p. 13.* teſtatur dicens: *Devum hac ex parte nimium credulum agnoſcimus, eo quod ad vsque extremum vitae halitum hos malignos ſpiritus, quibuscum per plurimos annos frequens commercium congreſſumque ſolennem in modum habuit, pro bonis Dei angelis reputauerit, ab iſthoc inueterato eoque impio errore neutiquam dimouendus.* Et IDEM *ſeqq.* diſputat contra ROBERT. HOOKIVM, qui in quadam *praelectione Opp.* haec omnia ad Cryptographiam vult referre; Edidit quoque MER. CASAVBONVS *Diarium* colloquii inter aliquot ſpiritus Io. Devuum, Initio Sec. XVII. *Henricus Cunradus* Medicinae D. & Cabbaliſtico-Chymico-Phyſicae nimis ſtudioſus, quem inter alia angelicas reuelationes & loquelas magni aeſtimaſſe patet ex ipſius *Confeſſione* ſ. tract. *vom Hyleatiſchen, das iſt, primaterialiſchen Catholiſchen Chaos c. II. p. 43. Mehr haben dieſe hohe Gaben der wahren Weisheit durch viſiones und andere wunderbahre Chriſtlich-Cabbaliſch und Göttlich-Magiſch zu Werck geſtalte gute geſpräche mit dem wunderbahren GOtt und desſelben guten Geiſtern von GOtt dem wunderbahren und guten GOttes Engeln aus wunderbahren Göttl. und gut geiſtlichen reſponſionibus empfangen.* Eum autem inter adeptos referre volunt GOLDASTVS *c. l.* §. *VII. not. qq. p. 31.* & ARNOLDVS *Kirchen-und Ketzer-hiſtorie P.* III. *c.* II. *p. 12.* Hiſce ſtudiis inclaruit quoque *le Comte* de *Gabalis* vt plurimis patet ex *libro*, cui titulus: *les entretiens ſecretes où le Comte de Gabalis*, cuius autor dicitur *l'Abé* de VILLARS vid. *Melan-*

ges d' histoire, de litterature par Mr. de VIGNEVL MARVILLE *Vol.* I. *p. 268.* In hoc enim libro le Comte de Gabalis, qui per modum dialogi loquens inducitur, praeter alia absurda & monstrosa statuit Elementa esse inhabitata à spiritibus, hinc illos diuidit in aëreos, terreos, aqueos, & igneos, horum cuilibet generi adsignat feminas, & plurima de singulorum natura & ministeriis disserit. Modum hos spiritus & quidem igneos conciliandi describit II. *Entret. p. 48. Si on veut recouvrer l' Empire sur les Salamandres : il faut purifier & exalter l' Element du feu, qui est en nous, & releuer le ton de cette corde relâchée, Il n' y a qu' a concentrer le feu du Monde par des miroirs concaues, dans un globe de verre, & c' est ici l' artifice, que tous les Anciens ont caché religieusement, & que le diuin Theophraste a decouvert. Il se forme dans ce globe une poudre solaire, laquelle s' étant purifiée d' elle méme, du mêlange des autres Elémens & étant preparée selon l' art, devient en fort peu de temps souverainement propre a exalter le feu qui est en nous ; & à nous faire deuenir par maniere des dire, de nature ignée. Des lors les habitans de la Sphere du feu deuiennent nos inferieurs.* De Conciliatione aliorum spirituum elementarium agit *p. 50. Il n' y a qu' à fermer un verre plein d' air conglobé d' Eau ou de Terre, & les laisser exposé du Soleil un mois. Suis separer les Elemens seton la science, ce qui sur tout est très facile en l' eau, & en la Terre ; Il est merveilleux, quel aimant c' est, que chacun de ses Elemens purifiez, pour attirer Nymphes Sylphes & Gnomes* &c. *p. 51. Ainsi sans charactères, sans ceremonies, sans mots barbares, on deuient absolu sur tous les Peuples. Ils n' exigent aucun culte du Sage, qu' ils sçauent bien être plus noble qu' eux. Ainsi a venerable Nature aprend à les Enfans a reparer les Elémens. Ainsi se retablit l' harmonie ; Ainsi l' homme recouvre son Empire naturel, & peut tout dans les Elemens sans Demon ; & sans art illicite.* Quin maxime faciles esse se hominibus communicandi, quod ex horum commercio redderentur doctiores, affirmat *I. Entr. p. 18. Tous ces Esprits Elémentaires sont nos disciples, ils sont trop heureux quand nous voulons nous abaisser à les instruire & le moindre de nos sages & plus sauant & plus*

plus puissant que tous ces petits Messieurs là. Hunc reuera Magum fuisse & pactum cum diabolo habuisse existimat CHRIST. THOMASIVS in *praefat.* ad PETR. POIRET de *eruditione solida* §. *31.* Huic adiungimus *Jean Belot*, qui se Magistrum dicit scientiarum diuinarum & coelestium, & scripsit librum de *Chiromantia & Physiognomia*, in quo illam artem genium familiarem sibi conciliandi aliaque magica miscere affirmat MORHOF *T.* II. *l.* III. *p. 490.* Nouissime huiusmodi studiis operam dedit *Franc. Iosephus Borri* nobilis Mediolanensis & Alchimiae valde deditus, quod testatur eius liber, sub titulo : *La Chiaue del Gabinetto del Borri,* quem similem Pselli libro de daemonibus, plenum quoque esse de Spiritibus, eorum tutela, euocatione, familiaritate &c. asserit MORHOF *T.* II.] *Polyhist. l.* I. *c.* VII. *n. 13. p. 37.* De huius vita & dogmatibus extat liber, cui titulus *Relatio fidei, actionum & vitae Burrhianae*, in quo multa referuntur de doctrina eius circa daemones, quae cum Platonicis & Paracelsistis mire conueniunt. Plura de eo vide apud ARNOLD *Kirchen-und Ketzer-histor. P.*III. *c.*XVIII. *p. 190.* qui eum tamen valde defendit. Huc quoque secundum nonnullorum sententiam referendi sunt *Fratres* de *Rosea Cruce*, quos MELCH. GOLDASTVS *im rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexengüter* §. VII. *lit. m. p. 24.* Damcaribus seu Magis Arabiae associat, & in *fin.* dicit : *Was kan denn anders von den Rosen-Creutzbrüdern zu halten seyn, dann daß sie ihren so hoch vertrauten, geheimen innersten Brüdern gleich seyn, und durch dienst ihrer allerseits Geister, so gute correspondentz und Wissenschafft so viele hundert Meilwegs entlegenen Landen verrichten.* Et ipsi in *Confess.* s. *Fama fraternitatis p. 77.* asserunt: *GOtt schicket die heiligen Engel denen zu, die still, demüthig, und von wenig Worten seyn, daß Sie mit Ihnen Sprache halten, die unnützen Schwätzer verstößt Er in die Einöde.* Add. ANDR. LIBAVII *Bedencken von der Fama und Confession der Brüderschafft des Rosen-Creutzes c.* VII. *fol. 49. c.* XIV. in *princip.* &c. *XX.* in *fin.* alii autem pro illis *Apologias* scripserunt, vt MICH. MAIERVS, ROBERTVS FLVDD, IO. VALENTINVS ANDREAS &c. Plures qui hos vel defendunt, vel

vel accusant, recenset B. G. STRVVIVS in *introduct. ad rem liter. c.* IX. §. XXIX. BVDDEVS in *diss. an Alchemistae in Republ. tolerandi?* §. XVI. & ARNOLDVS Kirchen-und Ketzer-historie P. II. *l.* XVII. *c.* XVIII. *p. 641. seqq*, qui simul historiam huius societatis exhibet. Licet quidem non negandum, nonnullis, qui se socios istius fraternitatis profitebantur, reuera cordi fuisse, vt varias scientias a naeuis, quae in illas irrepserant, repurgarent, easque in integrum statum restituerent, nec non veram pietatem exercerent. Multos tamen sub isto tegumento varia absurda & superstitiosa ex Magia, Cabbala, Alchymia, Astrologia, &c. iterum de nouo quasi produxisse, satis est in aperto; Quod imprimis passim in suis sciptis fecit *Robertus Fluddius* alias a *Fluctibus*, Medicus & Philosophus Oxoniensis, suo tempore clarissimus. Hic enim non solum pleraque sua huc spectantia ex Agrippa transscripsit, sed & in *historia Microcosmi f. 95.* expresse rationes, quibus quilibet sui genii cognitionem & familiaritatem acquirere possit, praescripsit. Conf. GASSENDVS *examin. Philosoph. Fluddeanae*, MORHOF *l. II. polyhist. c.* VII. *n. 64. p. 432.* & *T.* II. *l. 11. c. XV. n. 5. p. 262.* & FREHERVS *Theatro viror. illustr. p. 1342.* Idem dicendum de *Io. Heydon* Anglo, qui in libro, cui titulus: *The Rosie crucian infallible axiomata, or, Generall Rules to Know allthings past, present ant to come*, multa de euocatione spirituum per characteres, numeros aliaque magica commentitur. Hoc sane mirandum, quod iis temporibus illi, qui vna cum scientia studio pietatis incumbebant, pro Rosae Cruciis & Weigelianis haberentur, vt Io. Gerhardo ipsi hanc notam inustam esse & de se ipso scribit vid. SPENERI *Pia desideria p. 18.* Eiusdem haereseos macula *Io. Arndium* a suis inimicis aspersum fuisse satis constat, vid. *Apolog. suam*; Conf. ARNOLD. Kirchen-und Ketzer-historie §. II. *l.* XVII. *c. V.* §. *X. p. 464. c.* VI. §. XIII. *p. 482. c.* XVII. §. *L. p. 639.* & *c.* XVIII. §. XXII. *p. 651.*

§. XIV.

Ex his igitur fontibus Theologia nempe gentili, Iudaeorum Cabbala ac Theologia myſtica promanauit hodierna Theurgia: *) quae eſt ſcientia qua ſpiritus per certos ritus, quos

V te-

*) Hoc praeter iam allata confirmat IO. FILESACVS de *Idololatr. magic.* §. *VI. fol. 36.* dicens: *Sunt enim aliqua quae manifeſtam ſapiunt haereſin, ſed multo plura in illa parte diſciplinae, quae illis Theurgia, recte ſapientibus Goetia nuncupatur, quae cum Idolomania & Helleniſmo* (hoc nomine gentiles ſublimem Theologiam maxime inſigniebant) *veteri conſentiunt.* Et quidem Theurgiae conſenſum cum Chaldaeorum, Perſarum, Aegyptiorum, Graecorum ac Sabaeorum Theologia vel Philoſophia iam probauimus, quomodo vero cum aliarum gentium arcanis ſacris conueniat, aliis inueſtigandum relinquimus; Interim de Indorum, Scytharum, Aethiopum videri poſſunt PHILOSTRATVS in *vita Apollonii*, PORPHYRIVS, PALLADIVS, STRABO, IVSTINVS, CVRTIVS & alii qui res geſtas Alexandri Macedonis memoriae prodiderunt, de Syrorum, Phrygiorum, Phoenicumque IVLIANVS, SALLVSTIVS *Philoſophus*, IO. SELDENVS de *diis Syris*; De Celtarum Gallorumque, quorum ſacerdotes Druydae & Theologi Saronnydae dicebantur, DIODORVS *l.* VI. PLINIVS *l.* XVI. *c. vlt.* CAESAR *l.* VI. *comment. belli Gallici*, STRABO *l.* IV. POMPONIVS MELA *l.* III. de *ſitu orbis*, TACITVS *c. XL.* de *mor. German.* aliique. Quoad Cabbalam id affirmat AGRIPPA huius artis ſcientiſſimus de *vanitate ſcientiar. c. XLVII. Sic hanc, quam iactant Hebraei, Cabbalae artem, quam ego multo labore aliquando ſcrutatus ſum, nonniſi meram ſuperſtitionis rapſodiam ac Theurgiam quandam magicam agnoſco.* In genere vero eiusdem autores & promotores nominat IDEM in *epiſtol.* ad *Hermannum ab Wyda Elector. Colonienſ. Philoſophiae occultae l.* III. *p. 343.* praepoſita, dicit enim, quod de hac Theurgia, quam ibi diuinam & caeremonialem Magiam appellat, *iam tradiderint quicquam Iſiaci Aegyptiorum veteres ſacerdotes, ac Chaldaei Babyloniorum priſci vates, atque Cabbaliſtae Hebraeorum, di-*

teletas vocant, sibi conciliare student. **)

§. XV.

---

vini sapientes, tum Orphici, Pythagorici & Platonici Graecorum profundissimi, tum Indorum Brachmanes, Aethiopum Gymnosophistae ac nostrae religionis (mysticae scilicet) Theologi. Haec egregie ea confirmant, quae diximus circa illius originem & progressus. *Eius* quoque, inquiente AGRIPPA de *vanit. scient. c. XLVI. scholae sunt ars Notoria, ars Paulina, ars reuelationum & eiusmodi superstitionum perplura, quae eo ipso sunt perniciosora, quo apparent imperitis diuiniora*, de quibus fusius agere hic supersedeo; plura contra has Artes nec non Salomonicam, item Angelicam s. artem spirituum habet BAPTISTA SEGNIVS de *vero studio Christian. c.* VII, VIII, IX. RAPHAEL *de la* TORRE *2, 2. qu. 96. art. 16*, PIGNATELLVS *consult. nouiss.* LII. *p. 150.* & *cons.* CIX. *p. 453.* MARTINVS DELRIO *disquisit. magicar. l.* III. *c.* II. *qu.* IV. *Sect.* III. *p. m. 86.* & *Anonymus Libri* de *arte notoria* primum editi in *Agrippae Opp. T. I. p. 603*; Istas scientias mirificis encomiis proposuit IEAN BELOT *dans l'Oeuvre des Oeuvres où le plus parfaict des sciences Steganographiques, Paulines, Armedelles & Lullistes.* De illarum vero vsu & abusu pluribus egit MORHOF *T. I. Polyhist. l.* II. *c. V. p. 380. seqq.* & IO. PETR. GRVNENBERGIVS *diss.* de *arte Notoria, Lulliana & memoratiua*, vid. *Noua liter. maris Balthici 1705. p. 4.*

**) Theurgia graece Θεεργία i. e. τῶν θείων ἔργων τέχνη, vt ita explicatur ab ipso IAMBLICHO de *mysteriis Sect.* I. *c.* IX. *p. 18*, vel θεεργικὴ τέχνη *Sect. V. c.* XXIII. *p. 138.* i. e. ars sacrorum operum vel ipsa deifica operatio & sacrificandi facultas, quae ad Deos propitios & benignos, vt aiunt, pertinet. Dicitur & ab eodem *Sect.* II. *c. X. p. 53.* Θεαγωγία i. e. *ars Theologica* s. ars Numen in conspectum deducens vel ad operandum excitans; ανεγείρω verbum in sacris notum esse notat GALE ad *h. l.* apud NATZIANZ. VI. Θεαγωγία ipsam deorum s. superorum euocationem denotat; Θεαγωγοῦσι IAMBLICHO *Sect.* II. *c. X. p. 53.* & *Sect.* III. *c.* VI. *p. 66.* pro Theurgis veniunt, inde & ψυχαγωγία apud GREGORIVM NAZIANZ *orat.* II. *in Iulianum p. 91.* magicam artem qua animae

ab inferis educerentur significat, apud SVIDAM vero voce ψυχαγωγοὶ *p. m. 1086.* ipsam animarum euocationem, conf. EZECHIEL. SPANHEMIVS ad *Iuliani imper. orat. 1. p. 21.* qui multas huius vocis significationes collegit. Theurgia quoque ἱερατικὰ μυσαγωγία a IAMBLICHO *Sect.* I. *c.* XI. *p. 20.* dicitur: ἱερατικὴ apud SVIDAM, voce *ead. p. 399.* ἱεροφάντες sacrorum antistes qui mysteriis & sacris caeremoniis praeest apud PHILONEM de *vita Mosis l.* II. *p. 660.* de *somniis p. 1108.* de *septenario & festis p. 1195.* IVLIANVM *Orat.* VIII. *p. 239.* EVNAPIVM in *Maximo p. 94.* &c. nam ἱερουργεῶ verbum in sacris proprium est, & occurrit apud HERODIANVM *l.* IV. PHILONEM de *vita Mosis l.* I. *p. 628.* & apud PLATONEM ἱερουργίας ἱερουργεῖσθαι nec non μυσαγωγία, μύησις initiatio, μυστης qui initiatur sacris vel initiatus est, Συμμυστης iisdem sacris initiatus, μυστήρια ipsa sacra nec communicanda nisi initiatis, ἱερομύστης sacrorum praefectus proprii sunt termini in huius artis operatione occurrentes, vt passim patet ex IAMBLICHO, PORPHYRIO, PLVTARCHO, IVLIANO &c. 4) Vocatur Θεοπτασία i. e. ars deorum videndorum vias & rationes docens: sic enim Manetho apud IOSEPHVM *contra Appionem I.* Amenophen & Orum Reges Aegyptios Θεοπτασίαις operam dedisse prodit: & Θεοπτης qui Deum cernit Θεοπτία diuina visio apud PROCLVM in *Polit. p. 359.* DIONYSIVM AREOP. aliosque saepius inuenitur 5) IVLIANVS *Orat.* VII. *ad Heraclium* Cynicum p. 223. nominat τὴν τελεστικὴν καὶ μυσαγωγὸν Φιλοσοφίαν, quod DIONYSIVS PETAVIVS vertit mysticam & in initiationibus positam Theologiam 6) PORPHYRIO, referente GALE ad *Iamblichum Sect.* III. *c.* VI. *p. 66.* dicitur πραγματικὴ Θεοσοφία. 7) PSELLVS in *Oraculis p. 102.* referente STANLEIO *hist. Philosoph. Orient. l.* I. *Sect.* II. *c.* XXVIII. eam vocat τελεστικην ἐπιστήμην disciplinam Telesticam, disciplinam rituum, opera pietatis; Sunt autem Chaldaeis ἔργα εὐσεβείας αἱ τῶν τελετῶν μεθοδοι rationes sacrorum faciendorum 8) appellatur quoque τελετουργία operatio initiationum Θεοποιητικὴ ars Deorum fabricatrix, Θέωσις deificatio, Θυηπολία operatio in sacris &c. quae tamen voces raro apud

ethnicos Theurgos vel Philoſophos inueniuntur, frequentius autem apud DIONYSIVM AREOPAG. in *libris de coeleſti hierarchia, diuinis nominibus, myſtica Theologia* paſſim. E contra μαχαγιςίαν μαγικὴν ἐπιςήμην, ἀληθινὴν μαγείαν, ἱερατικὴν ἀγωγὴν, quae nihil aliud ſunt quam Theurgiae ſynonyma apud gentiles Theurgos me legiſſe memini. Theurgia ſ. Theogogia &c. ſumitur vel pro habitu intellectus, vel pro iſtius exercitio ſ. operatione; Poſteriori ſenſu venit apud IAMBLICHVM de *Myſteriis Sect.* II. *c.* XI. *p. 56.* interprete GALE. *Non enim cognitio coniungit cum Diis cultores deorum* (Theurgos) *alioquin Philoſophi diuina ſpectantes ſemper deificam vnionem reportarent, atqui reuera ita ſe res non habet. Nam vnio illa deifica non acquiritur niſi per caeremoniarum ineffabilium obſeruantiam per operationes rite factas, diis dignas* (Theurgicas) *omnemque intellectum ſuperantes, perque vim inexplicabilium ſymbolorum Diis ſolis intellectorum. Quare neque conficimus ſacra per intellectum; Aliter operatio iſta penderet ab intellectu noſtro, atque a nobis proficiſceretur; quorum neutrum verum eſt* &c. Conf. GALE ad *h. l. p. 213.* Animae vnionem cum diis acquiri per philoſophiam ſ. Theurgiae ſcientiam voluit Porphyrius, Plotinus reliquique proprie dicti Philoſophi: per Theurgiam ſ. eius operationem externam Iamblichus, Syrianus, Proclus & ἱερατικοὶ omnes. Plato vtramque videtur voluiſſe coniungere, vbi de Philoſopho Bacho agit. Tetigit hanc quaeſtionem PSELLVS ad *Nazianzeni* orationem, OLYMPIODORVS ad *Phaedonem*; vide etiam quae BESSARION diſputat aduerſus calumniatorem Platonis ex PROCLO *l.* III. *c.* IV. PROCLVS, *Non per ſcientiam aut operationem vllam ingenii exquirere ſummum bonum, aut ad ipſum adſpirare debemus; ſed offerre commendareque nos diuinae luci, & praecluſis ſenſibus, in illa incognita & occulta entium vnitate quieſcere. Hoc enim fidei genus omni doctrina antiquius eſt.* Conf. GALE ad *Iamblich. Sect. III. c. XXXI. p. 252.* Nobis Theurgia hic venit pro ſcientia eliciendi ſpiritus; Eam ex mente PORPHYRII AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l. X. c. IX. p. m. 298.* dicit *artem Angelorum deorumque conciliatricem*; Et illam ex doctrina Porphyrii, Iamblichi, Procli &c. deſcribit

BE-

BENED. PERERIVS *l. 1. de Magia c. IX. p. 73. Alteram vocant Theurgiam, nempe bonam & laudabilem, quae certis quibusdam hostiis & sacrificiis, munditia quadam animae & corporis, aliisque sacris caeremoniis bonos ac beneficos daemones inuocant, quorum afflatu & auxilio, & occulta manifestant, & futura praenuntiant, & mira edunt opera*; Breuius MICH. MORGVES dans le *Plan Theologique du Pythagorisme lettr. IX.* quod sit *l' art d' évoqver les dieux & les démons*, vid. NOUVELLES *de la Republique des lettres 1714. Tom. IV. p. 308, le Iournal des savans 1713. T. LIII. p. 639.* & IO. CLERICI *Bibliotheque Choisie 1713. T. XVII. p. 424. Denn diese VVeisen*, inquiente MELCH. GOLDASTO *im rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen-Güther §. VII. p. 20. haben mit den Teuffeln und bösen Geistern, ihrem Angeben nach, wissentlich keine Gemeinschafft gehabt, sondern allein mit den guten Geistern bonis ac beneficis daemonibus, so sie deos, das ist Götter genennet, die haben sie mit gewissen Opffern und Ceremonien angeruffen, und durch derselben Eingebung, Assistenz und Hülffe viel heimliche Sachen offenbahret, zukünfftige Dinge verkündiget, und grosse VVunderthaten verrichtet, dahero sie auch von den Griechen Theurgi und Thaumaturgi geheissen worden.* Longe differt a Theurgia Thaumaturgia; quae nihil aliud est, quam Magia artificialis, de qua vid. DELRIO *disquis. magic. l. I. c. IV. p. 27.*) Theurgiae quidem nomen temporibus demum Iamblichi, Porphyrii &c. inuentum esse videtur, illam tamen re ipsa iam antiquissimis Chaldaeis, Aegyptiis, Graecis &c. sub nomine *Magiae, disciplinae telesticae* &c. innotuisse praecedentibus satis demonstratum. Et PSELLVS in *libro* de *daemonibus* interprete MARSILIO FICINO scribit: *Magia vero facultas quaedam Graecis visa est potestatis plurimae compos. Tradunt enim hanc esse extremam sacerdotii portionem.* Graecos hic non Graeciae accolas, non ea lingua vtentes populos tantum accipi, sed in genere gentiles latius probauit IO. FILESACVS de *Idololatr. magic. §. V. f. 40.* Sic & apud IVLIANVM *epist. IV. ep. XL. Opp. p. 417.* & passim *Graecus* pro quouis gentili, & quidem constanti ac religioso accipiendus est. Idem de Hellenismo dicendum, quod

iam *not. praeced.* notatum fuit, hinc & intelligi potest LIBANIVS, quando ante omnia monuit mystagogos initiandos vt manus puras animumque sibi seruarent parum, *καὶ τὴν φωνὴν ἕλληνας εἶ*), & vt sermone Graecos se praestarent, quod accuratissimo rerum perverstigatori CASAVBONO in *Exercit. XVI. aduersus Baronium p. 484.* maxime ridiculum videtur, quasi ad religionem faceret, graeca potius, quam alia lingua loqui. Theurgiae causa & origo ex Magia naturali & cultu spirituum, sine dubio antiquioribus illa, deducenda; Cum enim veteres Chaldaei (vt docet MAIMONIDES *Mor. Neb. l. III. c. XXXVII.*) rerum naturalium & coelestium vires scrutarentur, ac mutua earum applicatione symphatias animaduerterent, variosque ederent effectus, credebant ob similitudinem hominem cum spiritibus s. diis, quos colebant. (Sic PLATO *Alcib. I. p. m. 36.* testatur Magiam Zoroastris fuisse cultum deorum) coniungi posse: hinc vtriusque scientiis mixtis Theurgia s. ars cuius operatione interuenientibus certis ritibus rebusque naturalibus deos vel daemones in hominum colloquium veniant, orta est. Meam sententiam confirmat PROCLVS in *libello* de *Magia & sacrificiis*, *Sacerdotes antiqui, cum considerarent in rebus naturalibus cognationem quandam, compassionem s. sympathiam aliorum ad alia, & manifestorum ad vires occultas, & omnia in omnibus inuenirent,* SACRAM *eorum* SCIENTIAM *condiderunt: agnouerunt enim & in infimis suprema, & in supremis infima: in coelo quidem terrena secundum causam, modoque coelesti; in terra vero coelestia, sed modo terreno.* Et idem: *Veteres contemplati* (superiorum cum inferioribus conuenientiam) *diuinas virtutes in locum inferiorem, ob quandam similitudinem, deduxerint. Miscebant autem plura inuicem, quia videbant simplicia & habere sufficientem proprietatem ad* NVMINIS ADVOCATIONEM &c. *Quam ob rem ab iis atque similibus recipientes primum potentias daemonum cognouerunt videlicet eas esse proximas rebus actionibusque naturalibus, atque per haec naturalia, quibus propinquant in praesentiam conuocarunt. Deinde a daemonibus ad ipsas deorum vires actionesque processerunt, partim quidem docentibus daemonibus addiscentes, partim vero indu-*

dustria propria interpretantes conuenientia symbola in propriam deorum intelligentiam ascendentes ac denique posthabitis naturalibus rebus actionibusque, ac magna ex parte in deorum se consortium receperunt. Eandem vero Theurgiae originem fuisse apud Aegyptios confitetur MERCVRIVS in *Asclepio*; sic enim AVGVSTINVS de *Ciuit. dei l. VIII. c. XXIII. p. 259.* ex illo refert: *Ille autem Aegyptius* (Hermes Trismegistus) *alios deos dicit esse a summo Deo factas, alios ab hominibus. Hoc qui audit, sicut a me positum est, putat dici de simulachris: quia opera sunt manuum hominum. At ille visibilia & contrectabilia velut corpora deorum esse asserit. Inesse autem his quosdam spiritus inuitatos, qui valeant aliquid, s. ad nocendum, s. ad desideria eorum nonnulla complenda, a quibus eis diuini honores & cultus obsequia deferuntur. Hos ergo spiritus inuisibiles per* ARTEM *quandam visibilibus rebus corporalis materiae copulare, vt sint quasi animata corpora illis spiritibus dicata, & subdita simulacra: hoc esse dicit deos facere, eamque magnam & mirabilem deos faciendi potestatem accepisse homines. Huius Aegyptii verba sicut in nostram linguam* (ab Apuleio scil.) *interpretata sunt, ponamus.* Et idem *c. XXIV. p. 261.* inducit Hermetem ita loquentem: *Quoniam ergo proaui nostri multum errabant circa deorum rationem increduli, & non animaduertentes ad cultum religionemque diuinam, inuenerunt* ARTEM, *qua efficerent deos. Cui inuentae adiunxerunt virtutem de mundi natura conuenientem eamque miscentes, quoniam animas facere non potuerunt, euocantes animas daemonum vel angelorum, eas indiderunt imaginibus sanctis diuinisque mysteriis, per quas idolola & benefaciendi & male, vires habere potuissent.* Et MARSILIVS FICINVS *argument. in Apologiam Plat. Opp. p. m. 467.* expresse hoc confirmat dicens: *Unde Aegyptii naturam quoque magnam appellauerunt, vim ipsam magicam in attractu quodam similem per similia, vel conuenientiam saltem per conuenientia collocantes* &c. *Si Trismegistum consulueris, disces ex propriis mundi materiis certo cuidam daemoni congruentibus compositam rite statuam confestim per daemonem congruum animari, vel per daemonem, inquit, vel per angelum. Intellige vel per impuriorem vel per puriorem spiritum*

ritum afflari solere. *Audies quoque Mercurium hunc veteres plerosque damnantem, quod diffidentes vel esse numina super coelum, vel terrenorum vota ad coelestia superioraque peruenire, fabricauere statuas habitacula daemonum, quos quasi familiares colerent deos. Putabat sane, quamuis interdum in delubra daemones salutares aduocarentur, saepe tamen descendere noxios.* Qua de causa Aegyptii a Chaldaeis in eo discedebant, quod ope Theurgiae initio spiritus non in conspectum euocarent, sed saltem idolis ad certas coelorum positiones insinuarent & includi statuis crederent, licet deinde Chaldaeos quoque secuti sint. Conf. IAMBLICHVS de *Mysteriis Aegypt. Sect. III. c. XXVIII. seqq.* qui ipse hanc artem spiritus statuis conciliatricem fuse refutat: hinc minus recte Iamblicho aliisque illorum temporum Platonicis talem deificandi modum tribuit MICHEL MORGVES dans le *Plan Theologique du Pythagorisme* dicens: *c'étoit le secret merveilleux que les derniers Platoniciens se flatoient d'avoir, de deifier les idoles infalliblement, & pour ainsi dire mechaniquement & physiquement; c'étoit le grand art d'en faire des dieux*, vid. *Iourn. des Savans 1713. T. LIII. p. 654.* Rationem, cur scientia Theurgica tot occultis fabularum mysteriis inuoluta sit, exponit IVLIANVS *Orat.* VII. *ad Heraclium Cynicum p. m. 216.* interpr. DIONYS. PETAVIO: *Ex istis vero partibus, neque Logicae fabularum scriptio conuenit; neque Physicae; neque Mathematicae; sed vni, si forte, practicae Philosophiae generi, quod circa singularem hominem versatur: tum ei* THEOLOGIAE *parti, quae circa* INITIATIONES *ac* MYSTERIA *consistit. Etenim natura gaudet abscondi, & arcanam deorum naturam impuras in aures abiici nuda oratione non patitur. Quam autem characterem natura secretior vtilitatem solet afferre; vt cum non solum animis, sed etiam corporibus medetur, ac* DEORVM PROCVRAT ADVENTVS; *illam ipsam fabularum interuentu affici saepius arbitror, quando in aures vulgi, quae diuinas res nudas ac sinceras non capiunt, eaedem per aenigmatum inuolucra cum artificiosis fabulis infunduntur;* adde *Orat. V. p. 170.* Tanquam diuinam omnemque rationem transgredientem praedicat MAIMONIDES *Mor. Neb. l. III. c. XXXVII. Patebit quod Magia fuerit opus Chaldaeorum,*

§. XV.

Poſt ſummum Deum *) tres intelligibiles ſpecies, nempe X Deos,

rum, *frequentior tamen inter Aegyptios. Opera iſta talia ſunt, quae neque ratio capeſſere poſſit, neque intellectus credere.* Differentiam Theurgiae & Demiurgiae docet GALE ad *iamblichum Sect. I. c. XXI. p. 204. idem eſt ordo in Theurgia, qui eſt in Demiurgia, ſed Theurgia deficit in repraeſentandi adaequatione; omnia quippe lanquidiora ſunt & imperfectiora.*

*) CLEMENS ALEXANDR. *Stromat. l. V. p. m. 697. ſeqq.* IVSTINVS MARTYR *orat. parenet. ad gentes p. 14. ſeqq.* LACTANTIVS *de ira dei c. XI.* EVSEBIVS de *praeparat. euang. l. IX. c. VIII. p. m. 523. ſeqq.* AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. X. c. III. p. m. 292.* FILESACVS de *idololatria magic. §. VI. fol. 50.* BOISSARDVS de *diuinat. & magic. praeſtig. p. 145.* PIGNATELLVS *conſ. XXIX. p. 46.* ESCHENBACH in *Epigene de Poeſi Orphic.* MICH. MORGVES *Plan Theologique du Pythagoriume T. I. lettr. 1. & 11.* & alii exiſtimant, *Zoroaſtrem, Trismegiſtum, Orpheum, Pythagoram, Platonem*, nonnullosque iuniores Platonicos verum Deum agnouiſſe, beneque de eo ſenſiſſe; Verum accuratiori inſpectione habita deprehendemus quod magis ore unum Deum profeſſi ſint, quam quod talem eſſe re vera crediderint; Ne enim dicam quod plures alios inferiores vel intermedios ſpiritus coluerint, illisque ſacra fecerint, vt ex *not. ſequ.* patebit, & ipſe AVGVSTINVS *l. VIII. c. XII. p. 248.* hoc de nonnullis confitetur: *Ex quibus* (Platonicis) *ſunt valde nobilitati Graeci, Plotinus, Iamblichus, Porphyrius: in vtraque autem lingua, i. e. & graeca & latina, Apuleius Afer extitit Platonicus nobilis, ſed hi omnes & caeteri eiusmodi & ipſe Plato diis plurimis eſſe ſacra facienda putauerunt:* ac eo ipſo cum multis aliis diis cultum diuinum tribuerent, unitatem a ſummo Deo remouerint; Sed & ipſum ſummum Deum in varia principia, eſſentia ac ſubſtantia ſeparata, dilacerarunt, quod facile demonſtrare poſſumus; Sic enim *Zoroaſtrem* Perſarumque *Magos* duo principia ſumma, Horomazen ſcilicet tanquam bonum, & Arimanium tanquam malum adoraſſe iam

§. II. ex PLVTARCHO de *Iside & Osiride* probatum; addiderunt quoque horum medium, quod Mithram s. mediatorem vocabant, de quo GER. IO. VOSSIVS de *origin. idololatr. l. II. c. IX.* & THOM. HYDE *religion. Persar. c. IV.* quo etiam spectat illud effatum in *oraculis Zoroastr. vers.* 5. *Toto enim mundo lucet Trinitas, cuius vnitas initium est;* nisi plane interpolatum habendum sit. Trismegistum praeter vnum Deum alium ab illo ab aeterno procedentem, & consistentem, opificemque omnium rerum statuisse docet IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. VIII. c. 11. p. 128. ante eas res quae vere sunt, & ante principia vniuersalium est Deus vnus, prior etiam primo deo & rege (sole) est ille immmobilis, in solitudine suae vnitatis permanens, neque enim intellectuale ei miscetur, neque aliquid aliud; estque exemplar ipsius, qui est sui pater, & de se genitus & vnipater Deus, & vere bonus. Ab hoc autem vno, Deus* (Demiurgus) *per se sufficiens se ipse explicuit; proinde est sui pater & sibi sufficiens. Est enim hic & principium, & Deus deorum, vnitas ex vno superessentialis, & essentiae principium: nam ab eo fluit entitas & essentia, & propterea pater essentiae vocatur: ipse quoque ante intelligibile, principium est, quare neotarcha dicitur. Haec igitur sunt principia omnium antiquissima, quae Mercurius supra Deos aethereos & empyreos & coelestes constituit.* Plato existimauit non primum per se principium creasse res conditas, sed quod secundo post eum constitutum est, ita *Numenius* apud EVSEBIVM de *praepar. l. XI. c. XVIII. p. m. 539.* Platoni haec verba tribuit. *Quam vos mentem homines coniicitis, ea quidem non est: antiquior altera quaedam est atque diuinior.* IVSTINVS MARTYR *orat. paraenet. ad gentes p. m. 19. Hoc autem necessario animaduertendum arbitror, Platonem eum non* ποιητὴν, *id est, effectorem, sed* δημιουργὸν, *id est, artificem siue opificem deorum nominare, cum inter haec magna sit distinctio ipsius Platonis sententia. Nam* ποιητὴς, *id est, effector cum rem aliam nullam requirat, vi arbitratuque suo id quod fit, facit:* δημιουργὸς *autem, id est opifex artificii vi a materia sumta, id quod fit, id, est opus construit.* add. IOACH. PERIONIVM in *obseruat. ad h. l. p. m. 59.* LACTANTIVS, Arnobii discipulus *l. II.* de *Origen. error. c. XV. Hic est Demiurgus Platonis. Saturnilus* apud

pud EPIPHANIVM *haeres XXIII.* vocat τῶν ὅλων vnum patrem ignotum, qui principatus, virtutes & poteſtates creauit: De Deo Platonis conf. ALCINOVM *c. X. introd. Platon. doctri.* MAXIMVM TYRIVM *diſſ. I.* quam προτέλεια & ſacrum ad myſteria Platonica initium dicit DANIEL HEINSIVS in *not. p. 15.* De his quoque principiis latius agit PLOTINVS *l. V. Enn. V. c. III.* Duo etiam principia agnoſcit PORPHYRIVS in *libr.* de *regreſſu animae*, πατέρα ſcilicet & πατρικὸν νοῦν. Item IAMBLICHVS de *myſteriis ſect. IX. c. VI. p. 177.* ibi ſecundum principium appellat demiurgum & aeternum λόγον. Vnum quidem Deum nominat IVLIANVS paſſim in eius *Operibus*, ſed *orat. VII. p. m. 218.* praeter hunc alium ab illo ab aeterno procedentem eique ſimillimum ſtatuit, quemque aliorum Deorum νοερῶν ſ. intelligentium dominum & mundi ab aeterno δημιουργῶν ſ. opificem appellat; & *idem* apud CYRILLVM *l. IV. p. m. 115.* ait *Noſtri enim, Opificem aiunt omnium communem eſſe parentem ac Regem, reliquas vero gentes ab illo diſtributas ac urbium curatoribus Diis, quorum vnusquisque fines ſuas adminiſtrat, vt ipſi congruit.* Quatenus eadem reliqui Platonici ſenſerint fuſe probat GALE ad *Iamblich. h. l. p. 297.* communiter quidem volunt Platonem tria ſumma principia ſtatuiſſe, quae eius interpretes vulgo *Deum, mentem & animam* nuncupant, vt inprimis videre eſt apud MARSILIVM FICINVM in *comment. in conuiuium orat. II. c. IV. p. m. 377. compend* in *Timaeum c. IX. p. m. 677.* & *argument.* in *epiſtol. II. p. 927. epiſt. VI. p. 930.* ſine dubio maxime innitentes PLATONIS *epiſtola II.* ad *Dionyſium p. m. 935.* ibi: *circa omnium regem cuncta ſunt: ipſius gratia omnia: ipſe pulchrorum omnium cauſa: circa ſecundum ſecunda: tertia circa tertium*; Verum cum Plato paſſim animam creatam mundoque alligatam eſſe aſſerat, minime ea inter ſumma & per ſe conſiſtentia principia referri poteſt; Sic enim PLATO in *Timaeo* vel de *natura p. m. 710. cum haec igitur Deus ille qui ſemper eſt, de futuro deo aliquando cogitaret, lenem eum effecit aequalemque, & a medio ad ſummum vndique parem, corpusque ex corporibus totis & perfectis totum atque perfectum: animam autem in eius medio collocauit, perque totum tetendit, atque ea corpus ipſum etiam extrinſecus circum*

Deos, Daemones, Heroas gentiles Theurgi statuebant: **) In-

cum texit, mundumque hunc vnum & solum solitariumque & circularem volui in circulum statuit, qui propter virtutem secum ipse facile coercere possit, nullius alterius indigens, satisque sibi notus atque amicus. Itaque omnibus his de causis mundum opifex eius beatum deum effecit: sed animam haud ita vt modo dicere coepimus, tum denique cum corpus ei effecisset, procreavit. Adde ALCINOVM *introduct. doctr. Platon. c. XIV.* qui vero hac in re recedere videtur a Platone dicens: *anima praeterea mundi, quae semper fuit, non efficitur a Deo, sed ornatur tantum, eaque ratione illam facere nonnunquam asseritur.* Multo igitur minus MARSILIO FICINO *c. l.* aliisque adstipulari possumus, qui his tribus substantiis, sibi inuicem subordinatis, diuinam trinitatem conciliare student vnam trium essentiam ponentes. Quod & disertis verbis affirmare non dubitauit CLEMENS ALEXANDR *stromat. l. V. p. m. 598. Non aliter ego intelligo quam sanctam significare trinitatem. Nam tertium quidem esse sanctum spiritum; Filium autem secundum per quem facta sunt omnia ex voluntate Patris.* Sicut autem hoc modo mysterium trinitatis longe clarius a Platone sit enunciatum, quam vnquam per Prophetas in V. T. ita eam sententiam salua autoritate S. Scripturae amplecti non possumus. Trinitatem quidem in Deo expresse statuit DIONYSIVS de *diuinis nominibus fol. m. 104.* Sed dum hoc diuinum mysterium explicare contendit, multa ex sententiis Chaldaeorum & Platonicorum miscens illud magis obscurat, vid. inprimis *c. l. f. 108.* & *115. seqq.* Nouiores etiam mysticos in Trismegisti vel Platonis sententiam de istis principiis inclinare patet ex I. W. IAEGERO in *examin. Theolog. nouae controuers. VII. p. 94.* & *controu. XI. p. 141.*

**) De hac diuisione spirituum EVSEBIVS *praepar. euangel. l. IV. c. V. p. m. 141.* dicens: *Qui Graecorum Theologiam ad amussim exegerunt, rem totam in quatuor genera partiti sunt. Quippe, inprimis enim principem Deum a vulgo segregantes, omnibus eum rebus praesidere, ante omnes esse, omniumque Deum, parentem ac Regem sese*

Inferiorum & quidem Daemonum officium in eo consistere putabant, vt tanquam interpretes & intermedii humana ad Deos, diuina ad homines perferrent, horum scilicet preces & sacrificia, illo-

agnoscere profitentur: secundam quem, alterum Deorum genus, tertium Daemonum, quartum denique Heroum assignant. Per τὴν Ελληνικὴν θεολογίαν illis temporibus non intelligi communem graecorum Theologiam, sed omnium gentilium in specie eorum qui Theurgiae s. Theologiae sublimi & mysticae incumbebant, saepius monitum; nec non IO. CLERICVS *Indic. Philolog.* ad *Stanley* voc. *Graeci* in eadem est sententia: *At haec*, inquit, *non fuit vulgaris graecorum Theologia, atque adeo Poetarum, sed aliquot tantum Philosophorum; nempe Pythagoreorum & Platonicorum, qui eam ex oriente in Graeciam attulisse censebantur*, vid. *init. versuum aureorum* & ad id HIEROCLEM; PROCLVS quoque *Theol. Platon. l. VI. c. II.* Barbaram Philosophiam s. Theologiam eandem ac graecanicam existimat, mutatis nominibus. In tot quoque classes Chaldaeos spiritus distribuisse affirmat STANLEY *histor. Philos. P. XIII. Chald. Sect. II. c. VIII. seqq.* & in primis *c. XXXIII.* nisi quod deos in varios ordines subdistinguerent: *intelligibiles: intellectuales & intelligibiles: intellectuales; Fontes; Principia; Deos certae Zonae; alios nulli astrictos; Angelos* & *daemonas*; add. GALE ad *iamblichum Sect. I. c. IV. p. 188.* & *206.* idem de Pythagora refert IAMBLICHVS in eius *vita c. VI.* nisi quod daemonas heroibus postponat, vid. STANLEII *hist. philos. P. VIII. doctrinae Pythag. P. III. Sect. III. c. II. p. 764.* Confirmat hoc *aureum Pythagoraeorum carmen in init.*

Primum immortales Diuos pro lege colunto:
Et iusiurandum: Heroas, clarum genus, inde
Daemones hinc terris mixti sua iura ferunto.

Conf. HIEROCLEM ad *h. l.* Platonem quoque tres ordines statuisse autor est LAERTIVS *VIII. 28.* quodque patet ex illius praecepto de *Legibus IV. p. m. 796.* quo deos daemonibus, Heroes hominibus praeferendos cultu esse docet: nisi quod deos in coelestes & terrestres subdistinguat: *Principio*, inquit, *post coe-*

illorum ad hos leges & sacra instituta: Deos enim hominibus non misceri, sed per daemonum commercium omne inter deos homines-

---

lestium, ciuitatique praesidentium honores, si quis terrestribus diis paria, secunda, praecipua munera tribuat, rectissime signum ipsum pietatis attinget. Quae vero horum supra positorum imparia, & alterna voce respondentia supradictis, post deos istos daemonibus vir mentis compos sacrificabit, heroibusque post daemones, add. MARS. FICINVM in *argum.* hui. *dialog. p.789.* & in *argum. dialog.* de *legibus VIII. p. 845.* Ceterum PLATO in *apologia Socratis p. m. 473. 474.* de *Legibus VII. p. m. 834.* ac passim mentionem facit de deorum filiis, iisque cultum statuit, quem MARSILIVS FICINVS *argum.* de *Legibus VII. p. 828.* ita conciliat explicatque: *Ubi duos tantum commemorat, id est deos deorumque filios, daemones & heroes intelligit filios. Ubi vero connumerat deos, & deorum filios & daemones, intelligit deos, numina super sphaeras, filios, numina in sphaeris, daemones numina infra sphaeras.* add. *argum.* in *XII.* de *Legibus p. m. 900.* Platonem reliqui Theurgi eodem modo secuti sunt, nisi quod quartam classem animarum scilicet particularium adderent, vt patet ex PORPHYRIO *l.* II. *de abst.* IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. I. c. XXX. p. 34.* IVLIANO *orat. IV. in Solem Opp. p. 145.* & aliis de quibus conf. MICH. MORGVES *Plan Theologique du Pythagorisme lettr. VII. Ils partagoient les dieux inuisibiles en quatre classes: Les genies qui occupent les regions superiores de l' air, & qu' ils appelloient dieux par excellence; les demons; les heros ou demi-dieux, enfin les ames pures & philosophiques*, vid. les *Nouuelles de la republique des lettres 1714. p. 304.* ac licet nonnulli eorum plures ordines constituerent, vt videre est apud BOISSARDVM de *diuinat.* libro de *Magia c.* II. *p. 31. seqq.* non tamen illis enumeratis erant contrarii, sed saltem subdistincti: Quomodo dii differant a daemonibus latius tractat IAMBLICHVS de *myster. Sect. I. c. XXX.* & in *fin. p. 36.* dicit: *Summa est, dii principes sunt & ordinant res omnes praesidendo, daemones ministri sunt & promtissime capessant Deorum imperia, liberrimum praestantes obsequium, ad ea quae dii vel cogitent, vel velint vel iube-*

minesque confici colloquium: per eorum medium cuncta vaticinia,

ant. Er EVSEBIS de *praeparation. euangel. l. XV. c. XLIII. p. m. 845. Thales, Pythagoras, Plato & Stoici, daemones animorum similes naturas; Heroes autem, animos etiam ipsos a corporibus seiunctos esse; bonos quidem, si boni animi fuerint, si mali, malos.* Daemonum vero, Heroum & animarum differentias a naturis, viribus & operationibus desumtas fuse tradit IAMBLICHVS *Sect. II. c. 1 p. 39. seqq.* Ex quo MICH. MORGVES sua videtur traduxisse, qui *lettr. IX* ex mente Theurgorum refert: *Les dieux peuvent avoir commerce avec les hommes par le moyen des Genies, rangez par étages depuis le ciel jusqv' à la terre; quoique libres, leur bonté seule les porte à agir en notre faveur; Ils vont par tout où il leur convient d' aller, & il leur convient d' aller par tout, où ils sont appellez par les Teletes, où les saintes cérémonies. D' ailleurs, le Theurge dument purifié, vaquant toujours aux priéres, se rend semblable aux dieux; il devient lui meme une espéce de dieu, & il acquiert du pouvoir auprès des autres Divinitez. Son Gardien ordinaire, qv' il avoit d' abord, peut ceder la direction de cette ame au dessus du commun, à un Génie d' un ordre supérieur, & même à qvelque Dieu, qui la concilie aux autres Dieux, de maniére qv' elle parvient quelque fois à n' être unie qv' au seul verbe éternel, entierément degagée de la matiére,* vid. *les nouvelles de la Republ. des lettres c. l.* Cum hac diuisione intelligentiarum conincidit distinctio DIONYSII in tres scilicet hierachias, quarum quamlibet in tres ordines subdiuidit: & quidem in superiori hierachia ponit *Seraphin, Cherubin* & *Thronos*; *in media hierachia dominationes, virtutes* & *potestates*; in inferiore ponit *principatus, archangelos* & *angelos*; de quorum singulorum natura, officio & inter se differentia *c. VI. VII. VIII. IX.* de *coelesti hierachia* pluribus agit, eademque fere tradit, quae Theurgi gentiles habent, nisi quod saepe loca S. Scripturae alleget, eaque ad suam sententiam accommodare studeat; quomodo reliquorum mysticorum vel hodier-norum Theurgorum nec non Cabbalistarum diuisio spirituum hic conueniat *c. sequ.* demonstrabitur.

cinia, sacrificia, teletas, incantationes magicasque artes procedere. ***)

§. XVI.

***) Hanc doctrinam de daemonibus fuisse Chaldaeorum patet ex *oracul. vers. 295. Natura suadet esse daemonas puros, & malae materiae germina vtilia & bona*, conf. STANLEIVS *P. XIII. Philos. Chald. Sect. I. c. IX. p. 1127. & c. XVI. p. 1132.* Nec non Pythagorae, vt constat ex LAERTIO *l. VIII. Sect.* XXXII. *p.* 514. STANLEIVS P. VIII. *doctr. Pythagor.* P. III. *Sect.* III. *c.* IV. *p.* 765. Eandem quoque sententiam fuisse Platonis testatur APVLEIVS de *deo Socratis. Opp. p. m. 82. coeterum sunt quaedam diuinae mediae potestatis, inter summum aetera & infimas terras, in isto intersitae animae spatio, per quas & desideria nostra & merita ad eos commeant. Hos graeco nomine daemonas nuncupant, inter mortales coelicolasque vectores, hinc precum, inde donorum: Per hos eosdem, vt Plato in Symposio autumat, cuncta denuntiata & Magorum varia miracula, omnesque praesagiorum species reguntur.* idem docet MAXIMVS TYRIVS *dissert.* XXVI. *p. m. 269. Ergo immortales quasdam habet potentias* (Deus) *quas secundos immortales vocant, in medio terrae coeliqne constitutas. Hi minus potentes sunt quam Dii, magis quam homines, Deorum ministri, hominum praesides, Diis proximi, hominum curatores diligentissimi &c. Hi sunt qui mortalibus sese offerunt, mortales affantur: qui media in natura hominum versantur, abundeque quicquid humanum desiderat genus, solent praestare. Magnus eorum est numerus: Horum alii morbus medentur, alii in rebus ambiguis consilium dant, alii occulta nunciant, alii in exercendis auxilio sunt artibus: alii itinerum sunt comites. Rursus alii vrbani, alii rustici: sunt marini, alii sunt terestres. Alius rursus aliud corpus inhabitat. Hic Socratem, ille Platonem, ille Pythagoram, Xenonem ille, ille Diogenem. Hic terribilis, ille hominum amantissimus, hic ciuilis, ille militaris. Quot denique hominum sunt ingenia tot & daemonum sunt genera*; add. DAN. HEINSIVS in *not. ad h. l. p. 112.* Et ALCINOVS *introd. in Platon. doctr. c. XV. sunt & alii daemones, quos intelligentes deos nuncupare possis, in elementis singulis, partim quidem visibiles, partim*

autem visus aciem fugientes &c. *a quibus sortes, visus nocturni, somnia atque oracula, quicquid denique ad diuinationem referunt homines, arte tractatur*. Platonis quoque sententiam bene explicat FONTENELLE *dans l'histoire des oracles diss.* I. *p. m.* 25. *Platon veut que les démons soient d'une nature moyenne entre celle des dieux & celle des hommes; que ce soit des Genies aeriens destinez a faire tout le commerce des dieux & demons, que quoiqv'ils soient proches de nous, nous ne les puissions voir; qv'ils penetrent dans toutes les pensées, qv'ils ayent de l'amour pour les bons, & de la haine pour les méchans & que ce soit en leur honneur qv'on étably tant de sortes de sacrifices & tant de ceremonies differentes.* Hoc & confirmat MICH. MORGVES *Plan Theologique du Pythagorisme lettr.* VII. Optime hoc comprobat ipse PLATO in *conuiuio* s. de *amor. p. m.* 430. ubi Diotima, cum Socrati amorem esse medium quoddam diceret inter mortale & immortale, & Socrates quid hoc esset rogaret, illa respondet: Magnus o Socrates daemon. *Etenim omnis natura daemonum inter mortales, deosue est media.* Socrates nondum intelligens quaerit, quam vim & naturam habeat; Tum Diotima: *interpretatur*, inquit, *& traiicit humana ad deos, diuina ad homines: horum quidem preces, & sacrificia, illorum praecepta Sacrosque solemnes, institutiones, & ordinem in vtroque medio constituta totum complet, vt vniuersum secum ipso tali vinculo connectatur. Per hanc vaticinium omne procedit, sacerdotumque diligentia circa sacrificia expiationesque & incantationes, & diuinationem omnem, atque magicam. Deus quidem homini non miscetur, sed per id medium commercium omne atque colloquium inter deos hominesque conficitur, & vigilantibus nobis, & dormientibus*; Et in *Epinomide p. m.* 923. *Deinceps vero sub his daemones genus aereum in tertia mediaque regione, qui interpretationis causa sunt, collocatos, orationibus colere, gratia laudabilis intercessionis interpretationisque debemus*, ubi in *seqq.* eos varie diuidit; Et aethereos quidem aereosque inuisibiles esse hic ait; aqueos vero, quos nominat semideos, videri ait nonnunquam & vix, visu scilicet intimo potius quam externo; addit denique: *Cum igitur quinque haec animalia sint,*

quae aut somniis, aut vaticinio, audituque per vocem sanorum, aut aegrotantium auribus percepta, aut etiam in ipso e vita excessu nobis sese offerentia, nostros animos mouent, vnde multa multis sacra & priuatim & publice his opinionibus instituta sunt, instituenturque inposterum; add. MARSILIVM FICINVM in *comment.* in *conuiuium orat.* VI. *c.* III. *p.* 395. *argument.* in *Epinomid. p.* 916. & AVGVSTINVM de *ciuit. dei l.* VIII. *c.* XVI. *p. m.* 253. *seqq.* Omnes hic daemones Plato videtur bonos existimare, quos videlicet deceat coli, alibi vero nonnullos significat esse malos; Ac quamuis GOTTFR. OLEARIVS *diss.* de *Socrat. daemone* §. III. asserat, se nullibi inuenire potuisse, quod Plato daemones malos nominet, duo tamen sunt loca in eius operibus, quantum in eorum perlustratione obseruaui, quae id probant. Sic enim PLATO in *Phaedro p. m.* 447. ait: *Sunt alia quoque mala; sed horum plurimis in ipso statim principio daemon aliquis voluptatem immiscuit:* Ad hunc locum videtur respexisse EVSEBIVS *praepar. euang. l.* XIII. *c.* XV. *p. m.* 695. cum de Platone dicit: *Ab his diuersam daemonum turbam esse putat, quae improbitatem ac scelus admittere, atque in deterius mutari possit: ex quibus proinde boni quidam, improbi alii sint ac vocentur.* Alter locus est *l.* X. de *Legibus p. m.* 881. duas mundi animas esse affirmat *vnam beneficam, contrariam alteram,* sub hac principem malorum daemonum intellexisse Platonem asserit CLEMENS ALEXANDR. *stromat. l. V. p. m.* 593 hincque illius consensum cum S. Scriptura conciliare studet; Sed nobis e contra exinde concinne colligi posse videtur, Platonem duo principia bonum scil. & malum credidisse, licet MARSILIVS FICINVS in *argument.* in *h. l. p.* 874. hoc non tam de gemina substantia, quam de gemina potentia intelligere velit. Eos autem qui genus daemonum inter deos & homines constituerunt, quod modum excogitarint, quo humanum genus diuino iungatur, laudat PLVTARCHVS de *oracul. defect.* (*opp. p.* 414.) & apud EVSEBIVM de *praep. l. V. c.* IV. *p.* 184. dicens: *Qui daemonum genus deos inter atque homines medium posuerunt, eorumque vi societatem communionemque nostram vno quasi vinculo contineri & colligari volu-*

luerunt: siue Zoroastris Magi haec primum sententia fuerit, siue ex Thracia Orpheo duce siue ex Aegypto aut e Phrygia ad nos vsque permanurit. Et IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect. I. c. IX. p. 18. adde quod haec natura quae naturas diuinas a terra ablegat, tollit prorsus omnem religionem & theurgicam illam, quam cum diis homines habent societatem. &c.* Coeterum qui vniuersam Platonicorum vel Theurgorum de daemonibus doctrinam scire velit, adeat praeter hactenus citatos CHALCIDIVM in *Timaeum*, PORPHYRIVM de *abstinent. l. II. p. 276.* IAMBLICHVM de *mysteriis Sect. II. c. 1. p. 39.* PROCLVM in *Alcibiad. 1. fol. 43.* & *l. V.* in *Timaeum p. 308.* OLYMPIODORVM in *Phaedonem*, HIEROCLEM in *aur. carm. p. 40.* GAVLMINVM in *not.* ad *Psellum fol. 138. &c.* Sedulo etiam hac in re Platonissat PHILO IVDAEVS *libris* de *Gigantibus opp. p. m. 284.* de *plantatione Noe p. 216.* & de *somniis p. 586.* Tales spiritus intermedios inter naturas coelestes & humanas, qui deducant deriuentque vim luminis fluxus a primis, iterumque reducant atque eleuent harum opera & benefacta, sententia quoque est Cabbalistarum, vt habet autor *Pneumat. Cabbalist. c. V. p. 215.* & Platonicos hac in re furti arguit, sed quo iure alibi dictum; Multi quoque Theologi mystici sunt in eadem de angelis opinione; Sic enim DIONYSIVS de *coelesti hierarchia c. IV. fol. 13.* docet, angelos homines ad deum subuehere; quid agendum esset, admonere, atque sacra quaeuis instituta (teletas) seu coelestium sacramentorum occultas visiones, siue diuinas aliquas praedictiones docendo pandere. Et *c. IX. fol. 25* scribit: *angeli namque implendi peragunt munus omnesque coelestium spirituum ordines complent, extremo in loco inter eximias illas, immortalesque substantias, angelicam proprietatem consecuti. Atque ideo a nobis angeli rectius quam superiores appellantur, quod scilicet & ipsorum ordo magis circa euidentiora & apertiora versatur, ac mundana ferme negotia ab eis disponuntur.* Ac paulo post: *At vero principatuum archangelorum, angelorumque postremam distributionem, enuntiandi munus adeptam, humanis ordinibus ac functionibus sacris vicissim praeesse credendum est, vt illius ministerio, suo ordine feratur ad Deum, &*

§. XVI.

Teletae seu ritus ac caeremoniae *) quae in Theurgia adhibe-

---

conuertantur, sintque ipsius societate & coniunctione felices, dum diuinus processus eximia dignatio ne cunctis sacris ordinibus indulgetur, & socialiter ac diuino cum ornatu reuelatur; Verum falsitatem huius opinionis, quod daemones inter deos & homines internuncii ac beneficiorum interpretatores sint, bene demonstrauit. AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. VIII. c. XII.*

*) Vox τελετὴ aut τελεταὶ, cum de sacris sermo est, vt plurimum denotat *ritus*, seu *caeremonias*, quae ad initia & mysteria, nec non sacrificia spectant; Eam latine vsurpat APVLEIVS *l. XI. Metamorphos. Opp. p. m. 430. Indidem mihi praedicat, quae forent ad vsum teletae necessario praeparanda*; Et *p. 432. Dies etiam tertius pari caeremoniarum ritu celebratus, & ientaculum religiosum & teletae legitima consummatio*: Item *p. 437. Et cogor tertiam quoque teletam suscitare.* Teletas, inquit ATHENAEVS *sermon. conuiual. l. II. c. III. p. 10. etiamnum appellamus, festorum solenniorum celebritates cum arcanis & mysticis quibusdam ritibus traditas, ob illam quae fit impensam: est enim τὸ τελεῖν sumtum facere.* Et SVIDAS, docet *teletam esse sacrum maximum ac pretiosum, ex eo dictum, quod multa in teletis absumuntur, nam τελέειν dicunt Graeci τὸ δαπανᾶν.* Quod & vult LVDOV. COELIVS RHODIGINVS *lect. antiqu. l. XVI. p. m. 613.* Sed potius τελετάς *a τὸ τέλος*, quod significat *finem*, siue a τὸ τελεῖν *ad finem perducere*, dictas esse existimamus; Nam scopum horum sacrorum dicebant τέλος *finem*: Finem autem interpretabantur perductionem animae ad illum statum, in quo erat prius, quam descenderet in corpus. OLYMPIODORVS in *Platonis Phaedonem*: *Scopus τῶν τελετῶν est (τέλος) animas reducere ad illam perfectionem, a qua, tanquam principio, olim exciderunt.* Forsan & originatio huius nominis potest esse a τὸ τελευτᾶν h. e. *solui* seu *mori*; sicvt enim dicebant animam morientis veluti a vinculo corporis, cui illa praeter naturam iuncta sit & coerceatur, solui & mortem solutionem vocabant; ita & animam per teletas purgari &

hibebantur, consistebant praeprimis in animae purgatione, qua

---

a labe corporea solui censebant, quam *solutionem* mortem philosophicam appellabant; Hoc comprobat THEMISTIVS *libro* de *anima* apud STOBAEVM *sermon. c. XIX. p. m. 604. Mortis autem affectum subire, simile est initiationi in magnis aliquibus sacris. Quo circa, vt ipsa vocabula, sic etiam res inter se consimiles sunt. τελευτᾶν enim mori est: τελεταὶ sacra, τελεῖσθαι initiari.* Alii vocem teletae a *perficiendo* deriuant, quod, qui hisce sacris initiabantur, τέλειοι *perfecti* reddi credebantur; nec non per has teletas τελείωσις, *animae perfectio*, seu vnio cum deo sperabatur. Sic enim VOSSIVS de *idol. l. II. c. XIV.* ait: *Quid mide τελεταῖς siue initiis, cum his ex eo nomen sit datum, quod initium sint vitae melioris ac vitae huius finis & perfectio.* Pro ipsis *mysteriis* sumit eam CLEMENS ALEXANDR. *Protrept. p. 13.* & *Stromat l. V. p. m. 555. Nec ostenduntur τελεταὶ iis, qui temere & impudenter accedunt*; At interdum μυστήρια & τελεταὶ a se inuicem distinguuntur, quod & in libro *sapientiae* fit *XIV. 15.* Pro ipsa *initiatione* venit apud MAXIMVM TYRIVM *diss. XXIII. p. 236.* Et apud PHILONEM *libro* de *Cherubim. Opp p. m. 124.* significat *Sacerdotium*; Sic & nominantur *ludi* & *sacrificia* apud PLVTARCHVM in *Demet.*; Nec non *expiationes* & *lustrationes* apud PLATONEM *II.* de *Republ. opp. p. m. 549.* De huius nominis notatione conf. GV. BVDAEVS in *comment. lingu. graec.* LVDOVIC. VIVES ad *August. de ciuit. l. IV. c. XXXI. p. 141.* IAN. GVILIEL. LAVRENBERGVS *antiquar. voc. Teletae p. 456.* ISAAC. CASAVBONVS *exercit. XVI. p. 481.* IO. LOMEIERVS de *lustrat. gentil. c. I. p. 10.* & BVDDEVS *histor. eccles. p. II. S. II. §. 18.* Erant autem teletae vel huiusmodi sacra mystica apud gentes plura & diuersa. Matris Magnae s. Deum in Samothracia, & apud Cyzigenos, vt & apud Gallos; Hecates apud Aeginenses multisque in locis; Cereris & Proserpinae Eleusine in Attica; Athenis Bachi; Veneris in Cypro; Mythrae in Asia; Orphei in Boeotia; Isidis in Aegypto, & multis aliis in locis; atque in his erant aliae teletae s. ritus

eam ſeparari exiſtimabant a mortalitatis contagione atque aptam red-

---

Solis, aliae Lunae, aliae Deorum ſupra inuiſibilium; aliae Apollinis quatenus diuinator; aliae denique quatenus Medicus; In hoc poſita erat tota ſacerdotum cura & religio, vt ſui quisque dei probe teneret caerimonias & ritus, αγαλματων ἵδρυσεις, ὀργιασμὺς, τελετάς, καθαρσεις & ſimilia. PORPHYRIVS II. *de abſtinentia* §. XLIX. GALE ad *Iamblichum* de *Myſteriis Sect. V. C. XV. p. 271.* PROCLVS in *Politic. p. 370. Deorum religio continetur ſacratisſimis caeremoniis & myſticis ſymbolis, & mediante quadam ineffabili ſympathia promeretur per viſibilia ſigna a diis dotes.* De quibus multa ex PINDARO, HERODOTO, DIODORO, PLVTARCHO, APVLEIO, PAVSANIA, CLEMENTE ALEXANDR. TERTVLLIANO, ARNOBIO, EVSEBIO, ATHENAEO, AVGVSTINO, THEODORETO, ALEXANDRO AB ALEX. NATALE COMITE, ROSINO aliisque afferre poſſemus, niſi nimis longe ab inſtituto noſtro recederemus: Interim quaedam de *Eleuſiniis* vtpote inter Graecos celebrioribus ſacris quantum lucem iam dictis, & adhuc dicendis ſint allatura, dicemus. Haec ſacra Eleuſine oppido quodam in terra Attica celebrata dicebantur *Cerealia* ſ. *Cereris* deae, in cuius honorem magnis caerimoniis peragenda erant inſtituta; Eiusdem quoque Cereris initia, eodem fere ritu, quo Eleuſinia colenda poſtea introducta ſunt *Athenis*, *Megarae*, *Celenis*, *Aegilae*, *Merſeniae*, *Leprei*, *Phenei* aliisque in locis, de quibus fuſe PAVSANIAS *c. l.* vnde & CICERO VI. *in* Verrem. *c. 99. Opp. p. m. 343. Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione, quae Romae, qua ceteris in locis, qua prope in toto orbe terrarum.* Nec non *Demetria* appellabantur; Sic enim DIODORVS (*l.* I. *edit nou. p. 11. antiqu. p. 7.*) apud EVSEBIVM *praepar. l. III. c. III. p. 89: Terram ipſi quoque Graeci* Δήμητρα (*h. e. Cererem*) *nuncupare ſoleant, idque leui tantum aliqua prioris appellationis mutatione, cum eandem olim* γῆν μητέρα *Terram Matrem nominarent*; add. IO. LONICCERVS *enarrat.* in *Pindari Olymp. Od. VI. antiſtroph. col.* X. *p. m.* 135. & PINDAR. *Nem. Od. I. ſtroph. II. col.* X. *p. 526.* Sed

CICERO *l.* II. de *natur. deor. p. m.* 508. *Mater autem est a gerendis frugibus Ceres tanquam Geres, casuque prima littera itidem immutata, nam illis quoque* δημητὴς *quasi* γημήτης nominata est; Add. IVL. POLLVX *Onomast. l. 1. c. 1.* Vocabantur quoque *Thesmophoria*, i. e. legum latio; leges enim Ceres dicitur inuenisse. Sic SERVIVS ad *l.* IV. *Aeneid. fol. m.* 154. *Ceres leges dicitur inuenisse; nam & sacra ipsius Thesmophoria vocantur.* Et HERODOTVS in *Euterpe* seu *l.* II. *atque de Cereris solennitate, quam Graeci Thesmophoria nominant, mihi faustum felixque sit omen, vt quantum fas est per religionem proferam*; Nec non PLINIVS *l.* XXIV. *c.* IX. *Matronae in Thesmophoriis castitatem custodientes*; conf. IAC. PHIL. TOMASINVS de *donariis c.* XXVI. *p.* 193. *seqq.* Vt & *nocturna*, quod noctu, vt testatur LAERTIVS *p.* 234. peragerentur, & quanquam omnia sacrificia nocturna apud Romanos erant prohibita, Cereris tamen sacra permittebantur; CICERO *orat. pro L. Cornel. Balbo opp. p. m.* 591. *Sacra Cereris Iudices, summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt, quae cum essent assumta de Graecia, & per Graecos semper curata sunt sacerdotes, & Graeca omnia nominata*: modo fierent more solito, i. e. die non nocte; & ita verba illius fragmenti *LL. XII. tabul.* vel potius a CICERONE inuenti aut interpolati (vid. ANTON. AVGVSTINVS de *Legibus & SCtis p.* 157.) a IAC. GOTOFREDO *corpori iuris adiect. p. m.* 64. *nocturna mulierum sacrificia ne sunto, praeter olla* (illa) *quae pro populo rite fiant, neue quem initianto, nisi, ut assolet, Cereri, Graeco sacro*: intelligenda esse existimo, nisi mea me fallat coniectura. Audiamus enim M. T. CICERONIS & *Attici* hac de re disputationem, *l. II. de Legibus opp. T. II. p. m.* 598. *his verbis* M. *Quid ergo aget Iacbus* (i. e. Bachus a ἰακχέω *clamo*, dictus; illius sacra erant nocturna, vnde etiam Nyctileus nominatus, vid SABELL. *Ennead. V. c. VII.*) *Eumolpidaeque vestri* (huic familiae Athenis praecipuam curam Cereris & Proserpinae sacrorum fuisse, discimus ex PAVSANIA in *Attic. p. m.* 86. CLEMENTE *protr. p. m.* 13. & SVIDA voc. *Eumolpidae p. m.* 346) *augusta illa mysteria, siquidem sacra nocturna tollimus? non enim*

enim populo Rom. sed omnibus bonis firmisq; populis leges damus. ATT. *Excipis credo illa, quibus ipsi initiati sumus* M. *Ego vero excipiam* (Cereris scil. de cuius mysteriis multa honorifice seqq. affert) ATT *Tu vero illam Romae legem rogato nobis nostra non ademeris* M. *Ad nostra igitur reuertor: quibus profecto diligentissime sanciendum est, vt mulierum famam multorum oculis lux clara custodiat, initientur eo ritu Cereri, quo Romae, initiantur.* &c. Ac iam Diagondam Thebanum omnia nocturna sacra in media Graecia perpetua lege sustulisse, IDEM *c. l.* affirmat. Haec & alia apud CICERONEM *c. l,* si conferre velis illustrabunt multa apud CLEMENTEM *protrept. p. 13.* ARNOBIVM *l. V. aduersus gentes, &* EVSEBIVM *de praepar. l. II. p. 66.* in quibus alias PAVLVS LEOPARDVS, FRIDER. SYLBVRGIVS, DANIEL HEINSIVS aliique eorum interpretes & commentatores ad *h. l.* valde desudant. Sed posterioribus temporibus tam nocturna quam diurna apud Romanos obtinuisse, testis est MACROBIVS *l. I. Saturnal. c. III. p. m. 145.* De fatis sacrorum nocturnorum & inprimis Eleusiniorum sub Imperator. Christianis, cum mox prohibita, mox vero tolerata, mox denique abolita fuere, prout cuilibet ratio status necessitatesque rerum sua aetate suadebant, vide *infra cap. IX.* Cur autem sacra mystica noctu fierent hanc dedit rationem CLEMENS *stromat. l. IV. p. 430. Propterea ergo sacra quoque mysteria maxime noctu fiunt significantia eam, quae noctu fit, animae a corpore contractionem.* De hisce sacris nocturnis s. peruigilationibus non solum Graecorum & Romanorum, sed & nonnullorum Christianorum antiquis temporibus vid. omnino FRANCISC. BALDVINVS ad *leg. Romuli VIII. p. 10.* & IACOB. ANDREAS CRVSIVS de *nocte & nocturnis officiis c. XIX. p. 344.* Nominabantur etiam illa sacra vocabulo apud Graecos aliis quoque sacris communi, *Orgia* (vt STRABO *l. X.* SERVIVS ad *IV. Aeneid. vers. 303. fol. 162.* & TAVBMANNVS ad VIRGILIVM *p. 291. 583. 723.* referunt.) & quidem vt CLEMENS ALEXANDR. in *Protrep. p. m. 10.* interprete GENTIANO HERVETO vult ἀπὸ τῆς ὀργῆς h. e. ab ira Cereris in Iouem; Item *mysteria*, & quidem vt *idem* CLEMENS *l. c.* dicit; ἀπὸ τȣ̃ μύσȣς

h. e.

reddi ad susceptionem dæmonum congressusque deorum

---

h. e. ab execratione, & abominatione, quæ accidit circa Dionysium dici videntur. Nisi à Myonte quodam Attico, quem dicit Apollodorus interiisse in venatione, nulla est invidia vestra mysteria sepulchri honore esse affecta. Possunt autem aliter quoque intelligi μυςήρια *quasi* μυθήρια *litteris, ex aduerso sibi respondentibus. Venantur enim, si ulla aliæ eiusmodi quoque fabulæ ex Thracibus maxime barbaros; ex Phrygibus amentissimos, ex Græcis superstitiosos;* GVILIELMVS CANTERVS quidem *nouarum lectionum l. VIII. c. XVIII.* hic legendum putat μαςήρια vt a venatione dicta sint, sed AVTOR *annotat ad h. l. p. 14.* & FRANCISCVS VIGERVS *p. 4.* in *not.* ad *Eusebium de præparat. Euangel. l II. p. 62.* bene monent, hanc etymologiam non tam grammaticam, quam rethoricam à notatione nominis ridendis his vocibus tradi; Idem dicendum cum ATHENAEVS *l 3. deipnosoph.* murium latebras μύςήρια quod μύςηρεῖ mures servent dicta esse dicit; Et IAMBLICHVS vt PHOTIVS refert, à magica obseruatione circa mures vult appellata τὰ μυςήρια; CASAVBONVS vero *c. l. p. 478.* ab Hebraico *satar* i. e. *occultare* originem huius nominis deducit. Sed nos, vt & a iocis abstrahamus, nec ad Ebraeos excurramus, mysteria ἀπὸ τοῦ μυεῖν h. e. *os claudere*, dicta esse, cum SVIDA voc. μυςήρια *p. m. 627.* censemus. In his enim sacris perpetua taciturnitas obseruabatur, ideo APVLEIVS *l. VI. metamorph. p. 263.* ait: *Per ego te frugiferam tuam dextram istam deprecor per latificas messium ceremonias, & cetera quae silentio tegit Eleusinis atticae sacrarium;* inde & taciti mystae dicuntur a STAT. *l IV. Sylu 8.*

Tuque Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo,
Votiuam taciti quassamus lampada mystae.

Orpheum primum Bachi sacra introduxisse, eumque in monte Boeotiae Thebis, vbi Liber pater natus est, sacra illa, quae Orphica vocata fuerunt, in quibus ipse postea laceratus, instituisse asserit

Z

ferit LACTANTIVS *de falsa religione*; Et SVIDAS voc. *θρησκεύει p. 462 fertur Orpheus Thrax primus initia graecorum instituisse ac DEum colere θρησκεύειν dixisse quasi Thracium sit id inuentum vel a videndo DEO.* Eum autem hos mysteriorum ritus ab Aegyptiis petiisse testatur DIODORVS *l. I. p. 20.* & *l. IV.* Et de eo PAVSANIAS *l. IX.* seu in *Boeoticis p. m. 684.* ait: *Magnam autem ex eo est autoritatem consecutus, quod & deorum initia, & nefariorum facinorum expiationes creditus est adinuenisse: morborum etiam remedia, & iratorum numinum placationes.* IDEM *l. III.* seu in *Laconic. p. 223.* refert: *At Cererem Terrestrem colere se accepta ab Orpheo religione affirmant*; Nec non THEODORETVS de *graecor. affect. curat. l. 1. p. m. 547. quod autem Orpheus homo Thracius, ab Odrysia Dionysia & Panathenaea Thesmophoriaque & Eleusinia festa mysteriaque athenas detulerit, quodque idem in Aegyptum quondam profectus, Isidis & Osiridis sacra in Cereris Orgia Liberique Patris conuerterit, testis est Plutarchus e Cheronea Boeotiae, testes item sunt & Siculus Diodorus, & Orator Demosthenes.* Sed Cereris Eleusiniae sacrorum, Orphicis longe antiquiorum, conditor a nonnullis nominatur Triptolemus, ab aliis Eumolpus, ab aliis Erictheus, ab aliis iterum aliter. vid. plura apud PAVSANIAM *l. I.* siue in *Atticis p. m. 31.* & *p. 85. seqq.* NATAL COMITEM *Mytholog. l. V. p. 506. seqq.* & MARSHAMVM in *canon. chron. aegypt. p. 252. & 261.* vbi marmor antiquum ea de causa adducit. Non veri absimile mihi est, ista ex Aegypto, vtpote foecundissima huiusmodi vanitatum superstitionumque matre, autoribus vel Danai filiabus, vel Melampode, vel plane incerto esse adducta. Sic HERODOTVS in *Euterpe c. l.* scribit: *Fuerunt autem Danai filiae, quae hanc solennitatem ex Aegypto transtulerunt, mulieresque Pelasgas docuerunt.* Sed CLEMENS ALEXANDR. *c. l.* dicit; *Melampodem autem filium Amythaonis, aliis dicunt ex Aegypto in Graeciam transtulisse festum Cereris, luctum qui laudibus celebratur.* Cererem autem Graecis fuisse, quae Isis Aegyptiis docet DIODOR. SICVLVS *l. I. c. XXIX.* & CLEMENS *Stromat. l. I. p. 322. Leo autem, inquit, qui tractauit de diis, qui sunt in Aegypto, dicit: Isidem*

a Graecis vocari Cererem, qui fuit tempore Lyncei; Nec non EVSEBIVS de *praepar. euangel. l. III. c. XI. p. 115. Caeterum Aegyptiorum Isis ea ipsa, quam Cererem Graeci vocant.* Add. DIODORVM SICVLVM *l. III. c. V.* CLEMENTEM *protrept. p. 29.* EVSEBIVM *praepar. l. II. c. I. p. 45. seqq.* & PIGNORIVM in *mensa Isiaca.* Erant autem duplicia, maiora, quae Cereris, & minora, quae Proserpinae filiae fuerunt; conf. BARTHIVS ad *Claudian. p. 862.* & IO. ROSINVS *Antiquit. Rom. l. II. c. XI. p. m. 327.* Lex enim, vt *Commentator Aristophanis p. m. 42.* refert, apud Athenienses erat vetus, ne hospes vllus ad ea sacra admitteretur; cumque Hercules vellet illis initiari, & lege vetaretur, quod tamen erat & amicus & Iouis filius, parua sacra Eleusinia sunt instituta, quibus hospites reciperentur; conf. IO. VIVES ad *Augustinum de ciuit. l. VII. p. m. 215.* Hinc illud apud CICER. de *nat. deor. l. 1. opp. p. m. 500. vbi initiantur gentes orarum vltimae:* de paruis intelligendum; alias eaedem erant ceremoniae, iidemque ritus: At non eodem loco vtraque agitabantur. Si quidem Magna in ciuitate Eleusine, vt supra indicatum: Minora vero in Ἄγραις h. e. in loco quodam Atticae, extra vrbem ad Ilissum amnem, vbi Cereris templum extructum erat, quod inde Ἄγρα dicebatur, celebrabantur, vid. EVSTATHIVS ad *Homeri Iliad. β.* item SVIDAS in voce Ἄγρα & HESYCHIVS in Ἄγραι; conf. IO. FASOLD *hierolog. dec. II. fest. I. §. IV. p. 109.* Horum minorum sacrorum praeludia erant purgationes & expiationes: illa vero ipsa erant praeparatio ad maiora. Quod bene explicat CLEMENS *stromat. l. V. p. 582. Non abs re ergo in mysteriis quoque, quae fiunt apud Graecos primum locum tenent expiationes & lustrationes, sicut etiam apud Barbaros lauacrum. Post haec autem sunt* PARVA *mysteria, quae habent aliquod fundamentum doctrinae & praeparationis futurorum. In* MAGNIS *autem de vniuersis non restat amplius discere, sed contemplari vt mente comprehendere & naturam, & res ipsas.* Inde prouerbium: *paruis ante magna initiati mysteria* vid. *Stromat. l. IV. p. 475.* it. *Mysteria praecedunt mysteria*, vid. *Strom. l. I. p 277.* Idemque confirmat CLEMENS *l. V. Stromat. p. 555. Nec ostendun-*

tur τελεται (i. e. mysteria) *iis, qui temere & impudenter accedunt. Sed cum quibusdam expiationibus & praedictionibus:* et *l. VI. stromat. Quoniam etiam ante mysteriorum traditiones volunt, vt initiandis purgationes quaedam adducantur, vt illos decet, qui impiam opinionem deserentes ad veram conuertuntur doctrinam;* Hinc qui ad parua recepti *Mystae*, qui ad magna *Epoptae* dicebantur; conf. OVZEEL. ad *Min. Fel. p. 91, seqq.* & LOMEIER. de *lustrat. c. XVI. p. 195. c. XXVII. p. 333.* Symbola, quae tam in ipso actu initiationis adhibebantur, quam quae pro tessera erant Thiasotis eorundem sacrorum, per quae sese inuicem agnoscerent, recenset IVSTINVS MARTYR *apolog. II. pro Christian. p. 43.* & *dialog. aduersus Iudaeos p. 55.* CLEMENS ALEXANDR. *Protrept. p. 11, seq.* et ex eo ARNOBIVS *l. V.* & EVSEBIVS de *praep. Euangel. l. II. p. 6.* qualia erant: *Ex tympano comedi, ex Cymbalo bibi, craterem gestaui, ingressa sum thalamum;* nec non: *DEus qui sinum peruadit;* it. *Taurus Pater Draconis, & pater tauri Draco* it. *ieiunaui, potum confectum bibi, ex cista accepi; Postquam feci, deposui in calathum, & ex calatho in cistam.* Moris quoque erat, vti *Scholiastes Aristophanis ad Plutum* refert, vt vestem quam initiationis die induerant nouam & perque mundam, nunquam exuerent, quam longo vsu detrita gestari amplius non posset: & tum ferebatur in templum dicanda Cereri & Proserpinae, cuius religionis candidati (a candida veste ita appellati) essent, qui sacrandam offerebant. add. RHODIGINVS *lect. antiqu. l. XVI. c. IX.* Sic & OVIDIVS *Metamorphos. l. X. v. 431. p. m. 507.*

Festa piae Cereris celebrabant annua matres,
Illa quibus niuea velantur corpora veste,
Perque nouem noctes Venerem tactusque viriles
In vetitis numerant. - - -

Ad quod alludit TERTVLLIANVS *l. l.* de *pallio*: *Cur istas non spectas, vel illos item habitus, qui nouitate vestibus religionem mentiuntur, cum ob cultum omnia candidatum, & ob notam vittae & priuilegium galeri Cereri initiantur.* Ritus initiationis siue actus cooptandi in participationem horum sacrorum pluribus

peragit

peragit APVLEIVS ipse initiatus *Metamorph. l. XI. Opp. p. m. 430.* hos ritus omnes, qui ad haec mysteria admitti volebant, obseruare debebant; hinc tanquam singulare quid de Demetrio refert SVIDAS *voc.* ἀνεπόπ]ευτον *p. 77.* Mysteria illa bis in honorem Cereris ab Atheniensibus celebrata esse, & quidem *parua* illa, cum Sol arietem peruadit, *maiora* vero cum in Chelis seu circa signum librae versatur, affirmat IVLIANVS IMP. *Orat. V. Opp. p. m. 173.* ibique simul rationes exponit, cur veteres eiusmodi tempus aequinoctiale illis sacrorum ritibus praefiniuerint. Sic & PLVTARCHVS in *Demetrio* docet: *Maiora* mense Boëdromione, *minora* anthesterione peracta esse. Hisce sacris praeerat *Rex*, cui adhuc quatuor adiuncti erant *Curatores* vid. POLLVX in *Onomast. l. VIII.* Primus inter istos Curatores erat *Hierophanta* seu *Mystagogus*, summus sacrorum antistes, cui soli sensus mysteriorum relinquebatur, ac qui teletas perficiebat, quique habitu τȣ̃ Δημιȣργȣ̃ seu *Creatoris* indutus τὸν νοῦν referebat: ab re vxoria per totum vitae tempus abstinebat, eiusue nomen proferre & nominare nefas habebatur, vid. praeter LAERTIVM in *Aristippo p. 84.* IVLIANVM IMP. *Orat. V. Opp. p. 173.* & EVNAPIVM in *Maximo*, HIERONYMVS *l. I. contra Iouianum*, ARNOBIVS *l. V. aduersus gentes* ibique ELMENHORST, ARRIANVS *dissert. l. III.* HESYCHIVS, SVIDAS voc. ἱεροφάντης, Μυςαγωγὸς &c. ALEXAND. ab ALEXANDRO *genial. dierum l. IV. c. XVII. fol. 221. l. V. c. XVII. fol. 283.* & IAC. GOTHOFREDVS *ad l. XIV. C. Theodos. de Paganis, sacrificiis & templis T. VI. p. 279.* Post eum erat *Daduchus* qui coma strophioque ornatus facem gestabat, nec non in pompa imaginem Solis, sacra & symbola tractabat, ac nonnunquam ad arcana adhibebatur, vxorem ducere tamen ipsi erat permissum; consule PLVTARCHVM in *Alcibiade*, HESYCHIVM & SVIDAM voc. Δαδȣχεῖ. Hunc excipiebat *Minister ad aram*, qui in solennitatibus effigiem *Lunae* repraesentabat; Et denique sequebatur sacer *Praeco*, qui in speciem *Mercurii* erat adornatus. Hoc praeter citatos testatur EVSEBIVS de *praep. euangel l. III. c. XII. p. 117. in Eleusiniis*

mysteriis ipsemet Sacrorum antistes Creatorem; qui facem praefert, Solem; qui ad aram consistit, Lunam; Sacrorum denique Praeco Mercurium habitu, ac specie repraesentat. Et quemadmodum in sacris Dionysii circumferebatur priapus; ita in istis natura muliebris, vid. THEODORETVM *Therap. l. VII. Epoptae* quidem in adytum quoque maiorum sacrorum admittebantur, sed saltem tanquam spectatores symbolorum & caeremoniarum; *Mystae* praeliminariis quasi quibusdam & minoribus sacris adstare permittebantur; *Initiati* denique leuioribus tantum quibusdam caerimoniis in consortium reliquorum quasi introducti. De quibus plura videri possunt apud MARSHAMVM in *can. chron. aegypt. p.259. seqq.* MICHAEL. MAIERVM in *tract. apologet. pro fratr. Ros. cruc. c. V.* & ESCHENBACH de *poesi Orphic. p. 18. & 22.* Gradus igitur, per quos homines ad istorum mysteriorum perceptionem & notitiam perducebantur, erant varii, & quidem de Mythrae sacrorum gradibus ait SVIDAS voce *Mithras p. 614. Mithram Persae solem esse censent, multasque illi victimas immolant. Neque illi quisquam initiari potest, nisi per quosdam suppliciorum gradus se sanctum & a malis immunem esse probauit.* Et NONVS in *synagog. histor. ad orat. II. Gregor. Nazianzeni Steleteut. c. XLVII.* ait: *Nemo potest initiari mysteriis Mythrae, nisi per omnes transierit poenas, & ostenderit se sine adfectu & sanctum. Dicuntur autem esse octoginta poenae, quas gradatim oportet ab initiando peragrari. Qualis est primum per plures dies multam aquam transnare, dein se in ignem coniicere, tum in deserto versari & ieiunare, & alia quaedam, donec octoginta, vt diximus, poenas transierit. Tandem in intima sacra admittebatur, si viueret.* De hisce sacris Mythriacis plura legimus in PORPHYRIO de *Nympharum antro*, LVCTATIO in *comment. ad fin. I. Thebaid.* ORIGENE *l. VI. p. 290.* HIERONYMO ad *Lactam*, TERTVLLIANO de *corona militis c. XV.* & CERDA in *not. ad h l.* Apud Graecos in mysteriis quinque erant sacrorum gradus, quos recenset OLYMPIODORVS in *Phaedonem Platonis* scribens: *In sacris praecedebant publicae purgationes: deinde has excipiebant aliae reconditiores: post has aggregationes*

gationes (συςάσεις;) *tum sequebantur initiationes ; ad extremum epoptiae.* add. THEON. de *Platonis Mathem. p. 18.* His respondebant gradus virtutum, de quibus dictum §. *XIII. not. i.* sicut & hoc idem OLYMPIODORVS *c. l.* confirmat dicens: *Virtutes morales & ciuiles similitudinem habent cum his lustrationibus, quae palam fiunt: Purgatiuae, quae externa amoliuntur reconditioribus illis respondent: Virtutes autem theoreticae, quae circa intelligibilia, aggregationibus: Initiationibus similes sunt horum in indiuisibile contractiones: Simplices denique simplicium visiones perfectis sacrorum* (ἐποπτείαις) *respondent. Epoptia* autem erat vltimus gradus perductionis seu sacrorum omnium plena cognitio & perceptio; & ad hanc secretiorum sacrorum inspectionem initiati seu mystae admittebantur anno vno ab initiatione vid. PLVTARCHVM de *defect. orac.* & SVIDAM voc. ἐπόπται. Et tunc nominabantur *Epoptae* siue *Ephori*, quod illis sacrorum secreta ἐποπτεύειν permissum erat. Hinc singularia raraque in *Demetrio*, *Hercule* & *Hippocrate* notantur exempla, qui sine vlla temporis intercapedine simul *Mystae* facti sunt & *Epoptae*; Sic SVIDAS voc. ἀνεπόπτευτον *p. m. 77. Demetrio peculiare quiddam praeter caeteros contigit, vt solus & initiaretur & arcana intueretur & praefinitum tempus a maioribus non obseruaret.* add. PLVTARCHVM in *Demetr.* ad vniuersam vero initiationem omnesque ceremonias peragendas, & antequam Epoptae euadebant *quinquennium* impendebatur, ideo, quod cum tanto desiderio per tot suspiria ad eam perueniebatur, huius *Epoptiae* teleta dicebatur *desiderata*; Hoc explicat TERTVLLIANVS libr. *aduersus Valentinianos c. I. Nam & illa Eleusinia heuresis, & ipsa Atticae superstitionis quod tacent, pudor est, Iccirco & aditum prius cruciant: diutius initiant, quam consignant: cum Epoptas ante quinquennium instituunt, vt opinionem suspendio cognitionis aedificent: atque ita tantam Maiestatem exhibere videantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. Sequitur iam silentii officium. Attente custodiunt, quod tarde inuenitur. Caeterum tota in aditis diuinitas, tot suspiria epoptarum, totum signaculum linguae, simulacrum membri virilis reuelatur.* Hoc tamen tempus

saepe

ſaepe breuiatum ſaepe productum eſſe probat. IO. LOMEIERVS *c. XXXVIII. p. 477.* add. SCALIGER *ad l. III. Tibull.* & *l. V. de emendat. tempor.* Et ad iſta ſacra non patebat aditus niſi purgatis & initiatis, praecoque τοῖς ἀμυήτοις h. e. religionis imprudentibus, quos *profanos* appellabant, abeſſe praecipiebat; Sic DIODORVS SICVLVS *l. III.* ſcribit: *quod attinet ad ea, quae de initiationibus tradita ſunt, nefas eſt, religionis ignaros ſacrorum arcana cognoſcere.* Et ARTEMIDORVS *l. II. c.* XLII. *De his diſſerere neque pium eſt neque tutum: ratio vero haec perſpicua iis qui Deae ſunt conſecrati: rudes vero horum myſteriorum ab eruditis diſcant.* Hinc ex Graecorum fontibus manaſſe VIRGIL. *VI. Aeneid. v. 258. Procul, o procul eſte profani,* auctor eſt SERVIVS ad *h. l. fol. m. 198.* Idem patet ex CATVLLO *c. l.*

> *Pars obſcura cauis celebrabant orgia ciſtis,*
> *Orgia, quae fruſtra cupiunt audire profani.*

add. L. SENEC. *l. VII. Natur quaeſt. c. XXXI.* Sic & ORIGENES *l. I. contra Celſum p.* 8. teſtatur myſteria non euulganda fuiſſe in *profanos* nondumque *expurgatos:* add. SPENCERVS in *annot.* ad *h. l. p. 11.* qui multis hoc confirmat. Et quidem IVLIANVS IMP. *Orat. VIII. contra Heraclium Cynicum opp. p. 239. Etenim non eadem ipſa ab Hierophanta denunciari ſolent cum eos omnes, quibus impura manus eſt, aut alioquin nefas eſt initiis interdicit?* Et non ſolum puras manus, ſed & puras veſtes & pura vaſa & puram hoſtiam & purum vinum in iſtis deſiderata eſſe, pluribus demonſtrat BRISSONIVS de *formulis l. I. p. 4 & 6.* Porro incantatores, & Magi non poterant iſtis ſacris initiari: Qua de cauſa Hierophantes *Apollonium Tyaneum* ſacris admittere noluit, aſſerens *nunquam ſe initiaturum hominem incantatorem, nec Eleuſinem patefacturum ei, qui purus a daemonibus non eſſet,* vt PHILOSTRATVS in *vita Apollonii c. VI. p m. 174.* refert. Impii quoque ſceleribusque & flagitiis contaminati ſacris arcebantur. Quam ob rem *Nero* Imp. poſt occiſam matrem ad ſacra Eleuſinia accedere non auſus, vt SVETONIVS in *Nerone c. XXXIV. p. m. 431.* narrat: *Peregrinatione quidem Graeciae,*

Eleuſi-

Eleusiniis sacris, *quorum initiatione* (i. e. sacrorum initiorum celebratione) *impii & scelerati voce praeconis submouentur, interesse non ausus est.* Econtra *Antonium* Philosophum August. quo se probaret innocentem Eleusiniae Cereris templum adiisse narrat CAPITOLINVS in eius *vita*. Vnde & de *Constantino M.* a gentilibus perlatum refert SOZOMENVS *histor. Eccles. l. I. c. V.* quasi nempe is post filii Crispi necem, de expiatione huius criminis Sopatrum Philosophum e schola Plotini & gentilem consuluerit; a quo autem responsum tulerit: *nullam esse eiusmodi scelerum expiationem; Hercules* tamen fertur, post Iphiti amici & hospitis caedem in mysteriis Cereris Eleusiniis purgatus. Non solum autem profani & nondum initiati arcebantur ab aditu sacrorum, sed & mysteria & arcana iis aperire ac enuntiare nefas habebatur, illaque euulgantes summis poenis afficiebantur. Talis autem lata erat lex teste SOPATRO in *Diuis. quaest. euulgantem mysteria, mori necesse est.* Vnde PAVSANIAS in *Attic. p. m. 31.* scribit: *Omnia, quae de templo, cui Eleusinio nomen est, commemorari possent planius explicare, quaedam me visa per somnum species deterruit, ad ea redeo, quae literis mandare, non prohibeor.* Et PORPHYRIVS in *libro*, de *Philosophia ex oraculis haur.* vbi de Deorum mysteriis quaedam disserit, valde obtestatur, ne quis ea, quae dicturus esset, in vulgus enuntiet: *Tu vero*, inquit apud EVSEBIVM de *praepar. l. IV. c. IIX. p. m. 144.. caue, si quicquam aliud, ne res istas palam extuleris, & gloriae lucrive cupiditate, vel cuiuscunque minus religiosae assentationis studio ante profanorum hominum oculos proieceris: Secus enim non tibi solum, haec si praecepta contemseris, verum etiam mihi periculum immineat, qui tanta Deorum beneficia retinere apud me non potuerim &c.* ac Aeschilum ob mysteria in scena euulgata accusatum; sed cum ostendisset se non esse mysteriis initiatum, in Areopago absolutum dicit CLEMENS *strom. l. II. p. 387.* add. *l. IV. strom. p. 562. & 574.* Sic ex TATIANO Assyrio & SVIDA in *Diagoras* constat, Athenienses Diagoram Melium ob proditam in vulgus mysteriorum fidem, proscripsisse, & promisisse vnum talentum ei, qui ipsum interfecisset: Duo, qui vivum adduxisset; Et ex IVSTINO *l. V. c. 1. p. m. 123.* & PLVTARCHO in

Aa *vita*

vita Alcibiad. Alcibiadem ea quoque de causa insimulatum fuisse. Quod magis confirmat LIVIVS *l. XXXI. c. XIV. p. m. 779. Arcananes*, inquit, *duo iuuenes per initiorum dies non initiati, templum Cereris imprudentes religionis cum cetera turba ingressi sunt. Facile eos sermo prodidit, absurde quaedam percunctantes: deductique ad antistites templi, cum palam esset per errorem ingressos, tanquam ob nefandum scelus interfecti sunt.* Nota quoque est Penthei Regis Thebarum nondum initiati laniatio ob inspecta & derisa mysteria: quo respicit SYNESIVS libro de *prouidentia*, scribens; *Et ei qui patefecit & ei qui vidit, succenset Numen, sermones etiam Boeotis eos qui insiliunt, & contemplantur, Liberi Patris orgia dilaniant;* Omnia enim sacra summo silentio tegi necesse erat, vt pluribus demonstrauit ALEXANDER ab ALEXANDRO *genial. dier. l. VI. fol. 364*, MATTH. BERNECCERVS in *not.* ad *Iustinum c. l.* PETR. DAN. HVETIVS *alnetan. quaest. l. II. c. XX. p. 267.* PETR. GREGORIVS de *Rep. l. XII. c. IIX. p. 448.* CASAVBONVS *c. l. p. 485.* & BRISSONIVS *l. I. formul. p. 3. seqq.* Haec autem sacra Eleusina *Numenium* Philosophum interpretando euulgasse autor est MACROBIVS *l. 1. in somn. c. II. p. 6.* Plura qui de sacris mysticis desiderat, conferat IVLIVM FIRMICVM de *errore profanarum religionum*, LILII GIRALDI *Synt. historiae deorum*, IO SELDENVM de *Diis Syris*, & imprimis MEVRSIVM de *Eleusiniis* qui ex professo de iis tractarunt, sed nobis hic non ad manus fuerunt. Scripsit quoque de illis Arignote, quod testatur SVIDAS voc. *Arignote p. 126. Arignote Samia discipula Pythagorae maioris, & Theanus philosopha Pythagorica: scripsit Bachica, i. e. epigrammata de Cereris mysteriis. Inscribitur etiam id opus sacer sermo. Scripsit & initia Bachi & alia Philosophica.* Coeterum hic non indagandum, quid sub his teletis latuerit, vtrum merae ἀλαζονίαι s. ostentationes & fraudes fuerint, vt multos credidisse scribit PLVTARCHVS de *Pyth. oracul. p. 408.* & IAMBLICHVS *vit. Pythag. c. XXIX.* Sic quoque CLEMENS *protrept. p. 3 Mihi itaque videntur & Thracius ille Orpheus & Thebanus & Methymnaeus viri, non viri sed deceptores fuisse, qui praetextu Musicae vitae perniciem afferentes quibusdam praestigiis* (γοητεια) *ad corruptelas*

ptelas daemonice incitantes. LACTANTIVS *l. V. diuin. institut. Hinc fida silentia sacris instituta sunt ab hominibus callidis, vt populus nesciat, quid colat.* Et EVSEBIVS *praep. l. V. c. XI.* qui per gentes teletas constituerunt, finxerunt se edoctos a diis. Nec non ipse LVCIANVS in *Alexandro s. Pseudomante opp. T. I. p. m. 557.* & passim tales solennes initiationes & sacrorum caerimonias maxime ridet, mordetque; An vero sub his sacris mysticis arcana naturalis doctrinae tecta fuerint, vt nonnulli sentiunt, & iam supra *§. IIX. not. ult. p. 108.* de Orphei teletis notatum. Sicut & olim gentilium sapientiores vanitatem huius theologiae mysticae animaduertentes eam naturali ac Physiologica interpretatione explicare voluerunt, quod inprimis fecerunt *Plato, Plutarchus, Porphyrius* & alii, quos tamen satis refellit EVSEBIVS *praepar. tot. l. III. p. 82. seqq.* ubi inter alia *p. 91. Quid autem singulorum Deorum mysteria? quid hymni & carmina? quid initiorum arcani ritus? Mundi ne elementorum, an priscorum mortalium eodem cum diis nomine praeditorum inuecta fuere symbola? Nam errores quidem, inebriosas perpotationes, amores, mulierum oppressiones, virorum insidias, & in huiusmodi sexcenta in mortem vtique vergentia, & summa cum turpitudine & indignitate coniuncta, quis communibus mundi elementis attribuat, cum praesertim ipsa per sese mortalis naturae mores, ipsasque hominum cupiditates exhibeant? Vt profecto his omnibus argumentis egregiam istam mirabilemque Physiologiam, nihil vsquam vel leuiter attigisse veritatis, nihil quod diuinitatem sapiat, inuexisse, sed coactitiam potius & ementitam sibi honestioris explicationis speciem aliunde mendi atam obtendisse, manifesto teneamus;* & *c. XVI. p. 126. Enimuero his omnibus plane conficitur, vbi eos fateri oporteat veri nihil tota ista physiologia contineri, Sophistarum eas esse argutias, & commenta verborum inania.* Hoc sane certum est, multa nefanda, incestuosa ac impia in Cereris, Bachi, Veneris, Sabaziorum, Coribantum, Cabiricorum &c. sacrorum mysteriis latuisse, per quae Satan hominibus illusit, eorumque mentem obfuscauit, vt optime demonstrat CLEMENS ALEXANDR. *protrept. p. 9* Quem quoque secuti sunt TERTVLLIANVS, ARNOBIVS, EVSEBIVS *cit. locis* &

THEODORETVS de *graecor. affect. curat. l. VII. p. 608.* Si enim honesta & sancta nunquam ea puduisset vulgari, sed quoniam intus peracta aut ridicula essent, vel turpia, vel crudelia, illorum mystis silentium imponebatur. Sic enim TERTVLLIANVS *aduers. Valentin. c. 1. Nam & illa Eleusinia, haeresis & ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est.* Et SYNESIVS *lib. de prouid. ignoratio mysteriorum est illorum veneratio: propterea nocti creduntur mysteria.* Nec non AVGVSTINVS *quaest. Vet. & N. Testam. quam ob rem pagani mysteria sua in tenebris celebrant, vel in eo prudentes. Erubescunt enim palam illudi* &c. Oblique haec perstringit Socrates apud Platonem. vt refert VIVES. *c. l.* cum iubet turpia foedaque a diis commissa sacris secretissimis occultari, & qui minatur se Isidis, quae eadem est Ceres, sacra recondita editurum. Quo dicto cogit Isidem ipsam, ea, quae ipse iubeat, facere satisque declarat nefaria esse, & stupenda. Ex his sequitur non bene egisse Patres, *Clementem*, *Chrysosthomum*, *Theodoretum*, *Dionysium Areopagitam* aliosque, quod non solum vocabula, v. gr. *μυςήρια*, *τελετὰς*, *ὄργια*, quibus *Eucharistiam*, *baptismum* &c. insigniebant ex gentilium sacris transtulerint, sed & quod multos ritus, caerimonias, gradus nempe *κάθαρσιν*, *μύησιν*, *τελείωσιν*, vel *ἐποψίαν* it. *θέωσιν*, nec non symbola solennia ad eorum imitationem instituerint; vt illa sedulo inuicem comparauit, eorumque similitudinem infinitis ex ipsis Patribus, quibus adhuc complura addere possemus, si necesse esset, desumtis locis solide demonstrauit CASAVBONVS *p. 485.* vsque ad *p. 501.* Et licet inter ipsa Christianorum sacra, & foedas gentilium ineptias discrimen haberetur, & Patres, vt CASAVBONVS *cit. loc.* ex eoque HOFFMANNVS *lexic. vniuers.* in *Myster.* & CASP. CALVÖR *ritual. ecclesiast. l. I. Sect. II. c. I. §. IV. p. 186. seqq. l. II. Sect. I. c. II. §. V. p. 313. c. XIII. p. 411.* & *c. LX. p. 638. seqq.* defensionis gratia afferunt, ex pia intentione agerent, quo facilius ad veritatis amorem corruptas superstitione mentes traducerent, cum constet nihil magis olim paganos auertisse à fide in Christum, quam opinionem nouitatis & ipsum Paulum *Act. Apostol. XVII 23.* amota suspicipione novitatis ingenioso quodam, vt *Casaubono* placet

dicere,

dicere, ſtratagemate arae illius occaſionem arripuiſſe, & Athenienſibus eum Deum ſe dixiſſe praedicare, quem ipſi iam dudum colebant; Attamen non negandum hoc conſilium in damnum veritatis poſtea verſum eſſe, ſicut iam inde a principio eccleſiae viri magni fuerunt, qui ritus paganicos in eccleſiam inuehi quererentur, & infectos eo ipſo reſpuerent, *quia apud idola celebrarentur*, vt loquitur TERTVLLIANVS, cuius lege *librum* de *oration. c. XII.* Nec non occaſionem gentibus datam traducendae verae pietatis, quaſi tenebras ſectaretur, & lucem fugeret ac notitiam hominum, dum ſolis epoptis, i. e. fidelibus perfectis myſteria religionis aperiantur, eaque tanto ſtudio nondum initiatis i. e. catechizandis, vt & Catechumenis, occultentur. Qua de cauſa *Celſus*, vt refert ORIGENES *l. I. p. m.* 7. ludibrii cauſa religionem Chriſtianam ſubinde vocitabat κρύφιον δόγμα *doctrinam clancularium.* Add. *ſupr.* §. *IX. not. vlt. p. 114.* Interim hoc extra dubium poſitum, nec facile quis negabit niſi plane huius rei hoſpes, quod non tantum plurima nomina in Theurgia occurrentia ex hiſce ſacris myſticis deſumta ſint, vt ex eo, quod ſupra *§. XIV. n. 2.* de Theurgiae ſynonymis allatum, videri poteſt, ſed & ex iisdem plerosque ritus Theurgicos, de quibus ſequentibus agendum, translatos. Sicut autem nonnulla ex Mythrae, multa ex Iſidis, plurima ex Eleuſiniis atque Orphicis aliisque Graecorum huiusmodi ſacris petita ſunt, vt ex eorum comparatione facile conſtabit, & *ſeqq.* paſſim notabitur, ita tota Theurgia omnium gentium ſacrorum myſticorum ſ. potius nefandiſſimarum ſuperſtitionum colluuies quaedam videtur dicenda. Ritus quod attinet Theurgicos illi in genere dicebantur Teletae, vt id infinitis locis ex Theurgorum ſcriptis deſumtis demonſtrari poteſt; a qua tamen opera libenter vacare volumus, cum hoc in *ſeqq* paſſim patebit; De iſtis autem ex mente Iamblichi ita differit MICH. MOVRGVES dans le *Plan Theologique du Pythagoriſme*, *lettr.* X. *Les Teletes & les priéres myſterieuſes & intelligibles ont été enſeignées aux premieres hommes par les dieux mêmes il n'eſt donc pas etonnant, qu'ils y ſoint ſenſibles. Les Téletes attirent premierement les ordres inferieurs de génies, qui entrainnent ſucceſſiuement les autres, & les dieux mêmes*

rum **): & in sacrificiorum oblatione cuilibet deorum ordini conuenientium, quibus istos necessitate quadam allici, vel in

ferment de nécessité cette marche. Si le Prêtre ou Theurge, menace quelquefois, il n'addresse ces ménaces, qu'à une classe des genies destitues de raison, qui ont pourtant une espéce de Diuinité, en ce que leur fonction concourt à la conseruation du Monde entier; Mais il en est d'eux comme d'un couteau, qui n'est bon, qu'à trancher, & qui ne sert à rien au delà. Ils n'ont point de iugement & dès que le Prêtre parle de bouleuerser le Monde, une terreur panique les saisit, & ils se hâtent de le venir appaiser, de peur de perdre leur employ. vid. *Nouuell. de la Republiqu. des lettres 1714. p. 312. seqq.*

**) Vt haec rectius intelligantur, opus est, vt totam Theurgorum sententiam de anima exponamus; Statuunt autem animam humanam constare mente, ratione & idolo: mentem illuminare rationem, rationem influere in idolum, omnia unam esse animam, vid. AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. XLIII. p. 494.* Hanc sententiam Magorum, Pythagoricorum & Platonicorum fuisse adfirmat, eamque pluribus exponit PLETHO *Schol. in orac. p. 85.* Quoad Chaldaeos id confirmant *Orac. Chald. vers. 298. seqq.* apud STANLEIUM *Symbola enim paterna mens seminauit in animabus, amore profundo replens animum. Reposuit enim mentem in anima, in corpore vero vos deposuit Pater hominumque & Deorum.* Quod Pythagoram & Platonem attinet, illi referente PLUTARCHO *Placit. l. IV, c. IV.* MACROBIO *l. I. in Somn. Scipion c. VI. p. m. 21.* EUSEBIO *praep. l. XV. c. LX. p. 581.* & THEODORETO de *graec. adfect. curat. l. V. p. 589.* animam diuiserunt in rationalem & irrationalem, cumque animam irrationalem subdistinguerent in irascibilem & concupiscibilem, tres animae partes constituerunt; Quoad reliquos Platonicos AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. XXXVI. p. 460.* refert: *Platonici omnes tria ponunt in homine, quae vocant supremum, infimum & medium; Supremum est illud diuinum, quam mentem s. portionem superiorem s. intellectum illustratum vocant:*

cant: *infimum est sensitiua anima*: *Medium est spiritus rationalis vtraque connectens*, *videlicet animum animalem cum mente*; *Sicut enim portionem illam supremam nunquam peccare*, *nunquam malo consentire*, *semperque errori resistere & ad omnia portari*: *sic inferiorem illam portionem & animalem animam in malo & peccato & concupiscentia semper emergi & trahere ad pessima. Mentem igitur supremam portionem nunquam damnari*, *sed puniendis sociis illaesam abire ad suam originem*: *spiritum vero s. animam rationalem*, *cum sit natura sua liber*, *ac vtrique ad libitum adhaerere possit*: *Si superiori constanter adhaereat*, *illi tandem vniri*, *& beatificari*, *donec assumetur in Deum*, *si adhaereat animae inferiori deprauari & demereri donec efficiatur daemon.* add. SYNESIVM de *somniis*, qui eadem tradit. Cum his conueniunt alii mystici vt MICHAEL PSELLVS de *omniuar. doctr. c. XXVII.* in FABRICII *Biblioth. graec. l. V. P. I. p. 91.* MARSILIVS FICINVS de *immortalitat anim. l. XIIX. c. IV. fol. 395.* FRANC. GEORG. VENET. in *Harmonia mundi Cant. III Ton. V. c. I. fol. 52* IORDAN. BRVNVS libro de *numero*, *monade & figura*, *c. IV p. 50.* ceterique Theurgi, nisi quod nonnulli loco infimae partis animae corpus ponant. In tres quoque partes animam diuidunt Iudaeorum Cabbalistae, quarum prima sit *Nephesch* s. *Psyche*, secunda *Ruach* s. *spiritus*, & tertia *Neschamach* s. *mens.* vid. lib. *Sohar Synops. Tit XI n. 4.* in *Cabbal. denudat. T. II. P. I. tract I. p. 104.* & *Cabbal. Christ. c. III. §. L. p 22.* nec non in *Philosoph. Cabbalistic. diss.* VI. *c.* XII. *T.* I. *P.* III. *p. 121.* vbi & collatio fit cum Philosophia Platonica. Quod primam animae partem s. mentem attinet, adserunt, eam esse particulam ex essentia diuina decerptam; Hanc doctrinam fuisse Chaldaeorum liquet ex *oracul. Chald. Mens ipsius Dei indidit animis hominum signa paterna.* conf. PLETHO in *scholiis* in *orac. p. 89.* PSELLVS in *scholiis p. 103.* & MARSILIVS FICINVS de *immort animor. l X. c.* IIX. Sic & *orac Properandum tibi est ad lumen & splendorem patris*, *vnde missa est anima*, *multam complexa mentem.* conf. PLETHO *p 8*5. & PSELLVS *p 105.* Nec non alibi *oraculo* dicitur: *quoniam anima ignis est lucidus potestate patris*, (praedita) *manet immortalis*, *& vitae est domina*; Ad quod PLETHO *p. 85*: *Hoc oraculo monemur illa*

la ipsa patris potentia studiose animam procreatam, eandemque ignem esse lucidum, hoc est diuinam quandam essentiam &c. add. PSELLVM in *Schol. p. 105*; Animam enim a Deo, tânquam causa fontana, effluxisse docuerunt, vt testatur PSELLVS in *summ. exposit. dogmat. Chaldaic. p. m. 111. Animarum humanarum duplicem ponunt causam, e fonte perenni promanantem, paternam nempe mentem, & animam fontanam; Prodit autem, vt illi volunt particularis anima à fontana, iuxta patris voluntatem, & habet essentiam per se generatam & animatam. Aliunde enim non mouetur. Nam si, vt in oraculo fertur, ignis diuini pars est & ignis lucidus, atque paternae mentis conceptus, profecto forma est materiae expers & per se subsistens. Illa enim omnia cum natura diuina communicant, cuius particula est anima*; Hanc opinionem tam Platonem, quam Plotinum, Porphyrium, Iamblichum, Proclum, eorumque discipulos omnes in vniuersum approbasse idem adfirmat in seqq. Pythagoram & Platonem inprimis huius opinionis esse defensores noto notius est, vt hoc asserit CLEMENS ALEXANDR. *strom. l. V. p. 590. Hinc Pythagoras dicit mentem diuina sorte venire ad homines, sicut fatentur Plato & Aristoteles* &c. Et THEODORETVS de *curat. graec. adfect. l. V. p. m. 590.* testatur, Pythagoram & Platonem intellectum diuinam partem affirmasse. Et quidem in specie de *Pythagora* conf. *carm. aur. Pythag. vers. 48. & 63.* CICERO de *natura Deorum l. I. c.* XXVII. *opp. p. 491.* PLVTARCHVS de *placitis philosoph. l.* IV. *c.* II. STOBAEVS *serm.* LXXVII. *p. 460.* LAERTIVS *l.* IIX. *c.* XXIIX. & HVETIVS de *concord. rat. & fid. l.* II. *c.* IIX. *p. 161.* De *Platone* autem conf. ipse PLATO in *Timaeo p. m. 713.* ALCINOVS *introduct. Platon. c.* XVII. *p. 530.* MACROBIVS in *somn. Scip. l. I. c.* XXI. *p. 78.* EVSEBIVS *praeparat l.* XIII. *c.* XVI. *p. 696. seqq.* FICINVS *comment.* in *Plat. Timaeo c.* XXXIIX. *p. 699.* NEMESIVS de *natura homin. c. II. fol 576.* IO. BAPT. CRISPVS de *ethnicis caut. legend. distr.* I. *l.* VIII. *f. 59. seqq.* PETRVS GASSENDVS *Synt. Philos. Epic. P.* II. *Sect.* I. *c.* I. *p. 37.* & *Sect.* II. *c.* VI. *p. 301.* IACOB THOMASIVS de *exustione mundi stoica diss.* XXI. *thes.* XVIII. *p. 229. seqq.* Reliquos Platonicos idem sensisse testatur CLEMENS ALEXANDR. *c. l. Platonici mentem quidem sortis diuinae in anima effluxionem esse:*

Animam

Animam autem in corpore constituunt. Add. PLOTINVM *Enn. IX. l. III. c. VII.* & *Eundem* apud EVSEBIVM de *praepar. euang. l. XV. c. XXII.* nec non FICINVM ad *Plot. Enn. II. l. III. p. 127.* Reliquos Philosophos, qui animos ex diuina essentia delibatos esse credebant, recenset PETR. DAN. HVETIVS *alnet. quaest. l. II. c. IIX. p. 154. seqq.* Eandem quoque opinionem de mente forcisse aliarum sectarum nonnullos philosophos & Poëtas, patet ex *Act. Apostol. XVII. 28. 29.* conf. GVIL. DIEZII *annot.* in *Pythag. carm. aur. vers. 63. p. 388.* Sic & MAHVMMED *Alcor. XXV.* adserit hominis animam esse portionem Dei; Nec non Cabballistae idem sentiunt, vid. *Cabbal. denudat T. I. P. II. p. 393* IO. GEORG. WACHTER. in *Elucidar. Cabbalistic. c. III. §. IV. p. 17.* & IO. ANDR. EISENMENGER. *in entdeckten Iudenthum P. I. c. I. p. 54.* & *P. II c. I. p. 9.* Hunc errorem etiam sectatos esse *Marcionitas*, *Manichaeos*, & *Priscillianistas* probat I. W. IAEGER. in *examin. theolog. nouiss. controu. IV. p. 70.* Eundemque recoxerunt HENR. CORN. AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. XXXVII. p. 664.* & FRANCISC. MERCVRIVS HELMONTIVS de *Macrocosm.* & *Microcosm. c. IV. p. 25.* & *289. 309. 315.* nec non quidam nouissimi mystici, quos refutat. I. W. IAEGER. *c. l. controuers. XI p. 141. seqq.* Quanquam non omnes Platonici & Theurgi animam diuinae essentiae partem, illique toti persimilem semperque perfectam adserunt; Sic enim PROCLVS in *libro* de *anima & daemone fol. m. 72.* (de quo igitur PSELLVS *c. l.* id false refert.) & HIEROCLES de *prouidentia* hoc expresse negant; in eo tamen conueniunt, animam, priusquam in corpus veniret, in coelestibus sedibus existere, huius autem primam & originariam sedem in coelo, & quidem in ea, quam lacteam viam vocamus, decernunt, vid. MARSIL. FICINVS *epist. l. I. fol. 3.* Descensum animae quod attinet, fit ille secundum nonnullorum sententiam promanando immediate a Deo, & procedendo per media competentia. vid. AGRIPPA de *philos. occult. l. III. C. XXXVII.* & *XXXIIX. p. 666.* Vel iuxta aliorum opinionem, seiugendo illam a diuinis animabus, a quibus intelligentia, & potestate puritateque impleatur; & permeando varias sphaeras, trahendo multiformes vitas vestesque. vid. PRO-

CLVM *c. l.* Sentiunt enim, si quae anima appetentiam corporis, & huius, quam in terris vitam vocamus, ab illa specula altissima & perpetua luce collustrata, despiciens, desiderio latenti cogitauerit, pondere ipso terrenae cogitationis paulatim in illa inferiora delabi, nec subito a perfecta incorporalitate luteum corpus indui, sed sensim per tacita detrimenta, & longiorem simplicis & absolutissimae puritatis recessum, in quaedam siderei corporis incrementa turgescere, in singulis enim sphaeris quae coelo subiectae sunt, aetherea obuolutione vestiri, vt per eas gradatim societati huius indumenti testei concilietur; Et ideo totidem mortibus, quot sphaeras transit, ad hanc peruenire, quae in terris vita vocitatur, vid. MACROBIVS *l. I.* in *somn. Scip. c. XI. p. m. 39.* Et *c. XII. p. 40. seqq.* pluribus describit, quomodo anima ex superiori mundi parte ad inferna haec delabatur; add. ANDR. CHRIST. ESCHENBACH. in *Epig.* de *Poesi orph. p. 34.* HOLSTEN. in *vita Porphyrii c. IX.* in FABRICII *biblioth. graec.* & PETR. GASSENDVS *Synt. Philos. Epicur. P. II. Sect. II. c. VI. p. 302.* Idem dogma de animae descensu habuerunt Chaldaei, quo spectat *oraculum*: *Ne deorsum vergens, locus praeruptus in terra subiacet, de gradibus trahens septem vias habentibus, sub quibus necessitatis solium est*; quod ita explicat PSELLVS *p. 97*: *Oraculum admonet animam, quae a Deo proxima est, vt huic soli tota mente adhaereat, neque ad terrena cursum inflectat, quod immensus à Deo in terram pateat hiatus, qui animas per limina septem tramitum detrahat. Sunt autem limina septem tramitum, septem errantium stellarum orbes. Si itaque superne deorsum anima nutauerit, per septem illarum orbes in terram fertur, sed istud septem circulorum iter tanquam per gradus quosdam ad necessitatis solium deducit, quo cum anima peruenerit, ineuitabili mundi terreni desiderio tenetur*; add. PLETHO *schol.* in *orac. p. 81.* Descensum animae docuerunt quoque Persae; Sic enim PORPHYRIVS in *vita Pythagorae* refert, Pythagoram a Zabrato Mago quodam edoctum de animae in corpus descensu, quem Mistionem lucis & tenebrarum vocabant, sicut animae reditum liberationem lucis a tenebris appellabant. De Aegyptiis hoc passim patet ex IAM-

BLICHO

blicho de *mysteriis*, vbi inter alia *Sect. IIX. c. VI. p. 262.* hoc testatur, dicens: *Homo duas habet animas, quod ipsa Mercurii sacra scripta testantur, vna est a primo intelligibili participat etiam de potentia opificis, altera vero nobis inditur ex circuitu coelestium* (mundorum) *ad quem anima Deum speculatura, reuertitur.* Hunc & sequitur synesivs Christianus quidem sed Platonicus Philosophus *libro* de *somniis* ex *interpr. Ficini* asserens: *eiusmodi spiritum* (phantasticum quem alibi animae vehiculum appellat) *mutuatur a sphaeris anima prima descendens & hanc velut cimbam ascendens commercium init cum mundo corporeo, atqui certamen agit eiusmodi, vt vel simul ducat, vel non remaneat simul.* Et quidem animarum descensus ex sententia Aegyptiorum fit per Zodiacum in quo Deorum quique signo dominatur, vid. porphyrivm de *Nymphar. antro.* Sic & Pythagorici putabant, animam coelestem, dum illa inclinaret ad corporea gubernanda, fractis iam alis in elementa descendere, vid. ficinvs in *argument.* in *Phaedr. p. m. 441.* Hos & secutus est plato in *Phaedr. p. m. 450.* dicens: *Omnis anima totius inanimati curam habet, totumque percurrit coelum, alias videlicet sortita species. Perfecta quidem, dum est & alia, sublimis incedit, ac totum gubernat mundum, cui vero alae defluxerint, fertur quoad solidum aliquid apprehenderit, vbi habitaculum sortita, corpusue terrenum suscipit.* Nonnullis vero, de animae curru, alis, auriga, equis, legibus fatalibus &c. interiectis id magis explicat *p. 451.* subiiciens: *Si vero impotens* (anima) *assequendi non inspexerit, & casu aliquo vsa, repletaque obliuione & prauitate grauetur, grauata autem pennas confregerit, in terramque ceciderit, tunc probibet lex hanc in prima generatione in aliquam brutalem ire naturam; sed iubet eam, quae plurima viderit, in genituram viri Philosophi; eam vero, quae secundo loco, in regem legitimum descendere* &c. Vbi *seqq.* nouem animarum conditiones & reuolutiones ponit, animamque ad idem, vnde profecta sit, post decem millia annorum reuerti asserit. Sunt haec de descensu animarum apud Platonicos recepta dogmata, vt videre est apud porphyrivm *sent. 32.* & *libro* de *abstinent. II.* iamblichvm apud stobaevm *p. 108.* & *113.*

Bb 2 pro-

PROCLVM de *anim.* & *daem. fol.* 72. & *l. V.* in *Timaeum p.* 322. Idem confirmat FICINVS in *comment.* in *Platon. conuiu.* vel de *amore Orat. VI. c. IV. p. m.* 395. *Profecto Deus haec animis statim a se natis infundit, hi ex orbe lacteo per cancrum labentes in corpus, coelesti quodam lucidoque corpore inuoluuntur, quo circundati terrenis corporibus includuntur. Ordo enim naturae requirit, vt purissimus animus in corpus hoc impurissimum, non prius quam medium quoddam & purum tegmen accepit, decidere valeat, quod cum animo crassius sit, hoc autem corpore purius & subtilius commodissima a Platonicis iudicatur animae cum terreno corpore copula. Hinc itaque fit, vt planetarum animae nostris animis, corpora vero corporibus nostris septem illorum munerum vires a Deo datas statim ab initio & assidue confirment & roborent*; Add. IDEM *comment.* in *Timaeum c. XXXIIX. p.* 699. & EIVSDEM *Epistol. l.* X. *fol. m.* 171. vbi habet, per quas coeli plagas, animae descendant & adscendant, duas enim coeli portas esse dicit, nempe per cancrum animas ad inferiora transire, per capricornum vero illi oppositum animos purgatos reuolare in coelestem patriam; Ideo illa hominum, haec Deorum porta vocatur a MACROBIO *l.* I. *in Somn. scip. c. XII. p.* 40. Multa quoque huc spectantia collegit EVGVBINVS *l. IIX. c. XXIIX,* & LIVIVS GALLANTES *l. XII. comparationis*: Et quidem animam in eius descensu circa lunaris sphaerae confinia obliuionis coelestium potum haurire existimabant; Sic IRENAEVS *l. II. c. LIX.* refert: *Animae in hanc vitam, ab eo qui est supra introitum daemone, priusquam in corpora intrent, potantur obliuione, hoc ipsum; vnde scis, o Plato, cum sit nunc in corpore anima tua.* Plura ea de re ex narratione *Eri* Armenii, qui reuixerat, nec aquam Lethes seu obliuionis non biberat, adfert PLATO *dialog. X.* de *Republ. p. m.* 670. *seqq.* Add. OLYMPIODORVM in *Phaedonem c. XXXI. seqq.* SPENCERVM in *Origenis l. II. p.* 36. De daemonibus, quos animae vitam eligentes tanquam duces vitae electae accipiunt, ac quorum PLATO *c. l.* mentionem facit, ita differit MARSILIVS FICINVS in *argument.* ad *h. Dial. p.* 661. *Si quaeras quales potissimum daemones duces sint animarum in corpora descendentium respondebitur,*

tur, non coelestes, non ignei; Hi enim tanquam sublimiores reducunt animas, non deducunt; Item nec aquei, nec terreni; Hi enim tanquam infimae generationis artifices, non tam ducunt in fatali itinere animam, quam in praecipitia fati praecipitant, Aerei ergo restant daemones, medii per media duces; qui rationis diuinae comites humanam rationem in hoc itinere ducunt; Ex horum vero genere daemonum alii alias ducunt animas, Saturnii quidem Saturnias, Martii vero Martias, aliique similiter alias &c. In ipso igitur descensu animam coelesti aereoque inuolui corpusculo, quo mediante facilius corpori huic crassiori & mortali insinuari credebant. Illud PLATO in *Phaedr. p. m. 450. currum animae* & in *Timaeo p. m. 713. vehiculum* appellat; De vehiculi illius natura variae fuere Platonicorum sententiae, vt patet ex PROCLO in *Timaeum p. 311. & 320*, quorum alii vniuersi naturam animae currum esse voluerunt, alii astrum aliquid congenitum: alii mixtum quid ex coelestibus sphaeris, alii concretum aliquid ex vniuerso aethere. Magi enim Zoroastrici, nec non Pythagorici & Platonici existimarunt, animam, vt non vsque quoque ab omni corpore separatam haberi, sic nec prorsus inseparabilem esse substantiam, sed partim separabilem, partim inseparabilem, potentia certe semper separabilem, quia illi subtrahantur corpora, actu vero inseparabilem semper fecere, quia familiare corpus nanciscatur ex aethere, idque seruet per immortalitatem propriam immortale, vt optime exponit PLETHO in *orac. p. 85, animam vero, cum corpore aethereo tanquam vehiculo perpetuo versari, quod illa continuo attactu ad consortium quoque immortalitatis adsciscat, inanime quidem omnino suapte natura, sed ab anima tamen irrationabili altero animae genere donatum, (quod quidem sapientes idolum animae rationalis nuncupant) imaginandi vi praeditum & sensu, quod & ipsum totum per totum videat, audiat, omni denique sensu vigeat, & caeteris huiusmodi animae facultatibus brutis vtatur. Ita per potissimam huius corporis vim imaginandi, animam rationalem cum toto tali corpore iugiter esse contendunt: per tale vero corpus cum hoc mortali quandoque humanum copulari.* Atque haec vitae fons est & origo, qua corpus illud mortale viuit & spirat; Sic HIERO-

CLES: *Vita enim est corpus immateriale & vitam materialem generat, per quam corpus nostrum mortale perficitur, ex vita irrationali & materiali corpore compositum.* Zoroastrem iam animae duplex corpus nempe ostraceum (ὀςρεϊνὸν) seu testaceum, & aethereum αἰθέριον tribuisse, refert PORPHYRIVS de *abstinent.* Hoc autem corpusculum æthereum duabus tunicis constare, quarum primam vocabant *spiritalem* (χιτῶνα πνευματικὸν) alteram *lucidam* & *tenuem* (αὐγοειδὴ λεπτὸν καὶ ἀναφῆ ab aliis σῶμα φωτεινὸν, & αὐγοειδὲς ὄχεμα, it. Τῆς διαυγείας σωματικὸν ὄχημα) vocabant. Hoc testatur PSELLVS in *orac. p. 100.* Δυὸ χιτῶνας ἐπενδύουσι τὴν ψυχὴν οἱ Χαλδαῖοι καὶ τὸν μὲν πνευματικὸν ὠνόμασαν, ἀπὸ τοῦ αἰσθητοῦ κόσμου ἐξυφανθέντα αὐτῇ. Τὸν δὲ αὐγοειδῆ, λεπτὸν καὶ ἀναφῆ *Chaldaei*, inquit, *duabus tunicis animam induunt, & vnam quidem spiritualem nominarunt, a sensibili mundo ipsi contextam alteram vero luciformem, tenuem & intactilem.* False igitur LVC. HOLSTENIVS in *vit. Porphyrii c. IX.* dum Porphyrii verba apud AVGVSTINVM de *ciuitat. Dei l. X. c. IX.* explicare vult, sed qui hunc locum *Pselli* non vidit, asserit πνευματικὸν & λεπτὸν ὄχημα seu αὐγοειδὲς τῆς ψυχῆς σωμα, vnum idemque esse; Nec minus LOMEIERVS de *lustration. gentil. c XV. p 181.* haec non recte intelligens mire confundit, dum putat has tunicas nihil aliud esse quam corpus illud ὀςρεινὸν & αἰθέριον. De his animarum vehiculis conf. PLATO in *Phaedon. p. m. 503.* HIEROCLES *comment.* in *carm. Pythag. p. 67. seqq. 297.* & *301. seqq.* GALENVS in *f. l. VII.* de *dogmatibus Hippocratis & Platonis*, SVIDAS voc. Αὐγοειδὴς *p. 96.* ORIGENES contra *Celsum l. II. p. 97.* & *l. VII. p. 334.* ibique SELDENVS *p. 40.* & SYNESIVS de *somniis*; Huc etiam spectant ea, quae habet VIRGILIVS *l. VI. Aeneid. vers. 745. fol. m. 213.*

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem: purumque reliquit
Aethereum sensum: atque aurai simplicis ignem:

Equidem CHRISTOPHORVS LANDINVS ad *h. l.* ita intelligendum existimat, quod aether, ignis & aura sint tria corpo-

ra

ra tenuia, quibus animus inuolutus in terrenum corpus delabitur. *Neque solum animus ipse aurea, quando redit in coelum, purgandus est a corporea labe: sed etiam haec tria eius velamina purganda sunt a nebula contracta, a corporibus crassioribus.* Verum nullibi inuenitur, quod praeter corpus terrenum animae tria corpora seu vehicula a philosophis tribuantur, sed saltem duo nominantur, nempe πνευματικὸν, quod VIRGILIVS *hic* appellat aethereum sensum: & αὐγοειδῆ, quod vocat aurae simplicis ignem, siquidem etiam *Virgilius h. l.* saltem duorum facit mentionem cum aura & ignis non distinguantur, sed coniungantur; licet SERVIVS ad *h. l.* per aurae simplicis ignem intelligi velit ipsum DEum seu animam ipsam quippe diuinae aurae particulam, sibi tamen contrarius est, *fol. 200.* vbi explicat pro Sole. Atque igitur iuxta mentem Platonicorum tria sunt animae corpora seu vehicula, *primum* quidem coeleste seu aethereum, quod & immateriale, & simplex & sempiternum, *secundum* aereum, quod quidem materiale, sed quodammodo simplex & longioris aeui, ac in quo animae diutius habitant etiam post discessum, *tertium* terrenum seu ex quatuor elementis constitutum, quod & materiale compositumque & ad breue perdurans. Hoc igitur terreno animus, aëreo dissoluto, si videlicet purgatae non sint, iterum indui, si vero purgatae cum solo aethereo coelum petere. vid. MARSIL. FICIN. *argument.* in *Phaedonem p. m. 489.* & IDEM de *immortalit. animae. l. XIIX. c. IV. fol. 394. seqq.* vbi multa de animae vehiculo ex mente Platonicorum disserit; De vestibus & vehiculo animae in descensu iuxta sententiam Cabbalistarum vid. R. MOSCHEH KORDVERVS de *anima c. l.* in *Cabbal. denudat T. I. P. II. p. 128.* R. ABRAHAM COHEN IRIRA in *Porta coelorum diss. IIX. c. XIII.* in *Cabbal. denud. T. I. P. III. p. 171* vbi agitur, quomodo anima intelligens, descendat in corpus materiale. Add. *P. III. tract. II. Pneumat.* de *reuolutionibus animae* e *MS.* ex oriente perlato ex operibus R. IITZEHAK Loriens. Germani Cabbalistarum Aquilae latinit. donatus. De fine quidem descensus animae magna opinionum fuit varietas; Plurimae tamen in eo conueniunt, animam eo fine corpori immergi,

mergi, non vt in aeternum exilium missa sit, sed vt a terreno affectu purgata, per varias purgationum species, mortalitatis vinculis exsoluta, pura ac libera ad pristinam ἐυζωέαν seu beatam sedem, vel secundum nonnullos ad ipsum Deum autorem & originem suam, vnde effluxerat, reuerteretur, vid. STOBAEVS *Eclog. Phys. p. 113. 114.* Hanc quoque Chaldaeorum doctrinam fuisse patet ex *oracul. Animae viam vnde aut qua ratione, vbi corpori inseruieris, eandem rursus in locum, a quo fluxisti, extolles sacro sermoni opus adiungens.* Quod optime exponit PLETHO *p. 81. Magi, qui Zoroastrem sectantur, censent, vt & alii multi, animam humanam immortalem de alto descendere, mortali huic corpori inseruituram, hoc est ad aliquod tempus operam suam ipsi accommodaturum, & ipsum viuum effecturam, ornaturamque pro virili parte, mox eandem hinc retro, vnde profecta est, sese recipere; Cum autem plures sint ibi sedes animae, & alia quidem circumlucens, vndique tenebrosa alia, nonnullae, quae sunt inter illas mediae partim lucis, partim tenebrarum participes: ab ea certe quae omnino lucida est, animam in hoc corpus delapsam, si bene operam suam corpori accommodauerit, in eundem rursus locum recurrere; si male, in sedes has deteriores hinc se recipere, pro ratione eorum, quae in vita fecerit.* Sacro-Sanctum igitur verbum hoc loco intelligit (oraculum) quod fit de pietate, opus vero, sacrificium (τελετὴν). Dicit itaque oraculum, ad hanc animi erectionem vtendum esse vna cum sermone, qui fit de cultu diuino, etiam sacris mysteriis. Add. PSELLVM ad *h. l. p. 95. & 96.* In eadem quoque opinione fuisse Aegyptios adfirmat IAMBLICHVS de *myster. Aegypt. Sect. IIX c. IIX. p. 163.* ex mente eorum asserens: *Iam dudum ab initio ideo Deus animas demisit, vt ad se aliquando reuerterentur. Haec igitur reductio non arguit in Deo mutationem, nec pugnat descensus & ascensus animarum, sed quod videmus in vniuerso, ab essentia intellectuali genesis & vniuersum hoc dependet, sic & in animarum ordine, ab earum ad genesin inclinatione pendet haec ipsa à Genesi liberatio.* Sic & apud *Platonem* Demiurgus, vbi animas dimittit, ibi quoque ad se ipsum reuocat. vid. PROCLVM in *Timaeum p. 216.* Cum enim animam

mam necessitate quadam mortalis corporis vinculis includi inserique statuerent, vt PLATO in *Timaeo p. 714.* PORPHYRIVS *l. I.* de *abstinent. §. 30. seqq.* & in *sentent.* IAMBLICHVS de *mysteriis sect. I. c. XII. p. 22.* & *Protrept. c. II. V.* & *XIII.* SIMPLICIVS in *Epict. prooem.* & in *c. XIII.* SYNESIVS de *somniis*, & MACROBIVS *l. I.* in *somn. Scip. c. XI. p. m. 37.* & *c. XXI. p. 78.* docent. Et PLATO in *Cratylo p. m. 315.* asserit, Orphei sectatores corpus σῶμα dixisse, quod anima in corpore hoc delictorum det poenas, & hoc circumualloque claudatur, velut in carcere quodam. Add. ORIGENEM *l. IIX. contra Celsum p. 412.* & CLEMENT. ALEXANDRIN. *strom. l. III. p. 433.* & *466.* qui & aliorum Philosophorum sententiam de descensu animarum in corpus tanquam in ergastulum refert; Animam vtpote diuinae essentiae particulam seiugendam esse a corpore, & ad diuinitatem, vnde effluxerat, magis magisque reuocandam putabant, vid. BVDDEVS *diss.* de *error. Stoicor. §. III.* & *IV.* Hunc autem animae ascensum consistere credebant in purgatione animae a labe corporea, quod in materia seu corpore omnem quaerebant fontem mali, vid. BVDDEVS *dissert.* de Κάθαρσει *Pythagorico-Platonica §. IIX.* & DANIEL HEINSIVS ad *Maximi Tyrii dissert. XXXIV.* in *not. p. 130.* De ascensu autem animae ita disserit PORPHYRIVS *l. I.* de *abstinent.* interprete FICINO, *oportet nos, si modo ad illa, quae reuera nobis propria sunt, reuolaturi sumus, haec, quae & ex natura mortali nobis adsumpsimus, omnino deponere, una cum adfectione ad haec declinante, per quam descensio nobis contigit. Praeterea reminisci beatae & aeternae substantiae, ac dum ad incorporeum studemus ascendere, duo potissimum meditari, tum qua ratione esse, materiale caducumque deponamus, tum etiam, qua via reuertimus, contraria scilicet via redeuntes ad illa viae, per quam ad haec nostra descendimus* &c. *Quam ob rem si quando ad pristinum statum redire pro viribus affectamus, necessarium est a sensu & imaginatione, omnique irrationali, quae sequitur inde conditione, passionibusque eiusmodi animum penitus segregare, quatenus permittit naturae necessitas* &c. *Soluere itaque multa nobis indumenta debemus tum vi-*

sibile hoc indumentum, tum interiores adhuc nobis vestes adhibitas, non enim vitiorum effectus tantum deuitare debemus, sed effectus etiam ipsos radicitus extirpare. Nec non PROCLVS de *anima & daemone* eod. interprete *fol. 72. Nam animae descendenti adnatae sunt, ex mundo multiformes vitae vestesque variae trahentes quidem ipsam in compositionem caducam, obstantes autem contemplationi separatorum. Oportet igitur animam hinc ad naturam illam peruigilem rectam ducendam, amputare secundas tertiasque vires descendenti subortas.* Huc quoque spectant versus *carmin. aur. Pythagor.*

Sic vbi deposito vacuus te ceperit aether
Corpore, viuus ages semperque beatus.

Add. PLOTINVM *l. V. Enn. V. c. III.* & MARSILIVM FICINVM de *voluptate l. II. fol. m. 158.* & *c. IV. fol. 163.* De ascensu animae similia quoque dogmata habent Cabbalistae; Sic enim KORDVERVS de *anim. c. V.* in *Cabbal. denud. T. I. P. II. p. 132. Sunt etiam, quae dicunt tractando de anima, ascensum fieri pro ratione operis, ita vt si opera sint spiritualia & subtilia, ipsa deinde pro ratione vestis suae magis magisque eleuetur (cum gradus superiores etiam sint subtiles atque tenues,) ascendatque, de gradu in gradum, quousque admittit natura vestimenti eius, non admissa, nisi eo pertingat, meritum eius vlterius pro ratione intentionis eius.* Et ABRAHAM COHEN IRIRA, *Port. coelor. dissert. IIX. c. XIII.* in *Cabbal. denudat. P. II p. 172. Sciendum autem animam non descendere vel ascendere mutatione locorum & spatiorum, sicut pluuia motu locali delabitur, sed inclinatio eius ad corpus, & influxus eius in illud, quo illud viuificat, est descensus: ascensus autem tum dicitur, quo non inclinatur ad illud, nec illud viuificat, sed plastica conuertitur in rationalitatem, & rationalitas in intellectum, tunc dici potest, quod anima ascenderit in mundum intellectualem & diuinum; Sicut cum rationalitas ab intellectu auertitur, & inclinat ad plasticam, & haec ad congruitatem suam vitalem, tunc anima dicitur descendere in mundum corporeum & sensibilem, & illuc emergi,* §. *II p. 173.* Et haec non tantum est sententia Platonicorum, sed & Cabballistarum, prout & R. SCHIMEON *Ben Ioachi* docet,

cet, dum inquit: *Quod Lilith, quae est concupiscentia, vel eiusdem praefectus persuadendo seduxerit animam rationalem, donec illam excluderet e Paradiso superno, qui est intellectus diuinus: & quia hoc ipso amiserit facultates suas supernas & operationes suas intellectuales, hanc ipsam fuisse causam, vt descenderet in mundum hunc infimum Asiah.* Et hoc ipsum etiam docet RAMBAM & DON IEHVDA ABRABAMAEL. Adde *Pneumat. Kabbalistic. tractat. I. c. IV. §. IV. p. 213. seqq.* In omni autem animae ascensu (ἀνόδῳ) tres gradus (βαθμοὶ) notandi obueniunt. Etenim (Καθάρσις) *purgatio* praecedebat, deinde (ἀπαλλαγὴ seu λύσις) *discessus* vel *solutio*, sequebatur tandem (τελείωσις) *perfectio*. Hoc patet ex IAMBLICHO de *mysteriis Sect. V. c. VI. p. 121.* qui tamen ordinem non seruauit; *Ea intelligo*, inquit, *quae ad animae purgationem, (καθάρσιν), perfectionem (τελείωσιν), & ad eius e generationis sordibus emancipationem (ἀπαλλαγὴν) conferunt.* Sed IDEM *Sect. I. c. XII. p. 22.* ordine eos gradus recenset, dicens; *Enimuero si per preces ad Deos ascensus sacerdotibus praestet a passionibus quidem puritatem a generatione immunitatem, & ad principium diuinum vnionem, quid tandem patibile quisquam hic affingere potest.* Alii quidem plures gradus constituunt, sic PROCLVS de *Anima fol. 73. Multi gradus, per quos a multitudine ad vnum ascendimus contemplando: Primum ergo fugito variam affectuum multitudinem: secundo sensuum, tertio imaginationum, quarto opinionum inde pendentium &c.* Sed commode ad illos tres possunt referri. Et cum de animae *perfectione §. XVII.* agere reseruabimus, de eius *solutione & purgatione* iamiam quaedam proferre constituimus. Animae autem ascensum dupliciter fieri volebant: *primo*, quando anima reuera a vinculo corporis, quod expirauit, soluatur, & ad diuinam sedem redeat, vel Deo societur; *secundo* quando anima quidem in corpore, cui praeter naturam iuncta sit, & in quo tanquam in ergastulo & carcere coerceatur, adhuc degat, sed annitatur, quo à labe corporea quam maxime separetur, tota libera ac pura sit, ac denique Deo quam perfectissime assimiletur. Et quemadmodum naturalis mors solutio & separatio animae a corpore vocatur a PLATONE in

Phaedone p. m 494 & apud STOBAEVM *sermon. CXVII. p. 600.* ita & mors Philosophica seu quae fit per purgationem dicitur, quando anima se ipsam segregat, soluitque a corpore, vt hoc bene exponit PLATO in *Phaedone p. m. 494. Quicunque Philosophiam recte aliquando attingerunt, nihil aliud commentati sunt, quam mori, atque se esse mortuos*, & *p 495. Nonne apparet philosophus praeter ceteros homines animum quam maxime potest a commercio corporis segregare; p. 496. Atque dum viuimus ita, vt videtur proxime ad scientiam accedemus, si quam minimum cum corpore commercium habuerimus, neque quicquam communicauerimus cum illo, nisi quantum summa cogat necessitas, neque huius natura replebimur, sed ab eius contagione cauebimus, quoad Deus ipse nos soluat.* Quem adhuc magis explicat MACROBIVS *l. I.* in *Somn. Scip. c. XIII. p. m. 43. Nam Plato duas hominis mortes asserit; quarum vnam natura, virtutes alteram praestant; Homo enim moritur, cum anima corpus relinquit, solutum lege naturae; Mori etiam dicitur, cum anima adhuc in corpore constituta corporeas illecebras Philosophia docente contemnit; & cupiditatum dulces insidias reliquasque omnes exuitur passiones.* APVLEIVS de *Philosoph. moral. p. 25. Philosophum oportet nihil sic agere, quam vt semper studeat animam, corporis consortio separare, & ideo existimandum, Philosophiam esse mortis affectum, consuetudinemque moriendi.* PORPHYRIVS in *libro* de *occasionibus* seu *caussis ad intelligibilia nos ducentibus* apud STOBAEVM *c. l. Quod natura ligauit, id soluit natura, & quod anima ligauit, id ipsa rursum soluit. Ligauit autem natura corpus in anima, animam se ipsum in corpore: Natura igitur corpus ab anima solvit: anima vero se ipsam soluit a corpore.* IAMBLICHVS de *mysteriis l. I. c. XII.* ex PLATONE *c. l. p. 496. Purgatio autem in eo consistit, vt separetur quam maxime animus a corpore, assuefiatque per se esse absque corpore in se ipsum versus: id quod mori vocatur, solutio scilicet & separatio animi a corpore.* Add. PORPHYRIVM in *sententiis, sentent. VII.* Hinc duplex animae erat solutio: *Violenta* seu *αὐτοχειρία:* & *rationis* seu *suasus*, quod asserit PORPHYRIVS *l. I.* de *abstinent.* dicens: *Discessus autem a corpore fieri quidem potest*

potest cum violentia , fieri quoque cum persuasione quadam , & vt dixerit aliquis , per obliuionem mortemque affectuum , quae quidem optima discessio est , quippe quae cum nihil trahat secum , ipsius ex quo animus ipse diuellitur &c. Add. MACROBIVM *c. l.* qui multis argumentis ex *Platone* & *Plotino* petitis probat posteriorem hanc mortem omnibus appetendam: priorem accersendam non esse, sed expectandum, dum Deus animam ac corpus dissoluat. Violentam animae solutionem tanquam valde periculosam prohibet quoque *oraculum Chaldaic.* dicens: *Ne educas animam, ne exiens a corpore habeat aliquid periculi,* conf. omnino PLETHO in *scholiis p. 87.* & PSELLVS *p. 93.* qui hoc eodem modo pluribus explicant. Add. quoque PLOTINVM de *animae irrationalis eductione l. IX.* qui idem oraculum refert; Sed alibi *Chaldaeus* omnem mortem violentam laudat, dicens: *Vi corpus relinquentium animae sunt purissimae;* Hoc tamen oraculum non inuenitur apud PLETHONEM, sed citatur a PSELLO *p. 105.* Solutionem vero animae moraliter quoque obtineri posse, pariter docet *oraculum* hisce verbis: *Animae expulsores , illam respirare facientes, sunt solutu faciles*: Quod ita explicat PSELLVS *p. 105. Ne quis dicat cupere se quidem animam a corpore dissoluere, sed non posse, ait oraculum, facultates quae animam e corporea natura trahunt, eamque a vitiis & aerumnis in corpore perpessis quasi respirare faciunt, abruptu faciles, id est, illas ipsas facultates liberas nec ab ulla natura coërcitas, ea potestate vigere, vt animam e corporeis vinculis generose admodum expedire & liberare valeant*, et PLETHO *p. 83.* dicit: *Rationes quae animum expellunt scilicet a flagitiis, eumque respirare sinunt, sunt solubiles, & obliuio, quae eas detinet, facile eximi potest;* Huius autem (non Physicae vel naturalis sed moralis seu rationalis) *solutionis* animae, iterum duplicem viam statuebant, vnam nempe *Philosophicam*, seu vbi ascensus fiebat per quatuor virtutum gradus, de quibus PLOTINVS in *libro* de *virtutibus* apud MACROBIVM *l. I. in Somn. Scip. c. VII. p. 31. quatuor sunt* , inquit , *quaternarum genera virtutum. Ex his primae politicae vocantur, secundae purgatoriae, tertiae animi iam purgati, quartae exemplares;* Et

PORPHYRIVS *libro* de *occasionibus ad intellig.* apud STOBAEVM *Serm. I. p. 23.* ait: *Qui secundum practicas agit, dicetur* (σπȣδαῖος) *vir virtuti deditus. Qui vero secundum purgatiuas, daemonius erit homo, aut etiam daemon bonus. Qui vero secundum eas tantum, quae mentem respiciunt diuinus: qui vero secundum exemplares Deorum pater.* Add. SPEVSIPPVM de *Platonis definitionibus*, plura vid. supra §. *XIII. p. 135.* & apud autores ibi citatos. Alteram *Telesticam* seu *Theurgicam*, qua anima sacris & ritibus & mysteriis ad beatitatem perducebatur. De hac via loqui videtur IVLIANVS IMP. *Orat. V.* in *Matrem Deorum opp. p. m. 172.* cum dicit: *Iam vero si arcana illa & mystica persequi velim, quae circa septem radiis insignem Deum Chaldaeus* (DIONYSIVS PETAVIVS quidem in *not.* ad *h. l. p. 88.* putat illum Chaldaeum a Iuliano intelligi, cuius mentionem facit *Porphyrius* apud AVGVSTIN. de *ciuit. Dei l. X. c. IX. p. m. 298.* sed nobis potius videtur, hic denotari autorem *orac. Chaldaic.* quae vulgo *Zoroastri* inscribuntur. In illis enim *oraculis* iam *cit.* apud PSELLVM *p. 97.* & PLETHONEM *p. 81.* mentio fit de *gradibus septem vias habentibus*, qui nihil aliud sunt, quam hi septem radii, seu septem planetarum orbes, per quos sicut anima in terram ferri dicitur, ita ipsi per eosdem sursum est ascendendum) *celebrauit, vt per illum animas in sublime prouehat, obscura quaedam eloquar, & in vulgus ignota maxime, tametsi beatis illis hominibus, qui theurgicis sacris operantur, probe sint cognita.* Per Deum hic non alium intelligit, quam Solem, de cuius arcana & diuina virtute animas post mortem in sublime euehendi agit *Orat. IV.* in *Solem p. 152.* dicens: *ac diuiniora quidem, & quae in animos deriuantur, commoda, cum & illos corporum vinculis exsoluit, & ad cognatas Dei substantias reducit, & subtile firmumque diuini splendoris quasi vehiculum, quoad generationem tuto demittantur, animis assignat.* Vim autem istam euehendi iuxta Theologos seu potius Theurgos consistere in septem radiis confirmat PROCLVS in *Timaeum l. II. p. 11.* Illam viam scilicet Philosophicam probarunt *Plotinus* & plerique Philosophi: hanc vero defendebant *Iamblichus, Syrianus, Proclus*, ceterique ἱεϱατικοὶ. POR-

PHYRIVS

phyrius *l. I.* de *ascensu anim.* iuxta *fin.* nullam animae liberandae viam vniuersalem receptam docet; Sic enim conqueritur apud Augustinum de *ciuit. Dei l. X. c. XXXII. p. 326.* qui ex illius libro haec produxit: Hanc nec ostendere *Philosophiam*, nec *Indorum mores*, nec *Chaldaeorum inductionem.* Magis tamen Porphyrio *sent. XXXIV.* placet via Philosophica, quam Telestica. Multa praeter hactenus citatos de animae ascensu habet Iamblichus apud Stobaeum *Eclog. Phys. l. I. p. 113.* & *p. 143.* Proclus in *Theolog. Platon. l. IV. c. XVI.* & *XXVI.* nec non in *Timaeum p. 328.* Hierocles in *fin.* ad *Carm. Pythagor.* de purgatione & solutione animae pluribus. Sicut vero in naturali animae ascensu, seu qui fit per veram animae a corpore solutionem, ei adiungebant daemonem, qui ψυχοπομπὸς vel ἀναγωγὸς dicebatur, quia ille mentem ex corpore ἀνάγειν, i. e. ad superiora ducere credebatur, de quo reductore vid. Platonem in *Phaedone p. m. 516.* Apuleium de *Deo Socratis*, Proclum *Theolog. l. VI. c. XXII.* & in *Alcib. I.* seu de *anima & daemone*, & Psellum in *orac. p. 103.* adde ea, quae paulo ante de animarum ducibus in eius descensu diximus; Ita quoque docebant rationalem animae ascensum, & quidem illum, qui via theurgica fit, non posse institui vel perfici sola cura studioque humano, sed opus esse daemonibus vel diis, qui animae purgationem & liberationem a genesi mundana doceant; Hoc confirmat Iamblichus de *mysteriis Sect. IIX. c. IIX. p 163.* *Iam vero & hoc licet dicere in vnoquoque Deorum etiam apparentium inesse intelligibilia principia, per quae animabus a mundorum Genesi fuga ostendatur & liberatio. Si quis autem duos tantum Deorum ordines relinquat, mundanos scilicet & supramundanos, per hos sane animae liberari possunt, & haec omnia in tractatu de Diis* (qui hodie non extat, sed iniuria temporum interiit) *accuratius disputantur, tum quinam Dii ad superos praecipue duces sunt, & secundum quales suas potentias & quomodo fatum soluunt, & per quos sacrorum ascensus, & qualis ordo sit naturae mundanae, & quo pacto intellectualis actio perfecta huic dominetur.* Sic quoque Porphyrius apud Augustinum de *ciuit. Dei l. X. c. IX. p. m. 298.* admonet vtendum

alicuius

alicuius daemonis amicitia, quo subuectante, vel paululum possit eleuari a terra quisque post mortem. Huc quoque spectat illud effatum in *carm. Pythagor.*

Iupiter alme, malis iubeas vel soluier omnes,
Omnibus vtantur vel quonam daemone, monstra
At confide: hominum diuina est stirpis origo.

Per daemonem intelligitur ille animarum reductor, siue haec accipias de naturali vel rationali animae ascensu add. HIEROCLEM. ad *h. l.* Haec satis dicta sunto de animabus in genere ex sententia Theurgorum: nunc in specie de *purgatione* seu κάθαρσει adhuc agendum. De huius nominis notatione vid. EZECH. SPANHEMIVM in *obseruat.* ad *Iuliani Imp. orat. I p. 259.* & IO. LOMEIERVM de *vet. gentil. lustrat. c. I p. 5. seqq.* qui *p. 11.* purgationes seu lustrationes ita describit: *Sacrae lustrationes sunt actiones & caeremoniae religiosae, instigante κακοζηλία diaboli, obstreticante hominum superstitione ac ἐθελοθρησκεία a gentibus institutae, & solennibus personis, rebus, ritibusque adhibitis peractae, quibus se a peccatis purgare, mala auertere, Numenque placare conabantur.* Institutum & rationem purgationum referebant ad ipsos Deos: Sic enim ab ORPHEO vel ONOMACRITO in *Argonauticis vers. 1230.* θεῖοι καθαρμοὶ *diuinae*, seu a diis profectae, *purgationes* dicuntur. Quapropter illam puram esse ac peragi requirebant, quod affirmat IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect. I. c. XIII. p. 24.* *Sane lustratio, quae flectit ad nostri curam deos, quae reconciliat eorum beneuolentiam & priuationem illam tollit, omnino ipsa pura & immutabilis censeri debet.* Purgationes tam in hac vita quam in altera institutas esse existimarunt; Sic enim SERVIVS ad *VI. Aeneid. v. 340. fol. m. 200.* testatur; animas recedentes a corporibus sordidiores esse donec purgentur, purgatas autem peruenire ad circulum lunarem vel solstitialem pro modo purgationis; plura de purgationibus animae post hanc vitam, vid. apud LOMEIERVM *c. XV. p. 198. seqq.* & PETR. DAN. HVETIVM *Alnetan. quaestion. l. II. c. XXIV. p. 300. seqq.* & *305. seqq.* In hac vita purgationes fieri statuebant vel via *Philosophica*, vel *Telestica*; Qua de causa & ipsa Philosophia describitur

tur ab HIEROCLE *Comment.* in *aur. Pythag. carmin.* quod sit *humanae vitae purgatio & perfectio. Purgatio quidem a materiali brutalitate & corpore mortali; Perfectio autem, propria beatitudinis recuperatio, ad diuinam similitudinem reducens;* Et ALCINOVS de *doctr. Platon. c. I. Philosophia est appetitio sapientiae vel solutio animae a corpore & conuersio quaedam ad ea, quae vera sunt atque diuina.* Istius autem viae purgatiuae per *Philosophiam* iterum diuersi erant gradus: *Primus* gradus consistebat in sobria ac moderata victus ratione, & abstinentia a Venere, atque iis, quae terreni corporis molem leuiorem reddere credebant, de quibus agit pluribus PORPHYRIVS *quatuor libris* de *abstinentia a cibo animalium;* quo trahunt quoque versus *carm. Pythagor.* circa *fin.*

Purgatumque animum damnis seruabis ab istis
Sperne cibos cautus, veluti purgamina monstrans
Atque animum soluens dixi:

Pythagoram enim quaedam purgationum media per abstinentiam suis discipulis, vt vigilantes & somniantes cum diis versarentur praescripsisse testatur IAMBLICHVS in *vita Pythagorae c. XVI. n. 68. & 70.* A quibus cibis suos Pythagoras & cur abstinere voluerit *Idem* IAMBLICHVS docet *c. XXIV. n 106. Omnino autem cibos reiiciebat, diis ingrati, qui essent, quia nos a Dei familiaritate abducerent. Abstinere & ab iis iubebat, quae sacra censebantur, quia reuerentia digna essent, neque communi hominum vsui conducerent. Monebat autem cauere ab iis, quae facultatem diuinandi, puritatem animae, castitatem, sobrietatem aut virtutis habitum impedirent.* Add. DIOG. LAERTIVM *p. 222.* HIEROCLEM *p. 302.* GELLIVM *l. IV. c. I.* Orpheum quoque eiusque sectatores ab esu animalium abstinuisse, PLATO *l. VI. de legibus p. m. 285.* & PLVTARCHVS *sympos. iac. p. 159.* testantur. *Alter purgationis* modus fiebat amputatione adfectuum & separatione animae a vinculis corporeis: de quibus purgationibus ita disserit PORPHYRIVS in *libro* de *occasion. ad intelligib.* apud STOBAEVM *serm. I. p. 22. Purgationes hae dicuntur in abstinentia spectatae actuum corporis & compassionum consensusque naturalis,*

qui est ad illud: Duplices autem esse paulo post asserit: *Quoniam autem purgatio alia quidem est, quae emaculat, alia vero ab omni fece & labe repurgatorum: Virtutes illae purificantes secundum vtraque haec significata purgationis considerantur: nam animam & purgant, & purgatae iam conseruantur. Finis enim ipsius purgandi est, purgatum esse. Sed quoniam purgari est purgatum esse, est ablatio omnis alieni bonum ipsum diuersum quiddam norit ab illo quod purgat.* Quomodo haec purgatio instituenda sit, pluribus docet *p. 23.* & *24.* add. PLOTINVM *Ennead. I. l. II. c. V.* EVNDEMQVE in *libro* de *virtutibus* apud MACROBIVM *l. I. in somn. Scipion. c. VII. p. 31.* De qua & PLATO in *Phaedone p. 496.* ait: *Purgatio vero nonne in hoc consistit, vt quam maxime possumus, seiungamus a corpore animum:* IVLIANVS IMP. *Orat. V. opp. p. m. 163. Haec est autem recta & legitima purgatio, ad se ipsam conuerti & animaduertere, quemadmodum anima & mens immersa materiae coniunctarum ibidem cum materia fortunarum velut expressa quaedam imago effigiesque sit.* De sententia *Pythagorae* quoad hanc purgationem animae vid. PORPHYRIVS in *vit. Pythag. c. XVII. n. 72.* LAERTIVS *p. 222.* *Tertius* purgationum gradus consistebat in purgatione per Mathematicas disciplinas: Sic PORPHYRIVS in *vit. Pythag. p. 201. Menti perpurgatae disciplinae vtilia quaedam adhibenda sunt.* Sententiam Pythagorae de purgatione scientiis Mathematicis vid. apud TH. STANLEIVM in *histor. philosoph. P. IIX. discipl. Pythag. P. II. c. I. p. 716 seqq.* Platonis autem sententiam de tali purgatione exponit ALCINOVS de *doctrina Platonis* ex interpret. *Dan. Heinsii c. XXVII. p 517. Praeparationes autem & quasi purgationes eius qui in nobis est daemonii, si maioribus initiari volumus disciplinis per Musicam, Arithmethicam, Astronomiam ac Geometriam fiet optime.* Add. HIEROCLEM *p. 305.* ubi animam rationalem Mathematicis disciplinis purgari ait. De *ultimo* purgationis gradu per contemplationem, vel eleuatione in vera contemplatione mentali consistente videri omnino meretur PLATO in *Phaedon. p. 497.* & HIEROCLES *p. 305. seqq.* De solutione seu eleuatione animae ex mente Iudaeorum vid. *Sect. I. c. XXXII. §. IV. introduct.* in *libr.*

Sohar

Sohar e scripto R. NAPHTHALI HIRZ F. R. IAACOB ELCHANAM quod vocat *vallem regiam* in *Cabbal. denud. T. II. P. I. p 200.* De hisce diuersis modis, quibus homines ad illam κάθαρσιν peruenire posse senserint Philosophi conf. LOMBIERVS *lustrat. gentil. c. XV. p. 184.* FABRICIVS in *prolegom.* ad *Marinum* de *vita Procli* & BVDDEVS *dissert. de κάθαρσει Pythagorico Platonica.* Alia purgationis via erat *telestica*, seu quae fiebat per Teletas; haec purgatio erat varia pro varietate Deorum, quorum in tutela purganda anima esse credebatur; Nam Solis, Lunae, Mithrae, Isidis, Cereris, Dionysi &c teletas praedicant. Putat *Porphyrius* nullorum Deorum teletis hominem posse purgari, sed sola principia, id est Deum summum & Demiurgum, eum posse purgare, sicut refert AVGVSTINVS *l. X. c. XXIII. p. 315. Dicit etiam Porphyrius diuinis oraculis fuisse responsum, non nos purgari Lunae teletis atque Solis: vt hic ostenderetur nullorum Deorum teletis hominem posse purgari. Cuius enim teletae purgent, si Lunae Solisque non purgant, quos inter coelestes Deos praecipuos habent? Denique eodem dicit oraculo expressum principia posse purgare, ne forte cum dictum esset non purgare teletas Solis & Lunae alicuius alterius Dei de turba valere ad purgandum teletae crederentur. Quae autem dicat esse principia tanquam Platonicus nouimus. Dicit enim Deum Patrem & Deum Filium, quem Graece appellat, paternum intellectum vel paternam mentem: de Spiritu Sancto aut nihil, aut non aperte aliquid dicitur, quamuis quem alium dicat horum medium non intelligo.* Ab eo tamen dissentiunt omnes hieratici, hinc & purgatio inter quinque initiationis gradus prima refertur, vt patet ex *not. praeced.* quod & vult IVLIANVS IMP. *Epist. LII. opp. p. 436. Tantum ab eo sumus, vt priuatim sacrilegorum* (ita adpellat Christianos) *quempiam velimus unquam, aut vel levissime cogitemus, in sacrorum illorum, quae penes nos sunt religiosissima communionem recipere, priusquam & animam supplicationibus ad Deos & corpus legitimis purgationibus expiatum habeat.* Et LONGIANVS Philosophus gentilis scribit hac de re ad *Augustin. Epistola*, quae inter *Augustini epistolas* extat *XXI*: *Via est, qua purgati antiquorum sacrorum piis praeceptis, expiationibusque purissimis,*

mis, & abstemiis obseruationibus decocti, anima & corpore constantes deproperant. Sic & PLATO in *Phaedr. p. m. 452. At pulchritudinem tunc licebat videre clarissimam, quando cum beato illo choro felicem visionem contemplationemque secuti cum Ioue quidem nos, alii vero cum alio quodam Deorum viderunt & initiati sunt sacris, quae fas est dicere sacrorum omnium beatissima (pulchritudo) quae operamur integri quidem nos & malorum expertes quod in posterum manebant, integra quoque & simplicia immobiliaque & beata spectacula initiati sunt inspectantes pura in luce puri & immaculati, solutique ab hoc, quod nunc circumferentes, corpus vocamus, in modum ostreae huic allegati.* Et a Choro in *Euripidis Bachis vers.* 73. dicitur: *O felix quicunque beatus sacra Deorum sciens purificat vitam: Et consecrat animam, in montibus bachans, sacris purgationibus.* Quo pertinent, quae SERVIVS ad *Virgil. I. Georg. vers. 166. fol. m. 31.* notat: *Mystica Iachi, ideo ait, quod liberi Patris sacra ad purgationem animae pertinebant: & sic homines eius mysteriis purgabantur, sicut vannis frumenta purgantur.* Et CHRISTOPH. LANDINVS ad *eund. loc.* commentatur: *Vannus enim purgat fruges, & quoniam sacris Bachi putabant animas purgari, idcirco in illis vannum adhibeant, vt huiusmodi purgationem significarent.* Conf. IAC. GOTHOFREDVS ad *l. V. C. Theod.* de *malefic. & mathemat. T. III. p. 122.* & EZECH. SPANHEMIVS ad *Callimachi hymnum* in *Cererem. V. 127.* & in *Obseru.* ad *Iuliani Imp. orat. I. p. 260.* Tria autem purgationum genera in sacris praecipue fuisse vsitata docet SERVIVS ad *VI. Aeneid. fol. m. 213.* Nam aut *taeda* & *sulphure* purgabantur, aut *aqua* abluebantur, aut *aëre* ventilabantur, de quibus singulis fuse agit LOMEIERVS *c. XVII. XIIX.* & *XIX.* in compendio vero EDVARDVS Baro HERBETVS de CHERBVRY & CASTRI in *Theolog. gentil. p. 269.* Et quidem de ignis vi purgativa in sacris differit IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect. V. c. XII. p. 128. Vt Dii igne velut fulmineo materiam abscindunt ab eaque separant res immateriales quoad essentiam, obstrictas vero & ei illigatas; efficiuntque ex patibilibus impatabilia; Ita quoque noster ignis diuini agilitatem imitando, omne quod in sacrificiis est materiale,*

le, absorbet; quae offeruntur, purgat soluitque materiae vinculis, & ad diuinam communionem reddit apta per naturae puritatem: atque nos eodem pacto soluit a vinculis generationis, aliisque assimilat, & ad Deorum amicitias aptas nostramque naturam materialem ad immaterialem attollit. Hanc purgationem praecipit quoque *oracul.* his verbis: *Ne vero materiae faeces in praecipitio relinquas*: quod PSELLVS *schol. p. 93.* ita explicat: *admonet igitur oraculum, vt & ipsum corpus, quod per materiae faecem innuit, igne diuino absumamus & expurgemus, aut decordatim in aethera eleuemus.* De hac purgatione, quae fiebat igne, conf. IAMBLICHVS *Protrept. c. XIII.* PROCLVS in *Tim.* & in *Polit. p. 382. 392.* add. quoque CLEMENS ALEXANDR. *l. IIX. stromat. p. m. 714.* ORIGENES *contra Celsum l. IV. p. m. 168. l. V. p. 249.* ibique SPENCERVS *p. 49.* nec non FICINVS *l. I. Ennead. II.* Cumque ea purgationum genera primitus tanquam symbola interiorem animae purgationem adumbrare deberent, ea posthabita cortici externisque saltem inhaesum esse bene obseruat HERM. WITSIVS de *Theolog gentil. T. II. miscel. exercit. XX. p. 678.* Vt vero animae purgatio sit perfectior sublimiorque ad Theurgiam processerunt: Quamuis *Porphyrius* purgationem per Philosophiam praeferret, & Philosopho theurgicae artis purgationes nequaquam necessarias sentiret; confitetur tamen eos, qui philosophari non possint, theurgicos homines, a quibus non quidem in anima intellectuali verum saltem in anima spiritali purgentur, inquirere debere, vt pluribus constat ex AVGVSTINO de *ciuit. Dei l. X. c. XXVII. p. 319.* Theurgiam enim *Porphyrius* apud AVGVST. de *ciuit. Dei l. X. c. IX p. m. 298. vtilem dicit esse mundandae parti animae, non quidem intellectuali, qua rerum intelligibilium percipitur veritas, nullas habentium similitudines corporum.* Nam diuinam illam partem non opus habere purgatione, vt quae semper supra mundum fuerit, nec a Diis abscesserit, quibuscum essentialiter connectatur, nec reuera contaminari potuerit: *sed spirituali, qua corporalium rerum capiuntur imagines. Hanc enim dicit, per quasdam consecrationes Theurgicas, quas teletas vocant, idoneam fieri atque aptam susceptioni spirituum & an-*

gelorum, ad videndos Deos. *Ex quibus tamen theurgicis teletis fatetur intellectuali animae, nihil purgationis accedere, ad videndum Deum suum, & perspicienda ea, quae vera sunt.* Sed IAMBLICHVS putat ad vtramque animam seu animae partem aut vitam pertingere theurgicas operationes. Sic enim *Sect. IIX. c. VI.* de *myster. p. 162.* *His ita positis anima, quae nobis aduenit a mundis, mundorum quoque obtemperat motibus, illa vero, quae ab intelligibili deriuatur, adestque intelligibiliter est quidem supra orbem geniturae, & iuxta hanc soluimur a fati vinculis, & ad Deos adscensus intelligibiles & theurgia omnis, quae quidem ad ingenitum ducit, iuxta hanc vitam perficitur.* Plura de animae purgationibus per theurgicas operationes vid. apud AVGVSTINVM *tot. lib. X.* de *ciuit. Dei.* add. THOM. GALE ad *Iamblichum c. l. p. 308.* Multa quoque de animae purgatione tradunt Cabbalistae; Sic *introduct. in libr. Sohar Sect. V. c. XXXII. §. XIII.* in *Cabbal. denud. Tom. II. P. I. p. 305.* *Finis autem omnium animarum & arborum est, vt purificentur & sanctificentur, & de omni particula cuiusque tollatur impuritas, quae tandem omnis collabitur in extremitatem vltimam, quae purificari nequit, abitque in perditionem, vbi est stercus feruens.* Et quis non vidit doctrinam Mysticorum de via purgatiua, illuminatiua & vnitiua, de quibus supra §. *XIII. not. 1. p. 134. sequ.* dictum, haustam esse ex dogmatibus Theurgorum de animae ascensu per tres gradus, nempe καθαρσιν, λυσιν & τελειωσιν, quibus perfecte respondere facile patet, si ea inuicem conferre velis. Et nonne istae viae Mysticorum bene conueniunt cum iis, quae de virtute orationis nempe reductiua, perfectiua & impletiua seu unitiua pluribus disserit IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect. V. c. XXVI. p. 141.?* Si itaque dicendum, quod res est, non negandum, quod nonnulla ex his possint admitti, cum ista etiam S. Scripturae conueniant, vt probat BVDDEVS *diss.* de καθαρσει *Pythagor. Platonic. § XXV.* Nimis tamen late illos progredi idem adfirmat §. *XXVI.* cum doceant purgationem non posse institui vel perfici sola cura studioque humano, verum opus esse subsidiis diuinis bonorumque geniorum, qui propterea a Deo sollicitis ac seriis precibus sint exigendi, vel etiam certis

certis teletis seu vinculis attrahendi; Huiusmodi purgationis modum antiquissimis temporibus obtinuisse liquet ex PLATONE *Dial. II.* de *Republ. p. m. 548. Vates insuper*, inquit, *& arioli ad ianuas diuitum accedentes persuadent vim habere a Diis sacrificiis & carminibus acceptam purgandi per celebritates & oblectamenta quaedam, si quod scelus ab his, aut eorum maioribus patratum fuerit, & nocendi paruo etiam sumtu, cuicunque velint inimicorum & iusto pariter & iniusto. Asserunt quippe tum blandimentis quibusdam tum vinculis se Deos inducere, vt sibi in his omnibus obsequantur. Ad haec omnia poetarum afferunt testimonia*: paulo post *p. 549: Libros circumferunt Musaei & Orphei, Lunae & Musarum filiorum, secundum quos sacra celebrant, persuadentes non priuatis solum, verum etiam ciuitatibus solutiones & purgationes scelerum per sacrificia cum ludorum oblectamentis fieri & viuentibus & defunctis: quas quidem Teletas, id est, expiationes vocant, quae nos ab illis, quae illic mala sunt, liberent.* Optime harum purgationum falsitatem & impietatem detexit AVGVSTINVS de *Trinit. l. III. c. X.* dicens: *Diabolum animas deceptas illusasque praecipitasse cum polliceretur purgationem animae per eos, quos* τελετὰς *appellant, transfigurando se in angelum lucis per multiformem machinationem in signis & prodigiis mendacii.* Et IDEM de *ciuit. Dei l. X. c. XXVII. p. 320. Theurgi vero illi vel potius daemones, Deorum species figurasque fingentes, inquinant potius, quam purgant humanum spiritum falsitate phantasmatum & deceptoria vanarum ludificatione formarum. Quo modo enim purgent hominis spiritum, qui immundum habent proprium? alioquin nullo modo carminibus inuidi hominis ligarentur: ipsumque inane beneficium, quod praestaturi videbantur, aut metu premerent, aut simili inuidentia denegarent*; Respicit hic AVGVSTINVS ad ea, quae supra *c. IX. p. 298.* de Chaldaeo quodam ex Porphyrio retulit, qui conquestus est, purgandae animae magno molimine frustatus sibi esse successus. cum vir ad eadem potens tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. Add. AVGVSTINVM *tot. libr. X.*

in quae ipsos sponte inclinare credebant. ***)

§. XVII.

***) Sacrificia, quae in Theurgia adhibebantur, consistebant in materia pura ac Diis recipiendis idonea, vt erant ligna, lapides, olera, aromata &c. quod testatur IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. V. c. XXIII. p. 138. Sed nec mirum cuiquam videatur, si & materiam aliquam puram & diuinam esse asseramus, nam ipsa quoque materia, cum ab opifice patreque omnium* (a demiurgo) *facta sit, merito perfectionem sui quandam accepisse censenda est aptam ad Deos suscipiendos. Proinde quaecunque materia reperiatur perfecta & pura & boniformis ad suscipiendos Deos non est inepta. Nam cum oportuerit etiam terrena nullo modo expertia diuinæ communicationis fore, ipsa quoque terra diuinam quandam portionem inde suscepit, ad capiendos Deos sufficientem. Illud igitur sacrorum sapientia* (ἡ θεεργικὴ τεχνη) *obseruant, & sic tam in communi, quam proprie unicuique Deorum competentia susceptacula excogitans, saepe componit in vnum lapides, herbas, animalia, aromata, sacra & perfecta & deiformia atque deinde ex his omnibus susceptaculum purum & perfectum fabricat* &c. Et *p. 139. Nonne igitur huiusmodi materia sacrificium Deos ad se ostendendos excitat, & ad comprehensionem continuo prouocat, capitque eos aduenientes & perfecte ostendit?* Plura de materia vid. apud SIMPLICIVM in *fine l. Phys.* & PORPHYRIVM *sent. XXI.* Quanquam primitus hae res materiales, quae in isto cultu adhibebantur, saltem erant quaedam symbola, quæ varia inprimis autem animae puritatem adumbrare debebant, deinde tamen ea nimis late extenderunt, iisque vim ac necessitatem quandam tribuerunt, & interno cultu posthabito magis ad caeremonias istas progressi sunt. Putabant enim telesticam seu rituum ac caerimoniarum scientiam ope & potentia materialium terrestrium animam perfectam reddere, huiusque disciplinae opera certis ritibus adhibitis Deos vel daemones in hominum colloquium venire, quod affirmat PSELLVS *schol.* in *orac. p. 97. At Chaldaeus ait non aliter nos ad Deum deduci posse, nisi animae vehiculum materialibus caerimo-*

niis

niis aptum reddamus atque firmemus, arbitratur enim animam linguis, herbis & carminibus lustrari, agilioremque ad ascensum reddi. De quibus materialibus vid. PROCLVS *l. I. Theol c. III.* & in *libello* de *sacrificio* & *magia.* Antiquitus enim abstinuisse a mactandis animalibus, sed frugibus unumquemque deorum in sacrificii veneratos esse probat CYRILLVS *l. IX. contra Julianum p. 306.* Quod idem refert PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* interpret. *Ficino: Primi sacrificatores non animalia sed herbas primum floresque deinde arbores sacrificarunt, atque aromata subfumigarunt.* Et paulo post subnicit: *Tribus de causis Diis sacrificandum est, vt veneremur, vt gratiam referamus, vt necessaria ab ipsis petamus malaque propellamus. Ad haec autem impetranda votum animi satisfacit, cui addi possunt ex frugibus munuscula quaedam. Alia vero mactare nefas est.* Orpheum iam ab omni animalium mactatione sollicite abstinuisse testantur PLATO de *Legibus l. VI. p. 825.* & PLVTARCHVS *Symposiac. p. 159.* adeo vt & in sacrificiis deorum victimarum loco suffitiones commendauerit teste PLINIO *l. XXV. c. II.* conf. MARSILIVS FICINVS ad *Plotin. l. IV. Ennead. IV. c. XXXIIX.* Quod & Pythagoras ab animalium victimis suos abstinere voluerit, refert PHILOSTRATVS in *vita Apollonii l. I. c. I. p. 1.* de Pythagora: *Ab animalium esu abstinuisse, nec tale quicquam omnino sacrificandum putasse, quod nefas esse diceret deorum aras sanguine foedari. Sed cibis mellitis thureque & laudationibus magis erga deos vtendum esse putaret, talia enim ab hoc viro saepius diis offerebantur. Asserebat insuper sibi compertum esse deos immortales huiusmodi sacris longe magis quam hecatombe, quamque in canistro cultro gaudere.* Eadem de Pythagora tradit SVIDAS voc. *Pythagoras p. 844.* add. PORPHYRIVM & IAMBLICHVM in *vit Pythagorae.* Huiusmodi animalium sacrificia conuenire saltem daemonibus malis, non vero diis asserit quoque PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinentia* interprete *Ficino: Nouit profecto vir sapiens daemones quidem malos animalium victimis delectari, & in eis futura portendere. Deos autem eiusmodi victimis non egere qui sane adorantium mores inspiciunt maximum sacrificium existimantes rectum de ipsis atque de rebus iudicum.*

dicium. Nam apud deos optima est oblatio pura mens & perturbationum vacuus animus. Hinc Plato bono quidem viro conuenire ait sacrificia operari diuinaque interesse. Malum vero frustra in sacrificiis laborare. In *libro* vero de *Philosophia responsorum ex oraculis Apolloniis* docet, quo inferiores sunt dii eo tristioribus gaudere hostiis, ita vt diis terrestribus & infernis furuae quadrupedes mactentur, & terrestribus super aras, infernis autem in foueis. In quibus igitur deorum sacrificiis victimas aut hostias antiquo more caedere non licuit. vid. ALEXAND ab ALEXANDRO *genial. dier. l. II. c XXII. fol. m. 91.* & *l. IV. c. XVII. fol. 221.* Nec non NATALIS COMES *Mytholog. p. 241.* De singulis vero rebus, quae diis in sacrificiis offerebantur, agere minime necesse existimamus, cum de iis iam ex professo tractarunt SAVBERTVS de *sacrificiis*, & LOMEIERVS de *lustrationibus gentil. c. XIV. p. 164.* & *c. XXIII. p 280. seqq.* & *p. 286.* pluribus demonstrat: gentilium antiquissimos, sicut omnes suos deastros, sic & genium coluisse simplicius: vino scilicet, vnguento, thure, litis, fritilla; sequioribus vero temporibus superstitione & impietate simul crescentibus cruentas etiam hostias mactasse. THEODOSIVS M. *l. XII. C Theod.* de *Paganis*, *sacrificiis & templis* ait, *Larem igne, mero Genium, Penates nidore* (i. e. Κνίσσα turis & similium λιβανωτῦ) *veneratos.* Add. IAC. GOTHOFREDVS ad *h. l. T. VI. p. 275 seqq* & BERTHOLDVS *libro* de *ara*, qui multos sacrificandi ritus gentilitios recensent. In Theurgia autem diuersa erant sacrificia pro diuersitate deorum, quibus sacrificia respondere debebant. Et sicut dii alii materiales, id est, qui materiam regunt, seu mundani, alii immateriales, seu supramundani esse dicebantur, ita & sacrificia illis diuersa statuebant, quod exponit IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. V. c XIV. p. 129. Secundum igitur sacerdotum ritus, sacrificia incipere decet, a diis materialibus, neque enim ad deos immateriales aliter dabitur ascensus. Hi igitur necessitudinem habent cum materia, ceu vtique praesident &c. Hos igitur si quis rite vult procurare, eum cultum adhibere iis debet, qui eorum naturae & imperio, quod gerunt, consentiat, hoc est materialem. Hoc enim pacto nos ipsi materiales perueniamus in societatem*

tatem materialium per materialia, cultumque eis plane cognatum & conuenientem praestemus. Hinc est, quod in sacrificiis mortua corpora & vita cassa, animalium mactatio &c. *diis istis conueniat* &c. *Quare diis immaterialibus materialia sacrificia offerre est prorsus indignum.* De diis materialibus vid. PROCLVS *l. VI. Theolog. P. I. c. II. p 341.* & *comment. in Timaeum l. V. p. 301.* Confer omnino GALE ad *h. l. p. 270.* Duplex quoque erat sacrificiorum ritus materialis scilicet, vel purus, pro duplici statu Theurgorum; operabantur enim aliter vt liberi a corpore, aliter vt corpore deuincti, quod bene explicat IAMBLICHVS *c. XV. p. 130. Est enim, quando anima toti fiamus, & extra corpus constituamur, menteque euecti per alta tranemus deorum immaterialium & vniuersalium hospites: Aliquando vero constringimur corporis testa & opprimimur a materia, & in corporis indolem degeneramus, similiter duplex erit cultus diuini ratio, illa simplex incorporea ab omni generatione pura, atque adeo sinceris competens animabus, haec plena corporibus & ritibus materialibus conuenitque animabus nondum defaecatis, aut generatione prorsus liberatis: Sacrificiorum ergo species duae sunt, alia quidem sunt hominum summopere purgatorum, quod raro, vt ait Heraclitus vix vni aut alteri, sane paucissimis euenit, alia sunt materialia & crassa, & in mutatione consistunt, qualia conueniunt animabus corpore adhuc constrictis.* Et IDEM *c. XVI. p. 131.* asserit, quod in his sacrificiis, quae fiant pro corporis bono & salute, cultum corporeum esse oporteat. Necnon *c. XVII. p 132.* quod a diis prorsus immaterialibus frustra bona corporis expectanda sint, nisi deos materiales eorumque omnes potentias in se complectantur; Theurgum vero, quatenus in corpore versetur, non oportere adfectare ritum in sacris conditione sua sublimiorem, sed vti cultu corporeo ostendit *c. XX. p. 135: Si quis vero religiosus assequatur deos supramundanos (quodquidem rarissime fit) is sane in iis deis colendis omnem derelinquit materiam & corpus, & vi quadam supermundana vnitur diis. Quod autem vni vix tandem in religionis fine contingit, non expedit pro communi lege omnibus promulgare, nec sane eis, qui iam nouitii sunt in Theurgia, aut medium itineris confecere. Hi namque vtri-*

trique corpoream quoquomodo solent rei diuinae curam agere. Sacrificia autem oportere esse paria, deos enim, quoties appareant, magno spirituum numero stipari, quibus omnibus cultum habendum, si sacrificium sit perfectum & plenum, nec quemquam sine magno malo & periculo inhonoratum praetermittendum, vt multis docet IAMBLICHVS *c. XXI. p. 136. Arbitror igitur & hoc in confesso esse apud omnes veritatis theurgicae studiosos, non oportere cultum superis conuenientem aut partialiter, aut imperfecte adhibere. Quoniam igitur, antequam appareant dii, descendantque ad terram, omnes praesubiacentes illis potentiae mouentur, & praecurrunt, pompaeque inseruiunt; nimirum qui non distribuit omnibus quod cuique congruit, nec vnumquemque suo proprio honore prosequitur, abit inhonoratus ipse & expers diuinae communicationis. Qui vero omnes procurauerit, grataque dona vnicuique & quantum potest accommodata offerat, is certus & securus euentus permanet, vt qui plene & perfecte omnia ad diuinum chorum excipienda praestiterit. Cum itaque haec ita se habeant, simplicemne & ex paucis compositum oportet esse religionis (in sacrificiis) modum, an multiformem, & ex varia harmonia omnibus mundanis quasi concinentibus, conflatum? Sane si simplex & vnius generis diuinitas aduocata & sacris commota aduentaret, omnino vtique sacrificiorum modus simplex sufficeret, at vero si nullus potest dignoscere, quanta potestatum turma suscitari soleat, quando dii descendunt & commouentur, nisi soli Theurgi, qui re ipsa edocti, hoc accurate norunt, soli sane sacerdotes intelligere possunt, quae sit perfecta colendi ratio, & quod pauca praetermissa totum religionis opus euertant. Quemadmodum, si vna chorda rumpatur, tota subito inharmonica & dissona euadit harmonia. Quemadmodum igitur in deorum manifestis descensibus manifestum quoque nobis prouenit damnum, si quem ex superis praemittimus inhonoratum, ita etiam si arcani & inconspicui sacrificiis adsint, non oportet hunc colere, illum autem non, sed omnino vnusquisque colendus est pro suo gradu, quem tenet, qui autem aliquem proprio fraudat, totum confundit religionis opus, & quae nunc vna integraque esset conformitatem dissipat, neque vt alicui forte possis videri, imperfecte deos suscipit, sed totam caeremoniam penitus*

nitus euacuauit. Eadem fere repetens tradit *Sect. V. c. XXV. p. 140.* Huiusmodi autem sacrificiis seu teletis magicis omnes causas superiores seu omnes deorum ordines, quin & ipsum summum Deum commoueri adserit IAMBLICHVS *Sect. V. c. IX. p. 124. Iam vero cum causae rerum plurimae sint, & aliae quidem absque medio praesint, sicut daemonia, aliae vero his superius constitutae sint, sicut diuinae causae, & his etiam vna antiquior* (i. e. summus Deus) *adhuc causa praesit, certe in sacrificio perfecto omnes istae causae commouentur.* Theurgos enim summum Deum statuisse iam §. *XV. not. I.* probatum est, quod & patet ex LVCTATIO ad *Papinii Statii IV. Thebaidos vers. 516.* dicit, *Deum Demogorgona summum, cuius nomen scire non licet. Infiniti autem Philosophorum, Magorum, Persae item confirmant reuera esse praeter hos deos cognitos, qui coluntur in templis, alium principem & maxime Deum ceterorum numinum ordinatorem,* &c. *Sed dire sentiunt, qui eum interesse nefandis artibus, actibusque magicis arbitrantur.* Add. GROTIVM in *Annotat.* ad *Mathaeum.* Hunc vero summum Deum, vel quem alii primum nominant, nec non istum Deum, quem animam mundi vocant, hisce externis sacrificiis se delectari vel istis commmoueri negant plerique Platonici, quod testatur PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* interpret. *Ficino: Tradunt vero hunc tantummodum, primus quidem Deus cum sit incorporeus, immobilis, impartibilis in nullo, neque etiam in se ipso cohibitus nullo eget externo, neque etiam mundi anima eget externis. Possidet enim & continet ipsum, quod est trina dimensione porrectum, facultatemque naturaliter se mouentem, & suapte natura decreuit bene ordinateque moueri, mouereque mundi corpus secundum optimas rationes. Excepit autem in se ipsa corpus atque complexa est, quamuis incorporea sit, atque omni libera passione.* Eadem fere refert CYRILLVS *l. IX. contra Iulianum p. m. 310.* Deum enim nullis sacrificiis vel caeremoniis, sed solo silentio puro purisque cogitationibus colendum esse paulo ante adserit PORPHYRIVS eod. interprete *Ficino: Deo quidem ipsique regnanti omnibus sicut sapiens quidam vir inquit, nihil sensibile offeremus, neque fumigantes, neque denominantes; Nihil enim materiale, quod ipsi prorsus immateriali subito*

non sit impurum, quapropter neque sermo huic vocalis esse potest accommodatus neque etiam sermo animo intimus, quando passione quadam animae sit inquinatus, sed silentio puro, purisque de ipso intelligentiis ipsum rite colemus &c. Idem iam ante docuit APOLLONIVS TYANEVS in *libro* quem de *sacrificiis* scripsisse fertur, cuius verba exhibet EVSEBIVS de *praepar. euangel. l IV. c. XIII.* Nihil quoque terreni secundis ab eo virtutibus adolendum vel sacrificandum, sed saltem hymnos repraesentandos statuit PORPHYRIVS paulo post: *Filiis autem eius, qui & intelligibiles dii sunt, laudem iam ex ipso quoque sermone adhibere debemus. Nam vnicuique numinum iusta primitiarum fit oblatio ex his, quae largitur, & per quae nos nutrit, atque in esse conseruat ad sacrificii facultatem. Sicut igitur agricolae primitias ex his, quae colligunt manipulos videlicet frugum, atque fructus arborum ad numina ferunt; ita nos dicabimus eis primitias intelligentiarum similiumque munerum excellentium gratias seu pro his agentes, quae nobis largiti sunt, ipsam videlicet numinum, numerumque suorum contemplationem. Praecipue cum per ipsam eorum inspectionem vere nos nutriant praesentes vbique nobis atque apparentes & nostrae saluti feliciter aspirantes.* Eadem quoque extant apud EVSEBIVM de *praeparat. l. IV. c. XI. p. 149.* Diis autem reliquis ac mundo & errantibus & non errantibus sacrificandum esse sacrificiis inanimatis *idem* docet: *Diis autem, qui sunt infra coelum siue cursu quodammodo pererrantibus siue non errantibus, quorum ducem esse solem primo, deinde Lunam existimandum est, commode sacrare possumus, ignem iam quasi cognatum, & quae mandat Theologus seruare debemus. Inquit autem ille animatum nullum sacrificandum, sed vsque ad farinam & mel terraeque fructus atque flores nouit enim virum pietatis verae cultorem.* Quibus sacrificiis dii colendi tractat quoque PORPHYRIVS *libro* de *Philosophia ex oracul. Apollin.* apud EVSEBIVM *l. IV. c. IX. p. m 145.* Diis quidem animatum nullum sacrificandum, sed daemonibus atque aliis bonis, aliis malis asserit PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* de quorum sacrificiis plurima *seqq.* subiicit. Propterea PLVTARCHVS de *defectu oracul.* putat sacrificia nulli deorum consecrata, sed malis daemonibus auer-

auertendis peracta, quod & vult PORPHYRIVS de *Philosophia ex oracul.* apud EVSEBIVM *l. V. c. XXIII. p. 174. Itaque daemones à sacerdotibus partim spiritu, partim animalium sanguine, partim aëris ipsius percussione abiguntur, vt iis eiectis praesens esse Deus velit; Plenae siquidem eorum sunt aedes vniuersae, quas propterea ipsis eiiciendis expiant, quoties diis supplicaturi sunt* &c. *quae causa est, quamobrem lustrationes adhibere consueuerint, non vtique propter deos potissimum, sed potius vt daemones recedere atque alio migrare cogantur.* Sic & *Oraculum Chaldaic.* apud STANLEIVM *vers. 310. Non enim oportet te ab illis* (scilicet daemonibus malis) *cerni priusquam corpus sacrificiis sit purgatum.* Et PORPHYRIVS *cit. libr.* apud EVSEBIVM *c. XX. p. 168. Vate suis Numen ipsum oculis intueri studiosius ac vehementius cupiente, Apollo respondit fieri hoc nullo modo posse, donec sacrificii iusto quasi pretio factum improbo daemoni satis esset.* Tum EVSEBIVS *c. l. Haec Deus egregius vel potius daemon fraudis ac doli architectus quibus plane contraria naturalis ratio statuit, dum & animum purgare iubet, & sacrificiis improborum daemonum gratiam opemque captare vetat, quod puram illi sinceramque mentem aggredi propter morum dissensionem minime soleant.* Sicut & idem ipse PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* docet interpret. *Ficino* dicens: *Vir igitur prudens atque temperatus cauebit eiusmodi sacrificiis uti, quibus eiusmodi daemones attrahantur ad se ipsum. Studebit autem animum perfecte purgare, animum namque purum ob ipsam dissimilitudinem nunquam aggrediuntur.* Eadem quoque extant apud EVSEBIVM *c. XV. p. 166.* CYRILLVM *contra Iulianum l. IV. p. 123.* & THEODORETVM de *curat. graecor. affectuum. l. X.* Sacrificia autem non ita valere, vt deos impellant huc, illuc, aut ad se conforment trahantque sed e contra haec ad deos sese accommodare pluribus colligere vult IAMBLICHVS *Sect. V. c. III. p. 118.* Istis sacrificiis deos seu spiritus trahi iisque conspirare asserit quoque SYNESIVS de *somniis* interpr. FICINO: *Sic & alicui Deo ex deorum numero mundanorum lapis hic, herbaue congruit, quibus quasi compatiens naturae cedit, ac veluti fascinatur.* Sed PORPHYRIVS in *libro* de *Philos. ex orac.* putat his sacrificiis deos in-

nitos

uitos licet ac repugnantes ad hominum voluntati obsequendum adigi, sic enim apud EVSEBIVM. *l. V. c. IIX. p. 195.* ait: *Recte hoc quidem inquit, vti cetera Pythagoras ille Rhodius statuebat, deos, quibus euocantur sacrificiis haud libenter, sed quadam sequendi necessitate pertractos, adeoque saepius alios, alios rarius interesse. Ac nonnullos quidem, quod vsu quodam & consuetudine id faciant, clarius sese ac illustrius exhibere, praesertim si natura boni fuerint; alios contra, tametsi frequenter interesse soleant ad perniciem inferendam proniores esse, vbi quis potissimum negligentius in rem incumbere videatur. Hanc enim Pythagorae essentiam, ex ipsismet oraculis, veram esse postea comperi. Dii si quidem omnes sese necessitate compulsos aduenisse profitentur, non quidem necessitate simpliciter, sed quae quodammodo Suadae vim ac facultatemconaequatur; Ac superius quidem eorum meminimus, quibus sese Hecate euocari solitam esse testatur:*

Aëream lucem, & magni stellantia coeli
Culmina, diuinos linquo sanctosque penates
Telluremque peto, quo me tua dicta vocarunt
Visque arcana precum traxit, queis Numina lingua
Mortali mulcere placet.

Et *seqq.* multis aliis testimoniis ex ipsis deorum euocatorum id confitentium responsis vim vinculis magicis inesse probare vult. Et IDEM apud EVSEBIVM *c. IX. seq. p. 195.* Et THEODORET. de *graecor. adfect curat. l. X. p m. 631.* ostendit, eosdem suum reditum in potestate non habere; hinc si euocatores tardiores in dimittendo fuerint, festinationem dimissionis euocatos vrgere, nec non quemadmodum soluere hos oporteat, docere. Sed quam vanae ac indignae sint istae Numinum compedes pluribus demonstrat EVSEBIVS *c. l.* vbi inter alia *p. 196. Enimuero si eiusmodi numen esse debet, cui nec vis afferri, nec necessitas vlla imponi possit, quodque rebus vniuersis altius & augustius, naturam & ab omni patiendi solutam periculo, & libertate praeditam habeat: tu deos appelles istos, qui vel eiusmodi figurarum, linearum, imaginumque machinis deduci, vel coronarum & florum ex terrae visceribus existentium illecebris, vel barbaris quibusdam omnique significatione carentibus*

tibus sonis ac vocibus inescari, adeoque abiectissimorum etiam hominum arbitrium sequi nutumque solcant, vt quibusdam quasi vinculis servorum instar mancipiorumque constricti, ne integram quidem ac liberam soluendi expediendique sui potestatem retineant. Tu bonos etiam daemones arbitreris eos, qui vi tantum ac necessitate ducantur? Quid enim causae est, quam ob rem inviti ac repugnantes, non sua ipsi sponte hominibus auxilio suo indigentibus opem ferant? Nam si beneficii conferendi gratia tanquam boni aduenirent, aut si ab iis in animum vtilitatis aliquid proficisceretur, eos vtique bonum illud vltro complecti beneficiisque suis indigentium occupare vota, non vero dum cogerentur expectare oporteret. Sin autem nihil omnino boni aut vtilis totum istuc habet, eoque praeter illorum voluntatem sensumque contingit, quis deos appellet eos, qui quod nec honestum nec vtile sit, efficiunt? &c. Symbola autem seu synthemata, quibus bonorum daemonum commercia malorum fugam procurari posse credebant erant certa verba, orationes, characteres, carmina, animalia, herbae, lapides, annuli, sigilla, imagines &c. de quibus singulis *cap. sequent.* agendum, vbi & eorum refutationem reseruabimus; Iudaeorum Cabbalistae angelos & daemones sacrificiis colendos esse docent; Sic in *Synops. libr. Sohar Tit. XVII. e dictis in Numer. n. 1.* in *Cabbal. denud. T. II. p. 140. Qua ratione omnes angeli superni & omnes daemones, qui se habent ad instar hominum cibati fuerint a sacrificiis: singuli scilicet secundum naturam.* Et *n. 2. p. 141. Quaelibet species animalium in supernis habet potestatem quandam, quae vocantur animalia. Et singulae illae potestates accipiebant illa sacrificia, illa boum vel ouium, vel caprarum* &c. Iudaeos autem hoc fecisse contra legem suam patet ex Origene *contra Celsum. l. IV. p. 163. Moses quod admiratione dignum existimo, considerans quid cognationis cum quibus daemonibus habeant singula animalia, in constitutionibus de animalibus singula pronunciauit impura, e quibus praesagia sumunt Aegyptii ceterique homines.* Et *Apostolus* ad *Ebraeos c. X.* docet, quod taurorum & hircorum sanguis mundare & perficere nequeat hominum conscientias. Huiusmodi autem sacrificia non Deo, sed daemonibus offerri testatur iterum *Paulus I. Corinth. X. 20.* Hoc & saepissime

§. XVII.

Finis Theurgiae erat, vt commercium cum diis aut daemonibus, vel ipsa cum Demiurgo vnio procuraretur: *) Cui deinde varios effectus tribuebant

me fatetur PORPHYRIVS *l. II. de abstin. Sect. LIIX.* & *Celsus* apud ORIGENEM *l. IIX. p. 417.* Haec sacrificia theurgica in genere latius refutarunt ORIGENES *contra Celsum l. III p. m. 128. 133. l. IIX. p. 384. & 416 seqq.* EVSEBIVS de *praep. euangel. l. IV.* & *V.* AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l. IIX.* & *X.* CYRILLVS *contra Iulianum l. IX.* & THEODORETVS de *curat. graecor. adfect. l. VII. p. m. 608. seqq.*

*) Quanquam Theurgi gentiles finem proximum Theurgiae ponebant commercium cum diis vel daemonibus, & PORPHYRIVS apud AVGVSTINVM *l. X. c. IX. p. m. 298.* animam per Theurgiam purgari & aptam fieri susceptioni spirituum statuit, reuersionem vero ad Deum hanc artem praestare cuiquam negat; Plerique tamen vltimum Theurgiae finem ipsam quoque cum Demiurgo *vnionem* esse, ac in illa τελείωσιν seu animae *perfectionem* consistere credebant, quam tunc in specie *Demiurgiam* vocabant. Hanc enim animam praeparare atque assuescere ad diuinam vnionem, ac per quosdam gradus ad Demiurgum & aeternum λόγον adducere docuerunt Aegyptii, vt expresse testatur IAMBLICHVS *Sect. X. c. VI. p. 177.* *Postquam autem tum mundi partibus singulis, dum etiam diuinis potestatibus per partes mundi diffusis, animam conciliauerit, tunc animam opifici vniuersali sistit, & apud eum deponit, liberatamque ab omni materia cum solo aeterno verbo connectit: Planius dicam, Theurgia ipsi Dei potestati per se genitae, per se mobili, omnia sustentanti, intellectuali, omnia exornanti, ad veritatem intelligibilem reuocanti, perfectae & perficienti, potestatibusque ceteris Dei opificibus gradatim pro cuiusque proprietatibus ita cooptat, vt in actionibus earum, intelligentiisque architecticis, anima, sacris peractis, perfecte confirmetur, & tum demum*

in

in toto demiurgo Deo animam collocat. Et hic finis est sacrae apud Aegyptios Anagoges. Eadem fere tradiderunt Chaldaei, vt constat ex *oraculo: Anima hominum Deum vehementer ad se ipsam coniunget, nihil mortale habens, tota diuinitus inebriata est: harmoniam enim iactat, in qua est humanum corpus:* quod pluribus explicant PLETHO *p. 83.* & PSELLVS *p. 101.* Sic & *Pythagoras* existimauit homines per virtutem & contemtum rerum terrenarum ad Deum reuerti, eum cognoscere & contemplari, & per eam cognitionem non solum beatitatis perfectae compotes fieri, sed & Deo similes, atque etiam deos, vt multis probat PETR. DAN. HVETIVS *l. III. Alnetan. quaest. c. II. p. 318.* Quod & HIEROCLES *c. LXIX.* testatur: *Hic finis est Pythagoricae disciplinae, vt toti penitus elati fiamus, vt cum mortis tempus instat, relicto in terra mortali corpore eiusque natura exuta, ad coeleste iter expeditiores fiant philosophicorum certaminum athletae. Tum enim statum illos restitutum iri, & deos fore.* Add. IO. FRID. SCHNEIDERVS *dissert.* de *ascensu hominis in Deum Pythag.* ERHARD. WEIGELIVS de Θεοδείξι *Pythagorica*, & IO. MICH. SONTAGIVS de *similitudine nostri cum Deo Pythagorico-Platonico:* Totius quoque Philosophiae Platonicae finis fuit, vt mens humana ad Deum ascenderet, eique euadat simillima, atque adeo Deus fiat. Conf. PLATO in *Phaedro p. m. 452.* apud CLEMENT. ALEXANDR. *stromat. l. V. p. m. 594.* ALCINOVS de *doctrin. Platon. c. XXVII. p. m. 516.* MAXIMVS TYRIVS *dissert. XXIIX. p. m. 282.* PLOTINVS *Enn. I. l. IV. c. XII.* & *XVI.* PORPHYRIVS de *abstinent. l. II.* §. 3. & 43. idemque apud AVGVSTINVM *l. X. c. XXIII.* IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. II. c. XI. p. m. 56. Sect. V. c. XXVI. p. 142. Sect. X. c. V. p. 176* & passim nec non *Protrept. c. III.* In *epistol.* apud STOBAEVM *serm. III. p. m. 41.* in *epistol. ad Sopatrum* de *virtute* apud STOBAEVM *serm. XXXVII. p. 221.* & *serm. CI. p. 553.* IVLIANVS IMP. *orat. VI. p. m. 192.* PROCLVS *theolog. Platon. l. IV. c. IV. V.* & *XVI.* Add. quae §. *XV. n. I.* de animae vnione cum diis diximus. Aliquem tamen dissensum inter Platonicos annotare vult IO. PICVS MIRANDVLANVS *diss. Platon. Sect. XI.* in STANLEII

 histor.

histor. philosoph. P IV. p. 362. *Circa has vero* (animae partes) *nonnullus est inter Platonicos dissensus, Proclo & Porphyrio soli rationali; Numenio vero & Plotino toti animae immortalitatem largientibus.* Et quidem expresse hoc adserit PORPHYRIVS apud AVGVSTINVM de *ciu. Dei l. X. c. IX. p. m. 298.* *Denique animam rationalem, siue quod magis amat dicere, intellectualem, in superna dicit posse euadere, etiamsi, quod eius spiritale est, nulla Theurgica fuerit arte purgatum: Porro autem a Theurgo spiritalem purgari* aliquatenus idoneam nempe fieri ad videndos deos, *non tamen* eatenus, *vt ex hoc ad immortalitatem, aeternitatemque perueniat;* Nam aliud est reuerti ad Deum, quod soli animae superiori seu rationali sine teletis theurgicis competere vult; Aliud videre Deum, quod solum per Theurgicam artem consequi posse animam inferiorem seu spiritalem putat. Eadem repetit AVGVSTINVS *c. XXVII. p. 320.* *purgatione theurgica, neque intellectualem animam hoc est mentem nostram posse purgari, & ipsam spiritalem id est nostrae animae partem, mente inferiorem, quam tali arte purgari posse adserit, immortalem tamen aeternamque non posse hac arte fieri confitetur.* Et *c. XXIIX.* ait: *Etiam spiritalem animam sine Theurgicis artibus & sine teletis posse continentiae virtute purgari, sed dicit etiam, quod teletae non post mortem eleuant animam vt iam: nec eidem ipsi quam spiritalem vocat, aliquid post vitae huius finem prodesse videantur.* Ab eo tamen dissentit IAMBLICHVS *Sect. IIX. c VI. p. 162.* & Hieratici omnes, qui Theurgos putant posse animam rationis expertem sublimare, ex materia educere, passionibus liberare, & ita θεοποιεῖν ἄνθρωπον PSELLI ad *Nazianzeni orat.* verbis vtor, ἰῦς δυνασθαι αυτῶ θεουργεῖν ἕτερον GALE *p. 308.* cum quibus consentit *oracul. Chaldaic.* *Est & simulacro animae pars in loco vndique fulgenti & perspicuo.* PLETHO *p. 87.* *Nominat oraculum eam animae partem, quae cum bruta sit & rationis expers, cum parte rationali est coniuncta ab ipsius vehiculo dependens. Dicit itaque esse tali vmbrae partem in sede vndequaque lucida; neque enim vnquam animam deponere suum ipsius sibi adiunctum vehiculum.* Et PSELLVS *p 91.* *Dicit itaque oraculum non solum animae ratione praeditae superlunarem illam regionem vndique*

dique luminosam esse destinatam, sed etiam illius imaginem animam brutam hac sorte dotatam, vt in regionem omni ex parte lucidam asciscatur, modo splendida & pura è corpore exierit. Graecorum siquidem doctrina irrationalem hominis animam facit interitus nescìam eamque vsque ad elementa sub luna sita extollit: at Chaldaicum oraculum non solum expiatam illam & cum rationis participe anima amice conspirantem in regionem hanc, quae vltra lunam est, vndique lucidam transvehit. Hoc oraculum quoque citat Synesius de *somniis* idque pluribus explicat dicens: Interprete Ficino: *Regio vero haec regioni vndique tenebrosae prorsus opponitur, tam & si hoc in loco nemo sic acute nimium interpretatus fuerit; non enim solam in sphaeras naturam inde profectam reuocare videtur eloquium. Verum etiam si quid ex igni sublimi vel aëre in naturam simulacralem anima contraxit ex alto descendens prius, quam corticem terrenum indueretur, atque ex hoc ipsum ex aëre igneque supremum, inquit, una cum parte meliore ad superos reuocari* &c. Hunc finem per virtutes philosophicas seu via purgationis philosophica posse acquiri, nihilominus ostendit Porphyrius *Sent. XXXIV.* Nec non *Idem* sibi non constans apud Avgvstinvm *l. X. c. XXVII. p. m 320.* dicit, in anima spiritali theurgica arte purgatos non quidem redire ad patrem, sed super aëreas plagas inter deos aethereos habitare. Finem quoque vltimum & fructum mysteriorum esse dicebant, quod initiati seu purgati per huiusmodi teletas post mortem cum diis essent habitaturi. Sic Plato in *Phaedone p. m. 497. Quamobrem hi, qui mysteria nobis constituerunt, minime contemnendi videntur, sed reuera iam dudum occulte nos admonere, quicunque non expiatus, neque initiatus migrabit ad inferos, cum iacere in luto: quicunque vero purgatus atque initiatus illuc accesserit, cum diis habitare*; Eadem scribunt Isocrates, Plvtarchvs, Diogenes Laertivs & alii. Add. Arrianvs in *diss. Epicteti l. III. c. XX.* & Cicero de *Legibus l. II. opp p. m. 598.* vocat *rationem non solum cum laetitia viuendi, sed & cum spe meliore moriendi*; Gemina de purgatis per Philosophiam commentatur Plato *e l. p. 503. Anima, si pura discesserit, corporeum nihil secum trahens, vtpote quae sua cum*

illo inuita communicauerit, sed fugerit illud semper, seque in se collegerit, tanquam semper id meditata, quod quidem nihil est aliud, quam philosophari, mortemque re vera facile commentari. Anima si sic affecta discesserit, nonne ad aliquid sibi simile diuinum abit? Diuinum & immortale & sapiens? quo cum peruenerit, euadit felix ab errore &c. *ceterisque humanis liberata malis, & quemadmodum de initiatis dici solet, reuera reliquum tempus vitam cum diis agit.* Add. PLATO in *Phaedro p. m. 452.* Adhuc erant, qui animas perpetuo cum suis diis agitare dicerent, nec vnquam in generationem rursus descendere, ita statuisse Chaldaeos ex *Oracul.* constat, ita quoque Sacerdotes Cybeles, vti confirmat inscriptio apud GRVTERVM, in qua legas inter alia: *Percepto Tauri Bolio in aeternum renatus.* Erant autem, qui ipsas Theurgorum animas, nedum alias, iterum atque iterum in genesin reducerent. Finis autem & fructus sacrorum non solum consistebat in eo, quod post mortem spes erat cum diis viuendi, vel etiam ipsi Deo vniri, sed & hac in vita per opera sacra sperabatur Dei coniunctio, quod vult IAMBLICHVS de *Myster. Sect. I. c. XII. p. 22. Per hanc volitionem lucem suam dii, sine omni parsimonia beneuoli & misericordes Theurgis infundunt eorumque animas ad se vocant, & vnionem inuicem procurant, & existentes etiam in corpore assuefaciunt, vt a corpore se separari, & ad aeternum intellectualeque principium vnde ortae sunt, se patiantur circumagi.* Nec non *Sect. XXXI p. 104. Cui oportet te, & quisquis deorum genuinus amator sit se totum tradere; hac enim ratione sola acquiritur, & in vaticiniis veritas firma, & in anima virtus perfecta, quibus sane duobus sacerdos ad ignem ascendit intelligibilem, quod quidem tanquam finem tum sacris operationibus oportet proponere.* IDEM *Sect. V. c. XXVI. p. 142. Non potest non vel ex hoc ipso satis constare, quod sacrificiorum finis id sit, vt indipiscatur cum Deo, omnium architecto coniunctionem, quandoquidem per operam diis accommodatur.* Duplicem autem esse hunc finem pro duplici bono quorum aliud diuinum, scilicet Deum ipsum, aliud humanum cum Deo vnionem statuunt. Hoc docuisse Aegyptios adfirmat IAMBLICHVS *Sect. X. c. VII. p. 178. De bono autem sic sentiunt: Est bonum diuinum, nempe Deus ante*

omnem

omnem intellectum: . est & aliud humanum nempe cum ipso vnio. Et hoc quidem Bytis ex scriptis Mercurii interpretatus est &c. Quod idem vult PLATO, vt refert CLEMENS *stromat. l. II. p. m. 417. At vero Plato philosophus finem dicit esse duplicem. Vnum quidem id quod est participabile, & primum in ipsis formis, quod quidem nominat Bonum. Alterum autem id, quod est illius particeps & quae ab eo proficiscitur, accipit similitudinem, quod quidem est in hominibus, qui virtutem & veram philosophiam sibi vindicant* &c. Diuinarum enim proprietatum, quas duplices esse ait MARINVS in *vita Procli c. XXIIX. p 67. edit. Fabric.* genus alterum est, quibus natura deorum ipsa in se absoluitur, & quarum contemplatione sapientes delectantur ac perficiuntur: Alterum genus est earum, quae ex diis manant in inferiora, quarum participatione Theurgi etiam ipsi Θεοπτα̃ιοῤῥὲς fieri possunt, & Θεεργεῖν alios. FABRICIVS in *not.* ad *h. l.* Similia dogmata de vnione cum Deo habent Cabbalistae, vt patet ex *Cabbal. denudat. T. I. P. II. p. 393.* & *Porta coelorum* seu *Philosoph. Cabbalistic diss. IIX. c. XVII. Cabbal. denud. T. I. P. III.* vbi agitur de vltima perfectione & §. *I. p. 183. A quo longe abest illud Platonicorum, quod intellectus noster obiecto diuino fruatur dupliciter. Analogice & formaliter; Analogice, cum a superiore accipit species, formas & ideas, per quas, vt per causam quid intelligat, nempe ab operationibus eius, potentias eius, & his mediantibus essentiam eius. Formaliter autem, cum intellectus noster, post vsitatum hunc cognoscendi modum, superinuestitur ab intellectu superiore, tanquam a forma & actuatione; ita, vt ipse operetur sub illo, ab illo formatus ad operationes suas diuinas illi proprias, quas solus perficere non potuisset.* Et §. *II. p. 184. Haec tamen inter philosophos & nostrates est differentia, quod illi intellectum superiorem cum inferiore vniri tantum statuant per modum finis & obiecti: putantes impossibile esse, vt intellectus productus vnus subintrare possit in alterum. Nos autem quia de sublimioribus loquimur, non habemus pro absurdo, quod detur ingressus talis, per quem intellectus vnus essentialiter vniatur cum altero.* Add. *Pneumat. Cabbalist. tract. I. c. IV. § IV.* in *Cabbal denud. P. II p. 213.* Hos etiam sequuntur Mystici. Sic MICH. PSELLVS de *omniu. doctrin. c. LII.* in FABRIC.

BRIC. *biblioth. graec. l. V. P. I. p. 109. Theurgia seu virtus alios numine implendi verissimam cum Deo ponit similitudinem.* Multa de animae vnione cum Deo habet FICINVS *dialog. inter Deum & hominem l. I. epistol. fol. 2* & *fol. 12.* adserit eam Deum posse euadere. add. *l. X. fol. 170.* Sic & MICH. de MOLINOS in *guid. spirit. p. 80.* hominem in silentio & quiete mystica constitutum vocat *vn Seraphino incarnato ed vn huomo diuinizato.* Et DIONYSIVS de *coelest. hierarch. c. III. fol m. 9. Est ergo sacratissimae huius functionis intentio Deo quantum fieri potest similem euadere vnumque cum illo fieri.* Plura de deificatione tractat *hierarch. ecclesiast. c. I.* Siquidem apud nonnullos Patres CLEMENT. *stromat. l. IV. p. m. 534.* & *VII. p. 732.* multa de deificatione occurrunt. Et apud eosdem passim legas finem sacramentorum esse, vt qui vera fide illa perciperent, in futura vita dii euadant; quod quamuis pio sensu ab iis dictum esse ostendit CASAVBONVS *exercit.* XV. *aduersus Baronium p. 448.* Nonnullos tamen mysticos tam crude deificationem sumere, vt ex homine mystico Deum facerent, pluribus probat IO. IAEGER. *examin. theolog. mystic. l. I. c. XXIII. p. 70. seqq.* ibique talem deificationem tam S. Scripturae quam sanae rationi aduersari bene demonstrat. Illi enim, qui phraseologias mysticorum carpunt, illi non voces tantum & terminos carpunt, sed doctrinam pestiferam sub iis latentem. Sic cum DIONYSIVS *theolog. mystic. c. II. fol. m. 181.* & ex eo alii Mystici Deum in caligine & tenebris quaerendum docuerunt, nec contemplationem Dei puram dari, nisi in caligine; sub isto termino & modo loquendi latitat Platonismus & vetus philosophia Aegyptiorum, qui statuerunt, quod primum rerum principium sit tenebrae seu caligo incognita, prout DAMASCIVS ipse hoc arcanum agnoscit, vid. IAEGER *c. l. c. XXIV. p. 112. Sic & deificatio, vnio absorptiua animae, euacuatio, annihilatio omnis rei creatae in anima, quid aliud volunt aut supponunt, quam scientiam illam Platonis & Pythagorae, quod anima sit pars naturae diuinae, & quod in eam redire atque illi essentialiter vniri debeat per identitatem.*

bant; **) Licet quidem Theurgia tanquam ars fallax & in ipſa

**) Effectus Theurgiae eſſe dicebant θειασμὸς ſeu diuinos afflatus, quos Theurgi prae ſe ferebant, ſeque in deorum conſilium & contubernium eſſe receptos, vt de illis loquitur EVNAPIVS in *Aedeſio p. 74.* add. PROCLVS *II. in Timaeum.* Hunc autem diuinum furorem ſeu illuſtrationem animae a diis vel a daemonibus prouenientem deſcribit IAMBLICHVS *Sect. III. c. IIX. p. 68. Ea vero alia non eſt quam illuminatio ab ipſis usque diis promanans, ſpiritusque ab iis prouenientes, & obſeſſio qua nos tenent plena & abſoluta, quae quidem omnes noſtras facultates abſorbeat, motusque & operationes humanas, & ſenſum noſtri prorſus exterminet: ſermones proferens, quos tamen non intelligant, qui loqui videntur, ſed furioſo ore pronuncient, vt omnia prorſus, quae noſtra ſint, occupantis Dei poteſtati ſoli miniſtrent tantum & obſecundentur.* Quomodo autem hoc fiat, vid. *cap. ſequ.* in *fin.* vbi de deorum Θεοφανεία ſeu deorum euocatione & eorum apparitione. Quatuor autem diuini furoris ſpecies a ſingulis Numinibus, ſcilicet a Muſis, a Dionyſio, ab Apolline, & a Venere producentes ſtatuunt AGRIPPA de *occulta Philoſoph. L. III c. XLVI. p. 502.* & MARSILIVS FICINVS *argum.* in *Platon. Ionem p. m. 167.* & *comment.* in *conuiuium Plat. orat. VII. c. XIV. p. 414.* Sic & PLATO in *Phaedro p. m. 459; Diuini autem furoris partes quatuor, vt etiam dii praeſunt quatuor. Et vaticinii quidem inſpirationem Apollini, myſteria Dionyſio, Poeticam Muſis, amatorium furorem Veneri & amori omnium optimum tribuimus.* Singulas ſpecies deſcribit AGRIPPA *c. l. Primus itaque furor a Muſis procedens, hic animum ſuſcitat ac temperat redditque diuinum, per res naturales ſuperiora trahendo ad inferiora;* Nouem in *ſeqq.* conſtituit gradus, quibus ſuperiorum ad inferiora fiat attractus; Et *c. XLVII. p. 505: Secundus furor procedit a Dionyſio: hic per expiationes exteriores & interiores & per exorciſmata, per ſacramenta, per ſolennia, ritus, phana, obſeruationes, animam in mentem ſupremam ſui partem dirigit, ac tanquam dignum & incontaminatum deorum templum efficit, in quo*

quo diuini spiritus inhabitent. Hos etiam bene expurgatis animabus sese visibiles praebere & comites ibi adserit. Et *c. XLIIX. p. 507. Tertius furor ab Apolline procedit scilicet mundi mente. Hic sacris quibusdam mysteriis, votis, sacrificiis, adorationibus, inuocationibus & sacris quibusdam artificiis vel arcanis quibusdam confectionibus, quibus dii sui spiritus virtutem infuderunt animam supra mentem assurgere facit, ipsam cum Numinibus daemonibusque coniungendo. c. XLIX. p. 510. Quartus a Venere proueniens hic feruenti amore animum in Deum conuertit, & transmutat, efficitque Deo penitus similem, tanquam propriam Dei imaginem.* Add. MARSILIVM FICINVM *argum.* in *Plat. Ionem p. 167.* & *epistol. l. X. fol. 76.* qui eadem fere tradidit. Post istos diuinos afflatus adhuc alios Theurgiae effectus esse credebant, de quibus pro diuersitate spirituum tractat IAMBLICHVS *Sect. II. c. V. p. 46. Porro dii purgant animas perfectissime. Archangeli animas sursum vocant. Angeli tantum de materiae vinculis soluunt; Daemones in naturam eos immergunt; Heroës rerum sensibilium curas instillant; Archontes vel praesidentiam rerum mundanarum exhibent, vel materialium studium. Animae apparentes ad Genesin quasi tendunt;* Et *c. VI. p. 47. Porro apparitionum influentiae & munera non sunt aequalia in omnibus, nec eosdem habent fructus & effectum. Dii quippe aduentantes sanitatem corpori adferunt, animae virtutem, menti puritatem, omnesque nostras facultates, (vt verbo dicam) in propria principia restaurant. Si quid est in nobis frigidum & lethiferum tollunt; calorem augent, & in maius prouehunt; faciunt quoque vt omnia animae mentique congruant, intelligibilique harmonia lumen effundunt, quodque non est corpus ac si reuera corpus esset, per corporeos oculos repraesentant,* &c. Vbi *seqq.* de Archangelorum, Angelorum, Daemonum aliorumque ordinum apparitionum influentia & effectu agit. Effectum horum Theamatum seu visionum ad animae beatitatem principaliter spectare existimarunt, vt illa expurgetur, a generatione liberetur, & tandem principio diuino vniatur. Sic IAMBLICHVS *Sect. I. c. XII. p. 22.* ait: *Manifestum autem est ex ipsis rebus id quod nunc dicimus ipsam esse animae salutem. Nam beatas visiones dum speculatur anima,* (infra θεοπτικὴν vocat, conf.

PLO-

PLOTINVS *Ennead. V. l. IIX. c. IX. & X.*) *aliam vitam adipiscitur, alias operationes operatur, & sibi nec amplius esse in hominum censu videtur; nec immerito illud quidem saepe, etenim exuit suam vitam & beatissima deorum actione commutat. Enimuero si per preces ad deos ascensus sacerdotibus praestet a passionibus puritatem, a generatione immunitatem, & ad principium diuinum vnionem, quid tandem patibile quisquam his affingere possit.* Quod *Idem* breuibus adfirmat *Sect. X. c. VII. p. 178. Nec de rebus exiguis Theurgi diuinam mentem interpellant, sed de iis rebus, quae spectant ad animae purgationem, solutionem, salutem.* Et *Idem Sect. V. p. 138.* de variis bonis quae ex varietate & plenitudine sacrificiorum obueniant disserens ait: *Quin imo varius ille sacrificiorum modus, quandoque purgat, quandoque ea, quae in nobis sunt, aut circa nos perficit* &c. ac IDEM *Sect. IIX. c. VII. p. 162. Sed nec omnia, quae sunt in natura, alligantur fato, sed est & aliud principium animae natura omni & generatione praestantius, per quod possimus diis vniri, & ordinem mundanum supergredi, vitam aeternam deorumque coelestium operationes participare, & per hos possimus nos ipsi à fato liberari. Quando enim pars nostri melior operari incipiat, & ad sui portionem meliorem recolligatur anima, tum prorsus separatur ab iis, quae eam ad genituram deorsum trahebant à deterioribus recedit, aliamque vitam pro hoc acquirit, prioremque ordinem derelinquens in alium sese inserit.* Add. STOBAEVM *Eclog. Eth. p. 204. seqq.* Effectus autem non solum ad salutem animae, ac vt illa ad superiora habilis reddatur, sed & ad felicitatem corporis extenderunt, quaeque primario deinde affectabatur. Sic Theurgiam salutem quoque corpori praestare statuerunt Chaldaei, vt constat ex *oracul. Si extenderis igneam mentem ad pietatis opus fluidum corpus seruabis*; quod PSELLVS *p. 103.* ita explicat: *Si mentem tuam illustratam ad superiora extuleris, & diuini ignis opus ad pietatis opera euexeris* (sunt autem Chaldaeis ἔργα ἢ εὐσεβείας αἱ τῶν τελετῶν μέθοδοὶ rituum ac caerimoniarum rationes certae) *non solum animam affectibus insuperabilem reddes, sed etiam corpus tuum salubrius efficies; Est enim is saepe diuinarum illustrationum effectus, vt consumatur materia corporis, naturaque sana fiat, neque amplius*

affectibus neque morbis corripiatur. Add. PLETHO *p. 87.* Idem afferit IVLIANVS IMP. ad *Heraclium Cynicum orat. VII. p. m. 216 Quam autem Characterum natura secretior* (i. e. telestica disciplina) *vtilitatem solet adferre; vt cum non solum animis, sed etiam corporibus medetur ac deorum procurat aduentus.* Sic & PLATO in *Charmide p. m. 250* Magiam morborum animi & corporis curatricem appellat; & MARSILIVS FICINVS *argum.* in *Charmidem Platonis p. m. 278* dicit: *Magos carminibus suis immortalitatem corporis polliceri. Magicam Zoroastris Plato in Alcibiade* (*l. V. p. 36.*) *nihil aliud quam diuinum cultum esse dicit, hic insuper addit, non magicis tantum carminibus, verum etiam philosophicis rationibus & temperari animum, & corpus vel semper vel diu saltem procul a morte seruari.* Et ipse *Ficinus* ibi multis vult defendere corpus sub anima penitus temperata immortale effici posse. Magna & fastuosa quoque promittit PORPHYRIVS *l. II. de abstinent.* interpr. *Ficino: Iure igitur Philosophus Deique sacerdos omnibus dominatis, animalibus omnibus abstinet solus videlicet soli Deo per se ipsum studens appropinquare, dum videlicet nulla comitantium turba diuertat, quo quidem commercio ipse, deinde & naturas rerum intelligit & diuinat, Deumque habet in semet ipso, vnde aeternae vitae fiduciam pignusque possidet. Solus translatus ad Deum atque vatis loco iam Iouis familiaris euadit. Proinde si qua necessitas instat, non desunt huic diuinitati familiari passim boni daemones obcurrentes ei & per somnia, signa, voces futura praenuntiantes, vnde discatur, quid sit necessarium deuitare.* Talem vero supernaturalem & perfectam mentis potentiam & paucos & rarissime adipisci confitetur IAMBLICHVS *Sect. V. c. XV. p. 130.* & *c. XX. p. 135.* nec non PORPHYRIVS apud AVGVSTINVM *l. X. c. XXVII. p. 319.* ad Deum per virtutem intelligentiae peruenire, paucis ait esse concessum. Conf. PHILONEM *Iudaeum libro* de *Profugis* & de *cong. quaer. Erud.* IAMBLICHVM *Protrept. c. XIII.* HIEROCLEM *comment.* in *carm. edit. Lond. p. 281.* SYNESIVM *epist. 136.* & TZETZEM *Chil. VII. hist. 143.* Animam enim quoque ex se aptam omnimodas formas & species assumere, & indulgentia deorum angelis aequalem euadere dicit IAMBLICHVS

Sect.

ipſa actione periculoſa & legibus prohibita cauenda ſit, ***) nuda

Sect. II c. II. p. 40. Per deorum benignitatem & infuſam ab illis illuminationem ſaepe altius aſcendit, & in ordinem maiorem angelicum euehitur. Hoc quoties fit, non iam amplius animae finibus continetur, ſed tota in angelicam animam euadit, & in puriſſimam vitam perfecte peruenit. Add. *Eundem* apud STOBAEVM *Eclog. Phyſic. p. 113.* Ab his non plane diſſimilia docent Cabbaliſtae *Pneumat. Cabbaliſt. tract. I. c. IV. § IV.* in *Cabbal. denud. T. II. p. 13. Cum autem homo e contra veſtiri queas veſte duplici, quarum vnam adipiſcitur per opera ſua, ita vt illorum beneficio eleuari poſſit vsque ad mundum angelicum: alteram autem per ſpeculationem obiectorum verorum atque diuinorum qua via eleuari poteſt, vsque ad mundum creatiuum: quanquam anima humana in mundo ſuperno & antequam deſcendat in mundum humanum hunc primum veſtita ſit veſte ſeu corpore pretioſo atque pellucido, quod tamen perdit, cum declinat ad tenebroſum hoc atque nigrum, puluerem de terra* Et *§. VI. p. 214. Si igitur homo a concupiſcentiis corporeis auerſus adhaereat ſpiritui* (qui eſt intellectus rationalis) *& legibus motibusque eius incorporeis adſueſcat tum non tantum non erit ſub cortice vel ſubiectus ſpiritibus immundis: ſed plane eleuabitur ſuper mundum formatiuum atque angelicum: regnabitque ſuper totum mundum factitium atque corporeum & ſuper cortices eidem praefectos.* Sic & FICINVS *comment.* in *conuiu. Platon. orat. VI. c. XVI. p. 405. Ergo a corpore in animam, ab hac in angelum, ab hoc in Deum aſcendimus.* Quomodo reliqui Myſtici ſeu potius Theurgi ſimiles effectus iactent, vid. *cap. ſeq.* circa *fin.*

***) Inter ipſos Theurgiae peritos quidam eam artem improbarunt. Sic enim PORPHYRIVS apud AVGVSTINVM *l. X. c. IX.* inter vitium ſacrilegae curioſitatis & Philoſophiae profeſſionem ſententiis alternantibus fluctuat: Nunc enim hanc artem cauendam monet: nunc autem eius laudatoribus cedens vtilem dicit mundandae animae. Et *idem* in *epiſtola ad Anebonem* Aegyptium ſcribit; *Dubito praeterea an non totum negotium Theurgiae mera ſit animae*

mae religiosae phantasia, ex nihilo grandia sibi imaginantis; Tales impostores iam suo tempore extitisse testatur PLATO *II.* de *Republ. p. m. 548.* & HIEROCLES ad *carm. aur.* tales fuisse multos indicat. Nec non ipse IAMBLICHVS ad *Porphyr.* epistolam respondens concedit nonnullos deceptores huius artis peritos inueniri, nihilominus tamen Theurgiam veram esse defendit; Sic *Sect. X. c. II. p. 174. Quod autem deorum cultores tanquam agyrtas & arrogantes homines nonnulli, quibuscum tu paria pene facis, calumniantur, nihil istoc ferit vel veram religionem vel theurgiam, si qui tales subnascantur surculi in cognitione diuinorum. Nam in actibus quibuscunque malae artes suppullulant.* Et IDEM *c. VII. p. 178.* asserit non credibile esse Theurgos errare aut falli in inuestigatione felicitatis. Ceterum satis quidem speciosa argumenta, quibus Theurgiam tanquam honestam & laudabilem artem defendunt, proferre sciunt. Dicunt enim legem sacrorum & ritum sacrificandi atque inuocandi a primo parente mundi institutum, & omnia in sacrificiis symbola significantia aliquid occultissimum ab eodem excogitata. Quod sancti Prohetæ & alii per tales artes habuerint suas prophetias & miracula fecerint, aut daemones expulerint, quod cogitationes nostrae intellectuales & volitiones interiores immediate censeantur a coelo & quod per aliquam traditionem Magi eam tales possint scire & per illam de iis possint certitudinaliter iudicare, quod per tales artes possimus peruenire ad visionem diuinae essentiae vel sanctorum spirituum. Verum enim vero non puto aliam vnionem cum Deo per Theurgiam sperari posse, quam illam, quam promittebat diabolus primis parenti- *Gen. III. 4. Eritis sicut dii* (sicut Deus) *scientes bonum & malum.* Et quamvis finis videatur permissus & bonus, media tamen sunt mala, nec iis vsos fecisse sanctos homines unquam probari potest, adeoque illa diuisio Magiae ceremonialis in Goëtiam, quam damnabilem ac detestabilem decernunt, & Theurgiam, quam bonam & laudabilem praedicant, omni fundamento caret, cum hae curiositatis artes, quas honesti nominis pallio tegere ac vulgo ventidare conantur, & iis vtrique dediti, *ritibus*, vt inquit AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l. X. c. IX. p. 298. fallacibus daemonum sub nominibus*

nibus angelorum sint obstricti; Quod *idem* sequentibus ita probat; *Ipsam Theurgiam, quam velut conciliatricem angelorum deorumque commendat,* (Porphyrius scil.) *apud tales potestates agere, negare non potuit: quae vel ipsae inuideant purgationi animae, vel artibus seruiant inuidorum, querelam de hac re Chaldaei nescio cuius expromens. Conqueritur, inquit vir in Chaldaea bonus purgandae animae magno molimine, frustratos sibi esse successus, quum vir ad eadem potens tactus inuidia, adiuratas sacris precibus potentias alligasset, ne postulata concederent. Ergo & ligauit ille, inquit, & ista non soluit. Quo indicio dixit apparere theurgiam esse tam boni conficiendi quam mali, & apud deos & apud homines disciplinam;* Vnde & EVSEBIVS eam vocat τὴν κακὸ τεχνον γοητείαν. Multa contra Theurgiam scripserunt IO. FILESACVS de *idolat. magic. §. VII.* BAP. SEGNIVS de *vero studio Christiano c. VII.* GER. IO. VOSSIVS de *Philosoph. c. VIII.* & GEORG. HORNIVS *histor. philos. l. II. c. IV.* Sane nemo melius huius artis fallacias & impietates detexit quam saepe laudatus AVGVSTINVS *l. X. c. X. p. 300. Quis non videat haec, omnia fallacium daemonum esse commenta: nisi eorum miserrimus seruus & a gratia veri liberatoris alienus? nam si haec apud deos agerentur bonos, plus ibi vbique valeret bonus purgator animae, quam maleuolus impeditor; aut si diis iustis homo pro quo agebatur, purgatione videbatur indignus, non vtique ab inuido territi, nec sicut ipse dicit, per metum valentioris Numinis impediti, sed iudicio libero id negare debuerunt. Mirum est autem, quod benignus ille Chaldaeus, qui theurgicis sacris animam purgare cupiebat, non inuenit aliquem superiorem Deum, qui vel plus terreret, atque ad benefaciendum cogeret territos deos vel ab iis terrentem compesceret, vt libere benefacerent: sic tamen theurgo bono sacra defuerunt, quibus ipsos deos inuocabat animae purgatores prius ab illa timoris peste purgaret. Quid enim causae est, cur Deus potentior adhiberi possit, a quo terreantur, nec possit, a quo purgentur? an inuenitur Deus, qui exaudiat inuidum & timorem diis incutiat, ne benefaciant, nec inuenitur Deus, qui exaudiat beneuolum & timorem diis auferat, vt benefaciant? O Theurgia praeclara! O animae praedicanda purgatio! vbi plus imperat immunda inuidentia, quam imperat pura beneficentia:*

imo

imo vero malignorum spirituum cauenda & detestenda fallacia & salutaris audienda doctrina. Quid enim quia has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulcras, sicut iste commemorat, vel angelorum imagines, vel deorum tanquam purgato spiritu vident, illud est. quod Apostolus dicit, quoniam Satanas transfigurat se velut angelum lucis. Eius enim sunt ista phantasmata, qui miseras animas multorum falsorumque deorum fallacibus sacris cupiens irretire, & a vero Dei cultu, quo solo mundantur & sanantur auertere. Et IDEM *c. XVI. p. 307. Respondeant quicunque philosophi, respondeant theurgi vel potius periurgii;* (seu περιεργοὶ, vel potius κακοεργοὶ) *Hoc enim sunt illae artes vocabulo dignae.* Curiositatis verbum hac in re quoque proprium magicae & damnabili arti significandae esse probat Io. GOTHOFREDVS ad *l. IV. C. Theod.* de *malef. T. III. p. 119.* quemadmodum apud Graecos περιεργίας *Actor. XIX. 19.* τῆν τὰ περίεργα πραξαύτων: vbi recte qui vertunt, *curiosa exercentes.* Nam & de libris mox combustis, magicis videlicet agitur. Denique quaedam de libris magicis dicenda restant, cumque de nonnullis eorum, qui certum autorem habent iam §. *XIII. not. 2.* actum, alii adhuc & quidem eorum, de quorum vero autore nihil certi constat, celebriores recensendi sunt. Plurimi autem huius furfuris libri extant, qui saepe vetustissimorum sanctissimorumque hominum ficta ac mentita nomina, vt hanc artem tam propter venustatem, quam auctoritatem talium virorum magis commendent, in rubro prae se ferunt, sed in nigro ipso pestilentissimas ac atris impietatibus repletas doctrinas continent, sic hodie adhuc titulis ementitis circumferri libros sub nominibus *Adae, Abelis, Enoch, Abrahae, Aaronis, Danielis, Pauli, Cypriani, Honorii, Hieronymi, Thomae, Alberti M.* aliorumque adserunt WIERVS de *praestig. daemon. l. II. c. III. p. 152.* & DELRIO *l. II. qu. III. p. 88.* vt ob speciosa haec nominum lenocinia magis adrideant illiciantque & citius fidem sortiantur. Quoniam vt PICVS *l. I aduersus Astrolog.* de Astrologia iudiciaria iudicat, *quae produntur ab iis, rationibus confirmari non possunt, siue ipsi illa vera credunt, siue credi nolunt ab aliis, libros huiusmodi viris clarissimis & antiquissimis inscribunt, & fidem errori*

ſuo de fictis auctoribus aucupantur. Aliam cauſam & rationem huiusmodi ſcribendi generis indicat NAVDAEVS *c. VI. §. V.* ex verſione Io. REICHEN *p. 44. Vnd damit vvir durch dieſes Mittel die kotbigten vnd ſumpffigten Quellen, die holliſchen Flüſſe Styx vnd Tartarus erkennen mögen, vvoher alle dieſe kleine Vngeheuer, Schreck-Bilder, Huhr-Kinder, Miſs-Geburthen vnd VVechſel-Bälge entſtanden, vvelche, vvenn man offenhertzig dauon reden vvill, nichts anders ſeyn, als die Vervvegenheit einiger armſeeligen vnd elenden Bärenheuter, qui ſui quaeſtus cauſſa fictas ſuſcitant ſententias, vvelche ſie dem erſten, der ihnen nur in den Sinn käme, ohne alle Vhrſache, ohne einige VVahl, Anſehen, vnd Betrachtung beygeleget haben.* Bene quoque horum impoſtorum praeſtigias detexit Io. REVCHLINVS de *verbo mirifico l. I. Cogitaui librorum indice motus: mira quaedam me iſtic repertarum ire, quaſi operationes Zoroaſtris, Oromaſis, Zamolxis, Epimenidis, Orphei, Pythagorae, Hoſtanis, Empedoclis ſeu etiam iuniorum Theſſalicas factiones Carinondae, Damigerontis, Apollonii, Dardani &c. ſed audite dum lego, quid ſit. Edepol aliud nihil quam Horatianum illud: parturiunt montes naſcetur ridiculus mus; Suſpendunt furciferi prae foribus voluminum ſplendidos titulos: & modo hunc eſſe librum Enoch: quem diuiniorem ante ceteros omnes fuiſſe vetuſtas adſeruit, modo illum Salomonis mentiantur, facile indoctis auribus irrepentes.* Add. WIERVS *l. II. c. V.* Praeterea non eximios tantum viros, ſanctos Patriarchas & Dei angelos tam ſceleratorum execrandorumque dogmatum iactant auctores, verum etiam libros a *Razicle* & *Raphaële* Adae & Tobiae angelis traditos oſtentare non erubeſcunt, vt hoc fuco pulcre adornent Empuſam. Nulli tamen eorum plures libri adſcribuntur, quam Salomoni, quod inde veniſſe arbitror, quod IOSEPHVS *l. VIII. antiquit. Iudaic.* de eo refert dicens, *Incantationes Salomon compoſuit, quibus morbi pelluntur; Coniurationum modos ſcriptos reliquit. Quibus ita fugantur daemones, vt deinceps nunquam reuerti audeant:* Huius igitur auctoritate nitentes nonnulli otioſi homines vel alios fallendi vel quaeſtus cauſa occaſionem arripuerunt, quosdam libros confingendi, ac ſub nomine Salomonis euulgandi. Verum aperte ſe prodit horum furcifero-

Hh

ciferorum circulatorumque fallax praestigium & nostro aeuo iampridem conficta sese profitentur ipsa volumina. Horum vero ALBERTVS M. (vt refert NAVDAEVS *c. XV.* §. *VI.*) in *speculo Astrolog.* quinque citat, quorum primus est liber *Almadal*, secundus liber *4 annulorum*, tertius de *9 Candariis*, quartus *de tribus figuris spirituum* & quintus de *sigillis ad daemoniacos.* TRITHEMIVS *l. I. Antipal. c. III.* de quatuor aliis mentionem facit, primus dicitur *Clauicula Salomonis ad filium Roboam*, secundus *Lamene*, tertius liber *pentaculorum*, & quartus de *officiis spirituum*; Et PICVS *l. I. aduersus Astrolog.* librum de *vmbris Idearum* sub nomine Salomonis vidisse dicit, quod idem citatur a CHICO *comment.* in *Sphaer. de Sacrobusto c. IV.* Porro GRETSERVS de *mor. prohibend. malos libros l. I. c. X.* se in Bibliotheca Ducis Bauariae vidisse scribit eiusdem librum de *hygromentia ad filium Roboam* in lingua Graeca; Ac in eadem lingua extat *Testamentum Salomonis*, ex quo multa loca adducit M. GAVMIN in *not.* ad *Psel.* A NICETA quoque in *fin. IV. annal.* citatur *liber Salomonis.* Extat quoque liber, cui titulus: *Semiphoras & Schembamphoras Salomonis*, vid. BVDDEVS *introduct.* ad *histor. Philosoph. Ebraeor.* §. *XIV. lit. a.* & §. *XLV. lit. X.* eiusdem nomen prae se fert liber *Rasiel*, qui duplex est maior & minor, vterque Cabbalisticus & magicus vid. IO. HENR. HOTTINGERVS *biblioth. orient. c. I. class. VIII. p. 33.* & BVXTORFFIVS *biblioth. Rabbin. p. 148.* ex quo huius libri contenta refert REIMANNVS *introd. histor. theol. iudaic. l. I c. XV. p. 351.* *Das Buch Rasiel ist zweyerley, das grössere vnd das kleinere; Sie sind aber alle beyde Cabballistisch vnd Magisch, vnd fassen in sich die Nahmen verschiedener Engel vnd Geister, vnd lehren, wie man sich die guten vnd bösen Engel könne zu Freunden machen, mit der Sonne vnd dem Monde in ein Gespräch einlassen, Kranckheiten erregen vnd wiederum curiren, Städte vmkehren, Erd-Beben erwecken vnd dergleichen. Sie zeigen auch die Kräffte der Kräuter, Fische, Vögel, vierfüssigen Thiere, Hölzer, Blumen, v. s. w.* Item: *Sie begreiffen die Kunst zu weissagen vnd zukünfftige Dinge aus den Gestirnen zu erkundigen; Sie zeigen den Stab Mosis, mit gewissen Characteribus bezeichnet, durch deren Krafft er*

so

so viel VVunder vnd Zeichen verrichtet hat, ingleichen den Concurs derer Characteren, vvelchen die Magi Almandel Salomonis zu nennen pflegen, vnd berichten sie von demselben dieses insonderheit: VVenn du Almandel schreiben vvirst, vvirst du von der vvunderbahren Geburth des Messiae vvunderbahre Dinge erfahren, vnd vvenn du nach denselbigen fleissig fragen vvirst, so vvirst du lieb vnd angesehen seyn bey Hohen vnd Niedrigen. Es ist auch dieses merckvvürdig, dass die Göttliche Nahmen: Iah, Iehouah, Adonai, bey denen Beschvverungen insgemein 3mahl vviederhohlet vverden. False vero eiusmodi libros Salomoni tribui vere iudicat ROGERVS BACON de *secret. operibus art. & natur. c. II.* dicens: *Quicunque adserunt, quod Salomon composuit hoc vel illud, aut alii sapientes negandum est; quia non recipiuntur huiusmodi libri auctoritate ecclesiae, nec a sapientibus, sed a seductoribus qui mundum decipiunt; etiam & ipsi nouos libros componunt, & nouas ad inuentiones multiplicant, sicut scimus, per experientiam, & vt vehementius homines adliciant, titulos praeponunt famosos suis operibus, & ea magnis auctoribus impudenter adscribunt*, Add. ARIPPA de *vanit. scient. c. XLV.* REVCHLINVS de *verbo mirif. l. I.* & ex eo WIERVS de *praestigiis daemon. l. II. c. V.* Hi vero libri, vt & superiores, penitius introspicienti praeceptorum canonem, rituum modum, verborum consuetudinem, characterum genus, barbarum constructionis ordinem, indoctam phrasin, sententiarum vim, res insulsas, manifeste sese produnt, & inscriptiones esse adulterinas suppositiasque, nec nisi summas imposturas eos continere, nec non ita pridem ex vnius conspirationis volutabro cunctos nostra aetate scaturiisse, minimeque Chaldaeorum & Haebraeorum linguam vetustatemque resipere, nec duplicem Aegyptiorum characterem, vnum in sacris, alterum in prophanis agnoscere, commonstant. Interim tamen a perniciosissimis abominationum architectis verae sapientiae ignaros fabricatos esse ex gentilitiis quibusdam obseruationibus nostrae religionis ceremoniis, veluti ex insidiis, vt circumueniant citius, studio immixtis insertisque multis ignotis nominibus & signaculis, vt stupori terrorique sint rudioribus, simplicibus & incautis, mentis sanae dubitet nemo. Falsitatem & impietatem horum libro-

 bro-

brorum bene detexit PETR. GREGORIVS *Praelud. l. IV. c. IV. p. 142. Illi namqae virus immedicabile spargere solent: atque inprimunt mentibus leuiorum iuuenum saepe, usque adeo tetra phantasmata & animi peruersiones, vt per reliquum vitae tempus plane conspicere liceat, fere mente reddi destitutos: Non quod quicquam veri, ex lectione horum consecuti fuerint, sed quod ex violentiae cupiditatis desiderio, tranquillitatem animi per laruas quasdam imaginationum fictitas concitauerint, quas postea placare, propter temporis consumti poenitentiam non possint. Curiosa enim & erronea & praeterea nihil.* Multos huius farinae libros recensent THEOPH. RAYNAVDIVS de *bonis & malis libris Erotemat. V.* MELCHIOR. GOLDASTVS *von Confiscation der Zauber-Güther §. XXXVI p. 90. seqq* & alii, quos hic *c. l.* numerose citat. Scripta etiam Magica, quae Patriarchis, Prophetis & aliis viris sanctis, tribuantur, videri possunt in IO. ANDR. SCHMIDII *diss.* de *Pseudo veter. testamento.* Add. IO. PASCHIVS de *inuent. nou. antiqu. c. VII. §. XV. p. 579.* REIMANNVS *introduct. in histor. liter. antidiluv. Sect. I. qu. XIII p. 11. & qu. XIV. p. 13.* Et IO. ALB. FABRICIVS in *Codice Pseudepigr. V. T p. 1453.* qui tamen demonstrare contendit in clauicula Salomonis sub inauditis nominibus & mysteriis magicis steganographiam esse occultam. Huius autem commatis libri magici non solum apud Christianos, sed & apud diuersas profanas gentes antiqua perpetuaque consuetudine reprobati & comburendi conquisiti sunt, vt legimus apud LIVIVM *l. XXXIX.* DION. *l. LIV.* TACITVM *l. IV. Annal.* & in *vit. Agricolae.* SENECAM *l. X. controuers.* in *princip.* vnde AVGVSTINVS *l. I.* de *consens. Euangelist. c. IX.* de scriptoribus magicis agens ait: *Non solum disciplinam Christianam, sed ipsam terrenae reipublicae administrationem iure eos condemnare.* Sic & VLPIANVS *l. IV. § I. ff. famil. herciscund.* ait: *Tantundem debebit facere & in libris improbatae lectionis, magicis forte & his similibus, haec enim omnia protinus corrumpenda sunt.* Libros magicos non solum comburendos fuisse, sed & poenam deportationis & exilii additam testatur IVLIVS PAVLVS *sentent. recept. l. V. tit. XXIII.* ad *leg. Cornel.* de *Sicariis & Venef. §. XVIII. p. m. 511. Libros magicae*

artis

nuda tamen eius cognitio est indifferens. ****)

CAP. VII.

artis apud se neminem habere licet: & si penes quoscunque reperti sint bonis ademtis ambustisque publice in insulam deportantur: humiliores capite puniuntur. Conf. ANT. SCHVLTING. ad *h l.* & IO. WOVWERIVS ad *Min. Fel.* add. *l. XII. Cod. Gregor.* qua poena adfectus adolescens quidam legitur apud NICEPHORVM CALL. *l. X.* Et quidem quoad Christianos *Act. Apostol. XIX. 19.* legimus: multos ex iis, qui curiosa sectati fuerant, contulisse libros & concremasse eos coram omnibus & computatis preciis illorum inuenisse, pecuniam denariorum quinquaginta millium, add. IO. PRICAEVS ad *h. l.* Sic HONORIVS IMP. *l. X. C.* de *episcopal. audient. Mathematicos, nisi parati sint, codicibus erroris proprie sub oculis Episcoporum incendio concrematis, catholicae religionis cultui fidem tradere nunquam ad errorem praeteritum redituri, non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus.* Conf. IAC. GOTHOFR. ad *l. XII C. Theod.* de *Malef. & Mathem. T. III. p. 134.* add. *l. III. §. 1. C.* de *summa trinit.* & *fid. Cathol. l. VI. §. 1. l. XVI. §. 2. C.* de *haeret.* & *Nou. XLII. c. I. §. 2.* PHOTIVS in *Nomoc. tit. XII.* Varia Imperatorum edicta & Pontificum decreta huc spectantia congesserunt ANTON. AVGVSTINVS *epit. iur. l. XI. tit. XIV.* FILESACVS *c. I. §. VII.* de *offic. ordin.* BEYERLINCH. in *theatro vit. hum. t. IV.* verbo *libri*, & alii quos magno numero citat GONZALEZ TELLEZ *comment.* in *c. IV.* de *haeretic. T. V. p. 172.* Alia diuersarum gentium exempla referunt TIBERIVS DECIANVS *l. V. tract. crim. c. XLVIII.* BEYERLINCK *d. l. IV.* verbo *libri* LIPSIVS ad TACITVM *l. IV. annot. 78.* GRETSERVS de *iure & more prohibend. libros noxios* & IO. CONRAD. SCHRAMMIVS *diss.* de *libror. prohibit. vtilitat. & abusu.*

****) Licet Theurgia tanquam ars impia & dogmatibus christianis contraria sit reiicienda, sicut & tanquam error falsissimus a *Facultate Theologica Parisiensi* cuius articulos ex IO. GERSON Cancellario Parisiensi collectos exhibet IO. FILESACVS in *fine* sui tractatus de *idololatr. mag.* & IO. BODINVS de *daemonom. p. m. 45.* tamen

tamen nuda eius cognitio est indifferens nec cognitio veri, quod sit perfectio intellectus, quoddam bonum dicenda est illico, vt vult PERERIVS *l. I. aduersus fallaces art. c. XIV. p. 138.* & ex eo PIGNATELLVS *consult. nouiss. T. I. cons. LXIX. p. 244.* Sed cognitio in se nec bona nec mala est, sed prout quis illa vtitur. Vsus autem hic a voluntate humana dependet; Est itaque bona, si adhibentur ad huius vanitates, fallacias impiasque superstitiones detegendas & confutandas, ad probandum mira illa, quae faciunt vel esse meras imposturas, vel opera daemonum, vel occultarum virtutum naturalium effectu, ad demonstrandum nullum opus magorum vere dici posse miraculum, & ad docendum Christi miracula multum differre ac praestare magorum miraculis, nec magos virtute diuina operari, nec Christum eiusque seruos miracula magicis artibus edidisse. Atque hoc animo & consilio nonnullis magiae studere concessum esse adfirmant PERERIVS & PIGNATELLVS *cit. loc.* Sicut & talem Theurgiae cognitionem habuerunt multi patres, imprimis vero *Augustinus* & *Eusebius*, vtpote qui eam optime perspectam felicissimo successu refutarunt. Vnde & TERTVLLIANVS *libr.* de *anima* dicit: *Non Christiani fallacem Magiam non socia conscientia, sed inimica scientia nouimus, nec inuitatoria operatione, sed expugnatoria dominatione tractamus multiformem hanc lucem mentis humanae, totius erroris artificem salutis pariter animaeque vastatricem.* Nec non Io. PICVS MIRANDVLANVS *c. l.* recte videtur dixisse, *quo quis magiae est peritior, eo clarius eum cernere, quantum inter Magorum & Christi atque sanctorum miracula intersit.* Malum vero eius studium esse potest, vel si quis illud praeferat studiis vtilioribus, & tantum propter inanem quandam curiositatem illud capessat: vel si ad male agendum id referre velit: vel si propter imbecillitatem mentis periculum sit, ne huius Magiae fraudibus & superstitionibus circumueniatur. Nam uere Rex IACOBVS *Daemonolog. l. I. c. V. opp. p. 48.* dicit: *Theoria istarum rerum plus habet periculi quam noxae, cum grauitas peccati ab vsu & praxi pendeat.* Add. IAC. PIGNATELLVS *consult. Canon. T. V. cons. XIV. n. XCIV. p. 64. seqq.* vbi quatenus artes magicas nosse velle sit licitum explicat.

plicat. THOMAS in *quaestion. quodlibet. l. IV. qu. XI. art. XIV.* quo quaerit: Vtrum homo possit sine peccato appetere scire scientias magicas? ita disputat: *Itaque si aliquis appetat scire scientias magicas, vt eis etiam vtatur, est malum. Si autem appetat eas scire, vt eas confutet & reprobet, sic est bonum & licitum. Similiter ex conditione potest hoc diuersificari vel etiam ex modo appetendi. Si enim sic appetat aliquis scire huiusmodi scientias, vt earum notitiam praeferat aliis vtilioribus rebus, inordinatus est appetitus: & similiter si sit talis persona, ad quam non pertineat hoc scire, inordinarie hoc appetit;* Et *seqq.* variis auctoritatibus Patrum probat, imprimis exemplo *Mosis*, *Danielis* & sociorum, vid. *distinct. XXXVII. c. XI.* vbi extat locus *Hieronymi* in *c. I. Daniel: Discunt autem non vt sequantur, sed vt iudicent atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus Mathematicos velit scribere imperitus mathematicis, risui pateat: & aduersus Philosophos disputans, si ignoret dogmata Philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldaeorum, qua & Moyses omnem sapientiam Aegyptiorum dicerat.* Add. *Idem* in *prolog.* in *Daniel.* Sed quamuis etiam huius studium propter malam voluntatem, malum fieri possit, nuda tamen eius cognitio, si non in actum deducta, non est crimen, nec subiacet poenae. Illud enim requirit aliquod factum illicitum, hoc vero non consistit in intellectu, nec in nuda intentione agendi, sed in ipso exercitio seu actu, vt demonstrauit THOMASIVS in *problem an haeresis sit crimen?* & ANDR. ADAM. HOCHSTETTERVS in *tractatione morali* de *iure poenar. p. 45.* ex instituto agit, an actus interni sint obiectum poenae; Adde HVGONEM GROTIVM de *I. B. & P. l. II. c. XX. §. XVIII.* eoque sententia CARPZOVII *Prax. crim. P. I. quaest. XLIV.* redit, quod scilicet haeresis non aliter puniri possit, nisi cum blasphemia coniuncta sit, vel Rempublicam turbet, sed tunc non quatenus est haeresis, sed quatenus est blasphemia vel aliud delictum puniendum erit. Et quidem Pontificios hoc in casu saepissime contra leges iuris naturae peccare, multa docent exempla vid. Io. MERCKEN. in *Theatro tragic. illustr. viror. nostr. temp. Hist. 32.* Bene vero hic cum Io. HENR. BOECLERO *Instit. Polit. l. II. c. IV. p. 145.* tolerantia distinguenda

da erit ab exercitii publici concessione: aliud quoque est tolerare, aliud adprobare, vnde nec Syncretismus locum habet: Sicut & *LL ciuilibus* non tam artem, quam vsum artis prohibitum videri firmat VLPIANVS *l. VII.* de *offic. procons. Tit.* de *Mathemat. & Vaticinat.* quorum nomine etiam Magos comprehendi nemo nescit: Extat illius locus apud Autorem *libr. collat. leg Mosaicar. & Romanar. IV. tit. XV.* quem LICINIVM RVFFINVM fuisse putant, quemque edidit PETRVS PITHOEVS & nouissime ANTON. SCHVLTINGIVS *iurisprud. anteiustinian. p 785.* ait itaque VLPIANVS: *Sed fuit quaesitum, vtrum scientia huiusmodi hominum puniatur, an exercitium & professio. Et quidem apud veteres dicebatur professionem eorum, non notitiam esse prohibitam; Postea variatum: nam dissimulandum est nonnunquam irrepsisse in vsum, vt etiam profiterentur, & publice responderent. Quod quidem magis per contumaciam & temeritatem eorum factum est, qui ausi erant vel consulere vel exercere, quam quia fuerat permissum.* Quod hic dicatur professionem, non notitiam olim fuisse prohibitam, id IVLIVS PAVLVS *l. V. tit. XXI.* de *Vaticinat. & Mathem. §. IV.* apud SCHVLTING. *p. 503.* suadet, vt ab ea abstineatur: *Non tantum diuinatione quis, sed ipsa scientia eiusque libris melius fecerit abstinere.* Sed verba haec non continent ius, sed consilium, quod CVIACIVS non attendit, vid. ALBERICVM GENTILEM ad *l. IIX. C. eod.* Discrimen autem est inter diuinandi scientiam & Magiae, illa olim non stricte prohibebatur, vt constat ex *c. l. Pauli*, sed bene haec, vt patet ex PAVLO *l. V. tit. XXIII. §. 18. p. 512.* *Non tantum huius artis professio, sed etiam scientia prohibita est.* Interim quod aiunt ab *Impp.* olim non prohibitam notitiam, sed professionem, postea illud idem a VALENTINIANO vnicuique quod animo imbisset liberam colendi facultatem tribuente concessum in ipsa diuinandi disciplina, vt ait *l. IX. C. Theod.* de *malefic. & mathemat.* *Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus*, huius legis sententiam & historiam bene exponit, IAC. GOTHOFREDVS *T. III. p 129.* Professio igitur si fit ad bonum finem, scilicet ad docendas istius artis fallacias, non est illicita, bene vero si fit ad malum finem. Et quidem Acade-

CAPVT VII.

DE CRIMINE CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

§. I.

POstquam Theurgiae historiam doctrinamque consideravimus, ipsius quoque operationem, quae in ipso actu coniurationis

Academiam Salmanticam in Hispania Theurgiam & Goetiam publice docuisse superioribus seculis scribit G. VOSSIVS de *idol. l. I. c. IIX.* Et ita professio Magiæ differt a nuda cognitione, quæ quamvis esset mala, tamen non punitur, nam ut discere, ita artem dediscere imperari non potest, professio vero, si sit mala, est illicita & punitur, quia adest factum illicitum & prohibitum. Nec obstat, *l. IIX. C. de Malefic. & Mathem. culpa similis est tam prohibita discere, quam docere.* Quo videtur dicendum & notitiam & professionem esse prohibitam, ut & vult GOTHOFRED. ad *h. l.* In quam ipsam senteutiam TERTVLLIANVS de *idolatr. c. IX. Urbs & Italia interdicitur Mathematicis, sicut coelum Angelis eorum: Eadem poena est exilii discipulis & Magistris.* PHILO quoque de *sacrific.* ait: *Quando vel docere & discere haec juxta est nefarium.* Et SENECA *prooem. l II. controvers. Minime probabili more turpe erat docere, quod honestum erat discere,* AMM. MARCELLINVS *l XXVI. c. III.* refert, eum, qui erudiendum Mago filium dederat capite punitum esse. Et IDEM *l. XXIIX. c. I.* inter alia multa huius generis scribit, ita punitum esse adolescentem, qui librum magicum descripserat. Verum simplex notitia & scientia non punitur, vt in antecedentibus iam demonstratum; hinc lex atque alia allata testimonia capienda sunt de eo casu, si quis hanc artem eum in finem addiscat, vel doceat, vt eam exerceat. Exercitium enim huius artis semper est illicitum & criminosum, siue in bonum, sive in malum finem fiat, quia modus est illicitus & prohibitus, vt *cap. seq.* demonstrabitur.

iurationis ſpirituum conſiſtit, examinabimus *): Cauſam iſtius dediſſe veroſimile eſt, doctrinam de geniis, quod ſcilicet cuilibet homini in ipſa natiuitate vnus vel plures, tanquam teſtes atque cuſtodes vitae agendae ſint aſſignati, apud plures Gentilium,

---

*) A Theurgiae ſcientia differre illius exercitium, quod coniurationem ſpirituum vocant, iam *cap. anteced.* §. *vlt. not. vlt.* eſt demonſtratum, idemque bene exponit GABR. NAVDAEVS in *Apolog. pro viris Mag. ſuſpect. c. VI. §. III. p. 42.* vertente IO. REICHEN. *Zu dem vväre es eine groſſe Einfalt, vvenn man glaubte, daſs nur dieienigen Zauberer vvären, vvelche ſich in den Zirckel begeben, die Beſchvverungen der Geiſter vnternehmen, die Zauberey ausüben, vvelche dauon Bücher ſchreiben oder herausgeben können, vveil ein ieder leicht nach ſeinen eignen Gutdüncken von einer Sache reden kan, die vveder Lehr-Sätze, noch Ordnung, noch Methode hat, vnd in vvelcher man nur die Charactères der zvvölff himmliſchen Zeichen vnd ſieben Planeten, die Nahmen einiger Engel aus der H. Schrifft, das Tohu vnd Bohu, Vrim vnd Thumim, Bereſchith, Enſoph vnd Agla der Cabbaliſten mit den Hippomanes, Iungfern-Pergament, Peritalpha, Leichen-Tuch, Toden-Kopff, Bocks-Blut, Fleder-Mäuſe, nebſt einigen Gebeten vnd Beſchvverungen, aus dem Flagello daemonum vnter einander mengen darff, ſo kan man viele Geheimniſs-volle Bücher vnd Tractate ans Licht geben;* Et *p. 43.* *Endlich iſt es auch gar nicht vvahrſcheinlich, vvenn man ſagen vvolte, daſs die Bücher, vvelche insgemein nichts anders, als die Früchte einer langvvierigen Theorie vnd Speculation ſeyn, gnugſahme Proben vvären, ihre Autores der Zauberey zu überführen, als vvelche in einer gantz andern Praxi vnd VVirckung, als in Verfertigung vnd Zuſammenſetzung einiger Lehr-Sätze beſtehen.* Nec non IDEM *c. XIV. §. XIX. p. 183.* de magia adſerit: *Daſs dieſelbe nicht in bloſſen Speculationen vnd Gedancken beſtehe, vvelche ein ieder ſelbſt in ſolchem Verſtande auslegen vnd erklären kan, vvie es ihm gut düncket, ſondern darin, daſs man Zirckel mahlet, vnd Beſchvverungen machet.*

**) Quan-

tilium, multosque Iudaeorum, nec non apud nonnullos Christianorum receptam & inueteratam: **) Cum enim mortales studerent eos spe maiorum bonorum felicitatisque consequendae causa sibi quam maxime propitios reddere, annisi sunt eos in conspectum euocare, cumque iis commercium visibile inire.

§. II.

**) Quanquam vox genius seu daemon nonnunquam minus proprie vsurpatur: Sic VARRO animam mundi genium nuncupat, & APVLEIVS de *Deo Socratis opp p. m. 90.* notat, pro daemone saepe venire animum humanum tam in corpore situm quam separatum; Attamen esse quoque aliud augustius genus daemonum, qui semper a corporis compedibus liberi sunt, certisque potestatibus praediti *Idem seq.* docet; Sicut quoque IAMBLICHVS de *myster. Sect. IX. c. IIX. p. 171.* & PROCLVS *libr.* de *anima & daemon.* contra eos, qui daemones partes animarum operantes vel ipsis præpositas dicunt, late disputant. Plura de notatione huius nominis habent LVDOV. VIVES ad *Augustinum de ciuit. l. VII. c. XIII. p. 207.* & *l. IX. c. X. p. 276.* nec non NATALIS COMES *Mytholog. l. IV. c. III. p. 292. seq.* & *Anonymus libello obseruat.* in *Natal. Comitem* voce *genius.* In hoc igitur significatu genium seu daemonem statuebant esse vel specialem, qui singulari cuique homini destinaretur, genitoque adesset, vel generalem, qui toti populo præesset; Cum itaque non solum omnes regiones, sed & singulas vrbes in alicuius Dei vel daemonis tutela esse crederent, quod & PLATO *dialog. IV. p. m. 794* & *dial V.* de *Legibus* in *fine p. 810.* asserit, Romanorum imprimis mos fuit arcanus & multis ignotus, vt cum obsiderent vrbem hostium, eamque iam capi posse confiderent, certo carmine deos tutelares illinc euocarent, illisque eundem aut ampliorem apud se locum cultumue promitterent, vt PLINIVS *l. XXIIX. c. II.* ex VERRIO FLACCO tradit, cuius rei rationem addit MACROBIVS *Saturnal. l. III. p. m. 265. quod aut aliter vrbem capi posse non crederent: aut etiam si posset, nefas existimarent deos habere captiuos.* Propterea & ipsi Romani Deum, in cuius tutela vrbs Roma esset,

& ipsius vrbis latinum nomen ignotum esse voluerunt, ne quod saepe aduersus vrbes hostium fecisse se nouerant, idem ipsi quoque hostili euocatione paterentur, si tutelae suae nomen diuulgaretur, vt PLINIVS *l. III. c. V.* & MACROBIVS *c. l.* referunt. Quod & C. SEMPRONIVS in *libr.* de *division Ital.* (vel potius ANNIVS VITERBIENSIS ad cuius figmenta quoque hic liber referendus, vid. VOSSIVM de *histor. latin. l. I. c. IIX.*) his verbis innnuit: *Alioquin Romae nomen & nominis origo vulgata esset, atque manifesta, quae occulta esse saluberrima religio sanxit: ne si origo nominis & a quo deriuationem habet, gentibus pateret, ea euocaretur, vt ceteri.* Carmen euocationis deorum ex SAMMONICI SERENI *l. V.* *rerum reconditarum*, quod ille se in cuiusdam FVRII vetustissimo *libro* reperisse professus est, exhibet MACROBIVS *c. l.* *Si deus, si dea est, cui populus ciuitasque Carthaginiensis est in tutela, teque maxime, ille, qui vrbis huius populique tutelam recepisti, precor veneror que veniamque a vobis peto, vt vos populum, ciuitatem Carthaginiensem deseratis, loca, templa, sacra, vrbemque eorum relinquatis, absque his abeatis, eique populo, ciuitati metum, formidinem, obliuionem, iniiciatis, proditique Romam ad me, meosque veniatis, nostraeque vrbis loca, templa, sacra, vrbs acceptior probatiorque sit, mihique populoque Romano militibusque meis praepositi sitis, vt sciamus, intelligamusque; Si ita feceritis, voueo vobis templa, ludosque facturum.* Aliud vero carmen, quo ipsam ciuitatem deuotam fieri crediderunt, affert IDEM *p. 266.* Apud LIVIVM quoque *l. V.* formula extat, qua Camillus Iunonem e Veiis euocat; An *Bileamus* a Balako ad maledicendum Israëli *Numer. XXIII.* vocatus, hanc artem euocandi deos, populosque reddendi deuotos sciuerit? An hac ratione *Amasias* Iudaeorum rex euocauerit deos filiorum Seir, quos post superatum populum secum abduxisse & coluisse legitur *II. Paralipom. XXV. 15.* An haec fuerit mens *Achioris* Ammonitae, Holofernem principem militiae Assyriorum monentis Bethuliam capi non posse, nisi Deus eorum ipsis iratus fuerit, *Iudith. V. 17.* An haec verba *Ierem. LI. 9.* *Curauimus Babylonem & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam*: intelligenda sint

de

de secessione deorum tutelarium? nec non ea vox: μεταβαίνωμεν ἐντεῦθεν, quae ante occupationem Hierosolymae a Tito factam audita esse fertur? hic non inquirimus, cum Deus Israëlis non sit instar idolorum gentilium, non enim migrat, qui vbique est, nec nugis illis delectatur aut terretur teste ipso Bileamo *Num. XXIII. Non enim est incantatio contra Iacobum, nec diuinatio contra Israëlem.* Ethnicos vero, quod singulis gentibus peculiares genios seu deos tribuerent, increpat CLEMENS ALEXANDR. *protrept. p. m. 26.* & AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l. I. c. III. p. 5.* Licet & nonnulli ipsorum Patrum ORIGENES *Homil. XVI.* in *Genes. Homil. XI.* in *Numer. Homil. XXIII.* in *Iosu.* & *XII.* in *Lucam* &c. DIONYSIVS AREOPAG. de *coelesti hierarch. c. IX. fol. m. 26. seqq.* THEORETVS *diuinor. decretor. epitom. opp. p. m. 450.* & alii omnibus populis angelos tutelares praefectos esse crederent; De hisce diis tutelaribus ac modo eos euocandi solito plura, si scire velis consule LVDOV. VIVEM ad *Augustin. c. l.* & *l. II. c. XXII. p. 62.* PETR. GREGORIVM Tholosanum *libro* de *Angelis c. XI. n. 28. seqq.* & de *Republica l. XXI. c. III. p. 769.* BARNAB. BRISSONIVM de *formulis l. I. p. 63.* IAC. PHILIPP. THOMASINVM de *donariis c. III p. 31.* IAN. VINCENT. GRAVINAM *orig. iur. ciuil. l. II. §. LXXVI. p. 416.* LACERDAM de *Excellent. spirituum c. XXXI.* BODINVM in *MS.* de *abditis rerum sublimium arcanis l. II.* & LOMEIERVM de *lustrationibus c. IV. p. 35.* & *40.* Quod genios singulis hominibus assignatos attinet, vnde veniant, quinam sint, quamdiu hominem regant, explicat IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. IX. c. VI. p. 169. Hic igitur daemon praeextierat in paradigmate, priusquam in Genesin descenderet anima; hic, vbi primum pro duce anima sibi adsciuerit eum, statim animae adest, eiusque vitalia opera exequitur, ipsam ad genesin descendentem corpori alligat, totum in communi animal regit, vitamque animae propriam gubernat, quaeque cogitamus ab eo principium habent, & ea agimus, quae nobis in mentem is induxerit, denique eatenus nos gubernat, quoad sacris perfecti pro daemone Deum animae custodem & ducem adipiscamur, tunc enim daemon vel prorsus cedit meliori, traditque prouinciam, aut subii-*

 citur

citur ei, ita vt conferat ei aliquid, aut alio quouis modo ei subministret tanquam superiori. De horum natura & officiis multa quoque disserunt APVLEIVS de *Deo Socratis*, PROCLVS *libro* de *anima & daemone*, & OLYMPIODORVS in *Phaedonem.* Et quidem CHALCIDIVS in *Timaeum p. 225.* notat, *huius beneficii*, tutelae nempe angelorum hominibus a Deo concessae, *testem esse cunctam Graeciam, omne Latium, omnemque Barbariam;* Quod & exemplis & autoritatibus probat AMMIANVS MARCELLINVS *l. XXI. p. m. 360.* Etenim Aegyptios hanc doctrinam habuisse homini nascenti quatuor deos praestites, (ideo praestites dicuntur, quod genito statim adsint, vt obseruat MARTIANVS) adesse memorantes daemonem, fortunam, amorem & necessitatem monstrat MACROBIVS *l. I. Saturnal. c. XIX. p. m. 213.* Plura de Aegyptiorum sententia vid. apud IAMBLICHVM de *Myster. Aegypt. Sect. IX.* add. THOM. GALE ad *h. l.* Idem sensisse Graecos docet ORIGENES *l. VIII. contra Celsum p. m. 400.* dicens: *Affirmant Graecorum sapientes nascentium cuique suum daemonem sorte quadam obtingere.* Imprimis autem hoc dogma fuit Platonicorum: Sic enim *Plato* ex sublimiori daemonum copia autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, vt testatur APVLEIVS de *Deo Socratis p. m. 91.* Conf. ipse PLATO in *Phaedr. p. m. 447. Phaedon. p. 616.* de *Republ. l. X. p. 673.* & passim. Hunc secuti sunt PLOTINVS *l. IV. Ennead. 3.* PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinentia.* IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. IX.* PROCLVS *l. I.* in *Tim.* IDEM *libro* de *anima & daemon.* & reliqui. Inter quos *Porphyrius* & *Iamblichus* affirmant, daemonem animae tribui ante conceptionem, vt liquet ex fragmento apud STOBAEVM *Eclog. ethic. p. 203.* & FICINVS in *Plotinum* scribit: *Iamblichus ex mente Platonis probat sortem ducemque vitae daemonem animae tribui etiam ante conceptionem ab vniuersali totius mundi dispositione.* Praeter Platonicos & alii Graecorum Philosophi & Poëtae similia fere dogmata habuerunt, vt patet ex MENANDRO Comico apud quem duo Senarii extant, qui latine ita se habent:

Suus

Suus cuique genius mortalium
Vitae initiator vniuersae & arbiter.

Alii vero non vnum, ſed duos genios ſingulis mortalibus datos eſſe voluerunt, ſic *Euclides* Socraticus duplicem vnicuique homini naſcenti genium dicit appoſitum, vt ex LVCILII *l. IX. Satyrar.* CENSORINVS de *die natali c. III.* profert. PLVTARCHVS περὶ εὐθυμίας & *conſolat. ad Apollon.* omnibus hominibus a natiuitate non vnum daemonem cum Menandro, ſed geminos cum Empedocle credere ſe profitetur. Sed IAMBLICHVS de *Myſteriis Sect. IX. c. VII. p. 170.* docet, daemonem proprium vnum eſſe, eundemque omnes partes noſtri corporis gubernare: non eſſe alium animae, alium corporis praeſidem, aliumque beneficum, alium maleficum. Et IDEM *c. IX. p. 171.* recenſet quidem aliquos, ſupplicationes tanquam ad duos genios, alios tanquam ad plures inſtituiſſe, ſed ipſe aſſerit, quoniam Deus, qui omnibus proprium daemonem largiatur, vnus ſit, proprium cuique daemonem ſaltem eſſe vnum. Quid de geniis illis tutelae praefectis ſtatuerit Romana Theologia exponunt CENSORINVS *c. III.* & MARTIANVS CAPELLA *l. II.* Varia autem nummiſmata & inſcriptiones veteres de iis adducunt GRVTERVS, IAC. PHIL. THOMASINVS de *donariis p. 80. ſeqq.* it. BAVDELOT de DAIRVAL *de l'utilité des voyages tom. I. p. 157. ſeqq.* Veterum Philoſophorum doctrinam certos genios hominibus ad tutelam & praeſidium eſſe adiunctos fuſe referunt COELIVS RHODIGINVS *lect. antiqu. l. I. c.* XXXI. CASP. BARTHIVS *animaduerſ. l. I. Achil. Statii p. 1614.* PETR. DAN. HVETIVS *Alnetan. quaeſt. l. II. c. IV. §. III. p. 134.* HENRICVS LINDENBROGIVS ad *Cenſorinum* de *die natali c. II.* ſcriptoresque ab ipſo citati, necnon GEORG. WONNE *diſſert.* de *geniis deorum & homin.* Adde quoque ea, quae *cap. anteced.* §. *XVI. not. z.* de animarum duce & reduce diximus ibique allegatos. Haec doctrina apud Iudaeos quoque obtinuit, vt conſtat ex *Synopſi* libri *Sohar tit. XIII. e dictis in geneſin. n. 8.* in *Cabbal. denudat. Tom. II. P. I. tract. I p. 119.* *Duo angeli cum quauis anima exeunt, vnus a dextris, & alter a ſiniſtris: Et ſi probus eſt homo iſti eundem cuſto-*

diunt.

diunt, sin minus eundem accusant. Et R. PINCHAS inquit, istos angelos esse tres, qui sint tutores hominis. Et *Tit.* XIII. *e dict. in Exod. n. 8 p. 122. Ab anno aetatis decimo tertio & vlterius Deus sanctissimus, qui bene dictus sit, duos homini adiungit angelos, vnum a dextris & alterum a sinistris; & si ambulat in vita bona, angelus dexter fortificatur, & proclamationes coram eo fiunt,* &c. *si vero ambulat in via praua, angelus sinister fortius euadit.* Nisi angeli potius pro concupiscentia habendi, vt patet ex *Tit. XII. n. 9. p. 117. Ab anno aetatis decimo tertio & porro concupiscentia bona ab homine non secedit* &c. & *n. 11. p. ead. Duo angeli hominem conducunt, sunt concupiscentia bona & concupiscentia praua* &c. Sicut & patet ex R. MOSCHECH KORDVERI *tract.* de *anima c. III.* in *Cabbal. denudat. Tom. I P. II. p. 122. atque hinc manifestum est per duos angelos intelligi figmentum malum & figmentum bonum.* Sed plerosque Rabbinorum persuasos fuisse cuilibet sanctorum hominum a Deo peculiarem angelum esse destinatum, neque eidem solum hominis custodiam, sed multa alia quoque tribuisse monstrat BARTHIVS *l. II. aduers. c. XXI.* Sic Adamum particularis angeli praesidio instructum, multa circa particulares rerum essentias & proprietates comperisse tradunt: vnde & nomen huius praeceptoris fuisse Raziel ex R. ABRAHAMO scribit KIRCHERVS *Oediop. Aegypt. T. II. P. I. class. II. c. I.* Vnde liber a quibusdam citatur, cui titulus: *Euae prophetiae a Raziele angelo primi parentis Adam conscriptae.* Nec non aliis Patriarchis angelos peculiares KIRCHERVS *c. l.* ex mente Iudaeorum assignat praeceptores. Et referente BOISSARDO de *diuinat. p. 37. Semi angelus vocabatur Iophiel, Abrahami Zadkiel, qui prohibuit, ne filium Isaacum sacrificaret, Isaacus habuit Raphaëlem, Iacobus Petielem, hic corroborasse creditur Iacobum in pugna contra Angelum fratris sui Esau ad torrentem Iaboc, Mosi datus est angelus Mithadron, qui illum deduxit ante faciem Dei altissimi, Helias habuit Mathielem* &c. vt hoc REVCHLINVS CAPNION *l. I. partis Cabbalist.* ex *commentariis* lib. *Iethzira* asserit. Addatur FERNELIVS de *abditis rer. caus. l. I. c. XI.* AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. XLIII. p. 506. R. P.* CHERVBIN de S. JOSEPH *biblioth. crit. sacr. T. III. dissert.*

differt. XI. RICHARD SIMON *histor. crit. vet. testament. l. I. c. VII p. 44.* Multi quoque Patrum fuere in opinione cuilibet homini angelum custodem & tutelarem esse designatum, ut hoc affirmat IVSTINVS MARTYR *explicat. quaestion. a gentibus Christ. posit. qu. XXX. p. m. 28.* Et ORIGENES multa de angelis tutelaribus piorum differit *Homil. XX. XXII.* & *XXIII.* in *Num. homil. XIII.* in *Math.* & *XIV. p. 361. Homil. I. in Ezechiel* preces extant, quibus angelum tanquam custodem inuocat; Quod & cuilibet malus & bonus genius sit adsignatus statuit *homil. XXIII. in Iosu.* & *Homil. XXXV.* in *Lucam* ait: *Quodsi cui displicet, transeat ad volumen, quod titulo pastoris scribitur, & inueniet cunctis hominibus duos adesse angelos: Malum, qui ad peruersa adhortatur, & bonum, qui ad optima quaeque persuadet.* Add. *Idem l. VI. contra Celsum p. 303. l. IIX p. 400.* & de *principiis l. III. c. II.* HELIODORVS in *Aethiop. l. II.* quoque docet vnumquemque ab ortu suum nactum esse daemonem; Nec non BASILIVS M. *l. III. contra Eunomium* ait: *Quod singulis hominibus adsit angelus, vt paedagogus quidam & pastor ad fidem dirigendam nemo contradixerit.* Sic & HIERONYMVS *comment.* in *Math. XIIX. 10.* dicit, quemque ab ortu natiuitatis in custodiam sui delegatum habere angelum, cum his consentiunt EVSEBIVS *demonstrat. Euangel. l. IV. c. VII.* CHRYSOSTOMVS *homil.* apud PHOTIVM *Cod. 277.* ISIDORVS *Pelus. l. II. ep. 85.* CASSIANVS *Collat. l. IIX. c. XVII.* & *l. XIII. c. XII.* nec non alii; Nonnullos adhuc hodie inprimis Scholasticos doctores & pontificios, nec non mysticos in eadem esse opinione satis constat. Quamuis minime dubitemus, quin Deus angelis suis custodiam piorum mandauerit *Psalm. XC.* & alibi. Attamen cuilibet homini statim a natiuitate specialem angelum tanquam comitem atque ductorem vitae agendae esse adiunctum, negamus, quoniam non solum S. Scriptura de eo nihil docet, sed & hoc idem diuinae prouidentiae, quasi illa de humano genere nullam curam habeat, sed eam commissam dederit certis angelis, eiusque omnipotentiae, quasi ea non sufficiat, sed certis ministris opus habeat, nimis indignum esse videtur; qua causa dicendum talem sententiam ex gentilium

dogmatibus esse receptam, vt & hoc ex supradictis patet; Nihil autem ipsos iuuat textus *Actor. Apostol. XII. 15.* quo potissimum innituntur, cum verba illa scripturae non docentis sint, sed narrantis fidelium illorum verba. Mihi valde hac in re placet sententia CARDANI de *rer. varietat. l. XVI. c. XLIII. opp. p. m. 334. Ego certe*, inquit, *nullum daemonem aut genium mihi adesse cognosco, qui si modo me inscio adsit, a Deo mihi cum datus sit, Deum solum reuerebor, illique soli gratias agam, si quid mihi boni contigerit, tanquam omnium bonorum autori fontique vberrimo. Daemon vero ipse, bono animo feret, si ei cui debeo, retribuam. Illud bene scio, mihi pro bono genio datam esse rationem, bonum animum pecuniae honorumque contentum, quae omnia maximi facio & daemonio Socratis meliora atque ampliora dona existimo: nam qui cupiditate gloriae diuitiarumque tenentur, hi sunt, qui daemonum conuersationem quaerant, qui sanguinolenti nos in maxima crimina compellunt; vnde Paulus dixit Eph. V. auaritiam esse idolorum seruitutem.* Huiusmodi autem genios non cuique fuisse familiares nec ab omnibus visos vel auditos patet ex AMMIANO MARCELLINO *l. XXI. p. 360. Ferunt*, inquit, *theologi, in lucem editis hominibus cunctis salua firmitate fatali, huiusmodi quaedam velut actus rectura numina sociari, admodum tamen paucissimis visa, quos multiplices auxere virtutes.* Et quidem praecipuos, qui genios familiares habuisse, cumque iis versati esse dicuntur, in compendio recenset *Idem* paulo post: *quorum adminiculis freti praecipuis Pythagoras enituisse dicitur, & Socrates, Numaque Pompilius, & Superior Scipio, & vt quidam existimant, Marius & Octauianus, cui Augusti vocabulum delatum est primo: Hermesque Termaximus & Tyanaeus Apollonius atque Plotinus* &c. Ex horum igitur censu celeberrimus fuit genius Socratis, de quo peculiaribus libellis egerunt XENOPHON, PLVTARCHVS, APVLEIVS & MAXIMVS TYRIVS, qui geminam de *Socratis daemone* edidit *apodixin.* Et quidem apud PLATONEM in *Theage p. m. 12.* inducitur Socrates, qui haec verba profert: *adest mihi diuina sorte daemonium quoddam a summa pueritia me secutum; hoc enim vox est quaedam, quae cum fit, semper eius rei quam facturus sum, dissuasionem*

innuit:

innuit: prouocat vero nunquam. Quod si quis amicorum mecum quandoque aliquid communicat, venitque vox, hoc illa dissuadet neque facere sinit, &c. ubi de isto daemonio plurima differit ac ad testes ea de causa prouocat. Sic & apud PLATONEM in *Phaedro p 448.* Socrates ita loquens inducitur: *Cum flumen transiturus essem, daemonium & solitum mihi fieri signum factum est, quod sane quotiens accidit, quod facturus eram agere prohibet: hinc vocem audire me visus sum, quae abire me vetat, antequam expiauerim, quasi aliquid deliquerim erga Deum.* Et in *Apologia p. 480. Vox enim illa daemonis vaticinatrix mihi semper in superiore tempore frequenter omnino se offerre consueuit, & in rebus quidem leuissimis se opponens, si quid minus recte facturus fuissem*, & *Idem seqq.* quod eo tempore, quo in iudicium traheretur, ac ad mortem condemnaretur, nusquam vel agenti vel loquenti siue signum Dei seu daemonis aduersatum sit, quamuis alias frequenter, dum loqueretur in medio sermonis cursu consueuerit cohibere, per mortem bonum quid sibi obtingere concludit. Haec & alia ex Socraticorum libris quoque refert CICERO de *diuinat. l. I. c. 122.* & *123. opp. p. m. 564.* Nonnulla autem de genio Socratis singularia, nec cum aliis communia annotantur: *Primum* est, quod ille genius a Socrate non visus, sed auditus fuerit, vt patet ex PLATONE *cit. locis. Alterum*, quod daemon ille Socrati incepta quaedam prohibitum quidem iret, nunquam vero adhortaretur, cuius rei hanc affert rationem APVLEIVS de *deo Socratis opp. p. m. 94. Enimuero Socrates vtpote vir apprime perfectus ex sese, & ad omnia congruentia sibi officia promtus, nullo adhortatore, nunquam indigebat. At vero prohibitore nonnunquam.* Et PROCLVS de *anima & daemon. Quod autem de Socratis daemone dictum est reuocare, non omnibus nostris daemonibus commune est beneficium: ergo Socratis ingenium vltro ad beneficia promtum daemoniaca adhortatione non indigebat: dehortatur tamen eum daemon, quotiens vel importune, vel ineptos ad disciplinam suam adgrederetur: freno videlicet quam calcaribus indigentem. Tertium* singulare est, quod Socratis genius non de ordine daemonum inferiorum & mundanorum, sed diuinorum seu superiorum fuisse perhibeatur, ita Socrates

crates in *Apolog.* apud PLATONEM *p. 480.* appellat *Dei signum:* quod explicat PROCLVS *c l. Principio animarum diuinarum, quae intellectualem vitam elegerunt, daemones sunt diuini in daemonum quidem genere summi; deorum vero participes ante omnes, sicut enim in diis est daemon, sic & in daemonibus est deus* &c. *Merito itaque Socrates daemonem suum appellat deum, tanquam ex daemonum ordine summum;* Hoc igitur sensu accipienda est, sententia APVLEII de *deo Socratis p. 92.* conf. AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. IIX. c. XIV. p. 251.* His & *quartum* addi potest, quod obseruat MAXIMVS TYRIVS *dissert. XXVI. p. m. 263. Sed hoc prae reliquis ex daemonii huius colloquio, quem contemplabatur mente, consecutus erat Socrates, vt primo vitam suam honeste instituerit; aliis deinde quoties necessitas ferret, sine inuidia sese exhiberet;* Multi tamen Socrati genium seu daemonem adfuisse vel plane negant, vel per eum aliud intelligi volunt. Sic OVZELIVS in *Sibyllin. carm.* edit. *Seruat. Galdaci l. III. not. 54. p. 361.* merum figmentum fuisse putat, idque vel ab ipso Socrate profectum, vt tanto magis in sui admirationem homines raperet, vel ab eius amicis, quibus primo id ipse forte persuasisset, in vulgus sparsum. Alii Socratis genium sternutamentum quod ipsi tanquam omen fuisse existimabant, vid. PLVTARCHVM de *Socratis genio;* Conf. CARDANVS de *rerum varietat. l. XVI. c. XCIII. opp. p. 318.* POMPONATIVS de *incantat. c. XI.* explicat pro quodam sidere, a quo Socrates influxum accepisset. PETR. CHAVVINVS de *religion. natural. l. I. c. XVI.* eum refert ad conscientiam suadentem vel dissuadentem. MONTAGNE *l. I. des Essais* & CARTESIVS *l. I. ep. XV.* sentiunt genium Socratis fuisse occultas eius propensiones. Alii per talem daemonem rationem seu ingenium & prudentiam Socratis interpretantur. Sic autor *du Iournal des sauans, 1676. p. 162. la Morale de Socrate etoit son demon & tout son art consistoit en sa prudence.* Et Autor *du Platonisme deuoilé p. 56. En effet ceux qui ont de l'esprit comme Socrate ont vn oracle viuant & vn demon familier.* Nec non Autor *des reflexions critiques morales & historiques p. 66. Mais son demon n'etoit autre chose que son attention sur le present, ses reflexions sur le passé, & sa penetration sur l'auenir,*

fon-

fondée des coniectures, que lui donnoit l'étude du monde. Idem & statuunt pluribusque defendere volunt GABRIEL NAVDAEVS *apolog. pro vir. magiae suspect. c. XIII. §. IV. p. 129.* & RICHARD SIMONIVS *histor. crit. vet. testam. l.* I. *c. XIV. p. 95.* Nec non PETR. GASSENDVS *Synt. philos. Epicur. P. II. Sect. II. c. VI. p. 323.* ostendere contendit Socratis genium nihil aliud fuisse, quam artificium ab ipso simulatum, quo maius pondus doctrinae suae adderet, si quidem constat, quantum autoritatis habeat, quisquis ex afflatu diuino monita dare creditur: Et paulo post pluribus asserere vult, nihil aliud fuisse, quam prudentiam animi ingenitam, ac deinde meditatione exercitationeque philosophica excultam, quae velut rectum quoddam dictamen Socratem admonuerit. Verum multo probabilius nobis videtur quoddam daemonium, quod homini adesse posse praesupponimus, Socrati re vera adfuisse. Cum enim XENOPHON & PLATO *cit. loc.* qui cum Socrate aequales & familiares vixerunt, nec quibus non sine iniuria fides denegari potest, hoc expresse testentur, nihil est, quo moueamur, vt eorum opinioni accedamus, qui sine vllis plane rationibus hoc negant, idque pro figmento aut ipsius Socratis aut suorum discipulorum habent, vel ad Socratis sapientiam & doctrinam referunt: nec per talem daemonem animam seu eius partem intelligendam esse exinde patet, quod apud PLATONEM *c. l.* daemon ab anima expresse distinguatur, cumque vocem emisisse dicatur, multo minus cum aliis pro sternutamento vel astro id habendum erit; Socrati ergo certum daemonem familiarem fuisse non sine probabilitate pluribus demonstrauit GOTTFR. OLEARIVS *diss.* de *daemonio Socratis.* Add. THOM. STANLEIVS *histor. philosoph. P.* III. *c.* VI. *p. 126.* STROZZIVS CIGOGNA *theatr. mag. P.* I. *l.* II. *c.* II. AVGVSTINVS MASCARDVS *del genio di Socrate* (huius Ms. & nondum editi mentionem facit CRASSVS in *elogiis homin. liter. P. I. p. 257.*) & MARSILIVS FICINVS *argument.* in *apolog. Socrat. opp. p. m. 467.* vbi post alia: *Horum vero ex numero esse vult familiarem Socratis daemonem à mente Socratica differentem; Haec enim Socratem saepe prouocat, ille vero prouocat nunquam. Item haec nisi loquatur aut scribat*

 docere

docere non potest, ille vero vt in Theage probatur multos etiam silendo docebat. Praeterea quod & signis Socratem corrigat, significat daemonem hunc aliquid esse praeter mentem. At si minus tibi placet & familiarem hominis ducem daemonem appellare, saltem vt placet nostris, bonum angelum appellato. His adiungendi DACERIVS & CARPENTARIVS in *vita Socrat.* quibus tamen in eo non adstipulamur, quod Socratis genium pro bono angelo venditent, quod & asserit POIRETVS *Oeconom. l.* III. *c.* XIII. *p.* 750. *Si quis oculos aperire velit, facile cognoscet genium Socratis, qui eum informabat, in viis suis dirigebat, ad virtutem formabat, bonisque ac salutaribus consiliis nunquam non inducebat, ipsum dei spiritum fuisse, cui & vir sanctus se perpetuo commendabat, deumque orabat, vt sua ipsi in omnibus adesset gratia, quae non propriae suae, sed diuinae voluntati soli pareret.* Concedamus quidem Socratem daemonem suum pro bono habuisse, sicut & reliqui gentiles daemones plerumque credebant esse bonos, sed cum certum sit, vt & ex *C.* III. § II. *p.* 38. patet, bonos angelos nullam familiaritatem cum infidelibus impiisque hominibus inire, nec quoque Socratem non tantum ethnicum & infidelem, sed & impium ac crimine Sodomitico pollutum bonum angelum habuisse dicendum est; Socratem enim sodomiticum scelus cum Alcibiade exercuisse innuit CORNELIVS NEPOS in *vit. Alcibiad. c.* II. nec id dissimulat LVCIANVS; Et licet Pythia Delphica respondit, Socrate sapientiorem esse neminem, vt ipse in *Apologia Opp. Platon. p. m.* 470. refert, & LIBANIVS Sophista in *vita Socratis* id late persequitur, hoc tamen testimonium vel ab ipso diabolo, qui pater mendaciorum est *Ioan.* IIX, 14. vel ab eius sacerdotibus illis id ipso inspirante, profectum, nihil probat, quin ex eo ipso patet, quantus amicus daemonum fuerit Socrates; Vnde & morti vicinus familiaribus suis praecepit, vt Aesculapio gallum, quem vouerat, pro ipso sacrificarent, sic PLATO in *Phaedone p. m.* 51. vox illi extrema fuit; *O Crito Aesculapio gallum debemus, quem reddite, neque negligatis;* Quod vtique sacrificium non deo, sed diabolo factum esse docet *Paulus* I. *Corinth.* X, 20. *Quae immolant gentiles, diabolo immolant & non deo.* Qua de causa malum genium fuisse,

fuisse, asserit quoque TERTVLLIANVS de *anima c.* I. *Sane Socrates facilius diuerso spiritu agebatur: Siquidem aiunt daemonium illi a puero adhaesisse, pessimum re vera paedagogum, etsi post deos, & cum deis daemonia deputantur penes philosophos & poetas.* Add. *c.* XXXIX. & *Apolog. c.* XXII. LACTANTIVS *diuin. institut. l.* III. *c. XX.* & AVGVSTINVS *l. IV. aduersus Pelagianos.* Conf. quoque FOXIVS in *comment. in Phaedon. p. 20.* & *132.* Idem dicendum erit de *Plotini* genio, si verum est, quod de illo pluribus refert PORPHYRIVS in *eius vita c. X.* quemque non e vulgo daemonum, sed ex ordine superiorum vel plane deum fuisse dicit. Et IDEM *c. II.* narrat, cum Plotinus vix spiritum emisisset, draconem sub lecto, in quo iacebat ille, pererrantem mox in parietis foramen se prorsus recepisse. Add. PLOTINVS in *libro* de *daemone proprio.* De geniis *Augusti, Antonii* & *Bruti* disseruit PLVTARCHVS de *fortun. Roman.* & in *Bruto.* Bruti tamen genii sui apparitionem fuisse delusionem siue oculorum siue imaginationis, vel plane figmentum demonstrare contendit GASSENDVS *Synt. Philos. Epicur. P.* II. *Sect.* II. *c. VI.* in *refutat p 321.* De malo illo genio, qui *Cassio* Parmensi dormienti obuersatus est, vid. VALERIVS MAXIMVS *l.* I. *c.* VII. De genio *Constantii* ac de geniis seu custodibus ceterorum hominum AMMIANVS MARCELLINVS *c. l.* Inter Christianos & quidem nouiores, quibus certus genius fuit, vel fuisse dicitur referendus est *Chicus*, qui in *comment. Sphaer. de Sacrobusto c. IV.* scribit, se quodam spiritu, qui ipsi multa mysteria reuelaret, familiariter vti. Idem de se dixisse *Guil. Postellum* referunt NATALIS ALEXANDER *Select. H. E. Cap. Sec.* XVI. *histor. haeret.* & PETREIVS *Catal. haeret.* in *Postel. ex Palladii Catalog. haeret.* Conf. GOTTFR. ARNOLD *Kirchen- vnd Ketzer-Historie P.* II. *l.* XVI. *c.* XXII. *p. 316.* Sic etiam daemon familiaris tribuitur *Facio Cardano*, de quo filius eius HIERONYM. CARDANVS de *varietate l.* XVI. *c.* XLIII. ita scribit: *Daemonem aethereum, vt ipse dicebat, diu familiarem habuit: qui quamdiu coniunctione vsus est, vera illa dabat responsa. Cum autem illum excussisset, veniebat quidem, sed responsa falsa dabat; Tenuit igitur annis viginti octo cum coniunctione, solutum au-*

tem

tem circiter quinque. Dum adstrictus esset, commodum se satis exhibebat, neque solus semper, licet plerumque, sed aliquando cum sociis etiam veniebat Et alibi refert parenti suo septem apparuisse spiritus, qui de rebus variis & mirificis cum eo disputarint, & ex scriptis Auerrois Medici tum principis res abstrusas & ante hac incognitas enuclearint. Et ipse HIERONYMVS CARDANVS saepe in scriptis suis & imprimis in sua *Apologia*, quam de *vita propria*, scripsit, & quae ex GABR. NAVDAEI *bibliotheca Parisiis 1643.* edita, daemonium quoddam tanquam monitorem & ductorem se habere profitetur, conf. THVANVS in *histor. suor. tempor.* & ANTON. TEISSIER in *addit.* ad *elog. Thuanaea.* Sed NAVDAEVS *c. l.* & in *apolog. pro viris Mag. suspect. c.* XIII. §. XII. *p. 142.* genium Cardano adfuisse negat, hancque persuasionem ipsius melancholico ingenio tribuit; Nec non MORHOFF. *Polyh. T.* II. *l.* II. *c.* XIV. *p. 255.* dicit: *Ac res sane ipsa ostendit, vel ridiculam fuisse viri istius persuasionem, vel stultam istum gloriam affectasse, si persuadere posset hominibus, a genio se quodam atque a deo diuinitus edoceri.* Et ipse CARDANVS *libro* de *rerum variet.* XVI. *opp. p. 334.* cuius verba paulo ante allegata, hoc negat. Huius Antagonista IVL. CAES. SCALIGER quendam genium sibi adesse asserit de *arte poët. l.* III. *c.* XXVI. & passim in suis scriptis. Talem quoque genium IO. BODINVS habuisse dicitur, vt de eo refert PATINVS in *Patinianis p. 5. I'ai oui dire a vn homme, qui le sauoit de M. Pithou, que Bodin auoit vn demon ou esprit familier comme Socrate, qui le dissuadoit de faire ce, qui ne lui conuenoit pas, nunquam ad hortandum, sed tanquam ad prohibendum. Le President Faulchet fut vn des premiers, qui s'en aperceut: car proposant vn iour a Bodin d'aller a quelque endroit, aussitôt vn escabeau se remua: & Bodin dit, c'est mon bon ange, qui me fait connoitre par la, qu'il n'y fait pas bon pour moy.* Sic & ipse BODINVS in *daemonomania l.* I *c.* II. *p. 87. seqq.* fuse de quodam ex familiaribus suis refert, quendam spiritum ipsius fuisse assiduum comitem, signisque editis de rebus faciendis atque fugiendis extitisse monitorem: Dextram feriisse aurem, si quid male, sinistram, si recte ageret nunquam vero forma, quae oculis pateret, sese obtulisse, nisi

quod

quod lumen quoddam valde clarum, in orbem ductum, nonnunquam oculis eius sese obtulisset. Eadem quoque ex Bodino recenset THOM. MORVS in *antidoto aduersus atheism.* Suspicor ea, quae Bodinus de alterius genio narrat, de sui ipsius genio esse intelligendum, nisi ille a Bodini & Socratis genio differat, quod ille etiam suaderet, & hortaretur, hic vero non: Et quod ille secundum mentem MARSILII FICINI fuerit Martius, hic vero Saturnius, sic enim *argument.* in *Apolog. Socrat. p. 466. Non prouocabat*, inquit, *Socratis genius, quia non Martius sed saepe ab actionibus reuocabat, quia Saturnius.* Nec non THOM. CAMPANELLA in *atheism. triumph. c. II. p. 7.* scribit se vocem quandam alicuius genii vel daemonis saepe animaduertisse; huius verba allegat GOTTFR. ARNOLD *Kirchen- vnd Ketzer-Historie P. III. c. IX. §. 44. p. 84. VVenn mir etvvas böses beuorstehet, so pflege ich entvveder vvachend oder schlaffend eine Stimme zu hören, die gantz deutlich zu mir sagt: Campanella! Campanella! bisvveilen höre ich auch andere VVorte dabey, vnd ob ich gleich genau Achtung gebe, so kan ich doch nicht mercken, vver es sey; Vnd gevviss, vvo es kein Engel ist, so muss es zum vvenigsten ein Daemon, oder ein Geist seyn, vvie etvvan dem Socrati einer beygestanden, oder auch der Affect dessen, so mir etvvas böses bedeutet.* Add. CAMPANELLAE *epistola ad Casp. Scioppium*, quam ex Mss. edidit BVRC. GOTH. STRVVIVS in *actis liter. ex manusc edit. Fasc. II. p 39.* Non tamen exinde statim cum Io. ADAM. OSIANDRO de *notit. dei contra Atheos Exerc. XV.* dicendum, quasi Campanella societatem vel pactum cum diabolo habuerit. Denique OLEARIVS *diss.* de *genio Socrat.* §. *X.* in *fin.* ex relatione cuiusdam viri de Iudaeo quodam narrat, *illi genium praesto fuisse, formosissimi pueri forma, caesarie fulguris instar candicante, vestibus a his & ad pedes vsque promissis, monitorem, si quae essent agenda, fidelissimum, si quae cauenda imminerent, iudicem maxime sollicitum.* Hactenus dictum est de iis, quibus certus genius adfuisse dicitur. Nunc quoque agendum de iis, qui non cum aliquo singulari genio, sed cum spiritibus in genere familiaritatem seu commercium visibile habuere, vel habuisse perhibentur. Hicque referendi sunt omnes

ethnicorum sacerdotes, quatenus fuerunt Magi seu quatenus familiariter egerunt cum spiritibus. Et ita optime IO. van DALE, qui in *tractatu* de *oraculorum ethnicorum origine atque autoribus*, nec non in *diss. I.* de *diuinat. Iudaeor. idololatricis* statuit, oracula a daemone non esse data, sed meras fuisse imposturas sacerdotum, conciliari potest cum GEORG. MOEBIO de *orac. ethnic. orig. propag. & durat.* qui contra illum potissimum vrget exemplum apparitionis Samuelis & vetiti a deo, ne Israëlitae cousulant Pythones. Cum enim tales sacerdotes, seu qui oraculorum curam habebant, saepe Magiae erant addicti, quos plerumque fuisse notat EVSEBIVS de *praeparat. Euangel. l. IV. c. I.* responsa quoque eorum isto casu a diabolo esse profecta, non est dubitandum, sicut & hoc casu, interuentu scilicet artis magicae diabolum responsa dare admittit ipse FONTENELLE, qui van DALE *dissertationes* de *oraculis* in linguam gallicam demtis additisque nonnullis transtulit, sub titulo: *Histoire des oracles*, qui in *praefatione* ita se explicat: *Pour moy, ie declare, que sous le nom d'oracle ie ne pretens point comprendre la Magie, dont il est indubitable, que le demon se mêle, aussi n'est elle nullement comprise, dans ce que nous entendons ordinairement par ce mot, non pas mesme selon les sens des anciens payens, qui d'vn costé regardoint les oracles avec respect comme vne partie de leur religion, & de l'autre auoient la magie en horreur aussi bien que nous aller consulter vn Necromancien où quelqu'vne de ces sorcieres de Thessalie, pareille a l'Ericto de Lucain, cela ne s'appelloit pas aller a l'oracle, & s'il faut marquer encore cette distinction mesme selon l'opinion commune, on pretend, que les oracles ont cessé a la venue de Iesus Christ & cependant on ne peut pas pretendre, que la magie ait cessé.* Hanc distinctionem bene quoque obseruauit THOMASINVS *Methode d'etudier & d'enseigner chretiennement les poëtes l. II. c. XXI. art. 19. Ainsi on se detrompoit des illusions des Augures, des Astrologues, des obseruations des entrailles, des Bestes, & de la plus part des oracles, qui n'etoient effectiuement que des impostures, où les hommes se trompoint les vns les autres par ces paroles obscures, & a double sens. Enfin s'il y auoit des oracles, où les demons donnoient des reponses, l'aueuement de la verité incarnée auoit condamne a silence eternel le*

Pere du mensonge. Il est au moins bien certain, qu'on consuloit les demons, lorsqu'on auoit recours aux Enchentemens & a la Magie, comme Lucain le rapporte du ieune Pompée, & comme l'Ecriture l'asfure de Saul. Contra DALE & FONTENELLE scripsit P. BALTVS dans la *Reponse à l'histoire des oracles de Mons. de Fontenelle;* Sed quamuis multae fraudes ac imposturae vatum in oraculorum responsis interuenerint, nonnulla tamen malo genio omnino sunt tribuenda, quod & demonstrar autor *des Remarques sur le demelé qui est entre Mr. de Fontenelle & l'auteur de la reponse à l'histoire des oracles;* vnde & ipsi THOMAE BROWN mirum videtur, quod argumentum de oraculis sumtum, dubium existentiae daemonum & sagarum hominibus nondum ademerit; Sic enim de *Religione Medici sect. XXX. p. 24.* ait: *It is a Riddle to me, hovv this story of oracles hath not vvorn'd out of the VVorld that doubtful conceit of Spirits and VVitches.* Multos autem veterum gentilium sacerdotes seu oraculorum antistites commercium cum daemonibus habuisse asserit MAXIM. TYRIVS *dissert. XXVI.* de *daemonio Socratis p. 260. Cur hoc inquam miraris,* (scilicet daemonium quoddam adfuisse Socrati) *nec miraris vulgarem mulierculam Delphicam Pythone, aut virum Thesprotum Dodonae, aut in Ammonis templo Libycum, aut Ionicum Clari, aut Lycium Xanthi, aut in Apollinis Ismenii aede Boeotum, aliosque multos quotidie cum daemonio egisse, nec in rebus tantum suis quid aut fugiendam aut sequendum esset, admonitos fuisse, sed & aliis, qua publice, qua priuatim oracula reddidisse?* His etiam annumerandae forte nonnullae Sibyllarum, de quibus *c. II.* §. *IIX. not. 5. p. 25.* dictum. Et sicut apud Romanos virgines vestales ea de causa fuere celebres, ita quoque apud Germanos tales erant foeminae, quas secretiora cum diis colloquia agitare, sacrumque aliquid prouidumque inesse constanti fide putabant, vt testatur CORNEL. TACITVS *l. IV. histor. c. XXI.* & *libr.* de *moribus germanor. c. IIX. & X.* nec non IVLIVS CAESAR de *bell. gall. l.* I. *c. I* inter caeteras praeeminebat *Auri-nia,* vnde postea nomen Alrunarum seu mulierum sagarum ortum fuisse, credibile est dictu; Conf. STRVVE *Synt. histor. german. diss. I. § XXVI.* & *Eiusdem diss.* de *notit. Suev. antiqu.* §.

XLIIX. IO. FRID. REIMMAN. *Einleitung zur Historie litt. T. II. Sect. I. qu. 87. p. 71.* ARENKIEL *Cimbrisches Heydenthum l. I. c. XXXIII. p. 191. seqq.* Inter antiquos, qui ea de causa in specie innotuerunt, nominatur *Zoroaster*, cui nempe Persemodi familiare commercium cum diis fuisse asserebant Persae, fabulosam narrationem exhibet DION. CHRYSOSTHOMVS in *Borystenica p. 448. Aiunt eum amore sapientiae & iustitiae se hominum commercio subduxisse, & solitariam in monte quodam vitam egisse, postmodum vero cum abiret a monte ingentem ignem superne delapsum perpetuo arsisse, tum Regem cum Persarum nobilissimis, Deo preces fusurum accessisse, Zoroastrem autem intactum ex igne egressum, propitium apparuisse, iussisseque Persas bono animo esse, & quaedam sacra fecisse, quasi deus in eum vsque locum ipsi comes fuisset: inde Zoroastrem cum omnibus promiscue hominibus non esse versatum, sed cum iis tantum, qui natura veritati dediti erant, & deorum cognitionis capaces, quos homines Persae Magos vocant;* Videtur tota fabula ad exemplum historiae Mosis in monte Sinai conficta. *Magos* quoque familiaritatem sibi esse cum spiritibus, eosque sibi apparere, refert DIOGENES LAERTIVS *prooem. p. 27.* Talem quoque consuetudinem congressusque cum diis *Pythagoras* habuisse dicitur, de quo pluribus vid. PHILOSTRATVS in vita *Apollonii l. I c. I. p. 1.* & ex eo SVIDAS voc. *Pythagoras p. m. 844.* Idem de *Empedocle* & *Apollonio Tyaneo* recenset SVIDAS voc. *Empedocles p. 293. Empedoclem Agrigentium ferunt Pythagorae secutum esse sectam, quam & Apollonius Tyaneus est aemulatus. Deorum enim vsum esse consuetudine, & ex iis didicisse fertur, quatenus hominibus & gaudeant, & offendantur: deque natura eorum disseruisse. Nam ceteros quidem coniicere de diis & inter sese dissimiles habere de iis opiniones: ad Apollonium vero venisse Apollinem, eumque se esse, professum esse: idque cognitum se fuisse, etiamsi professus non fuisset. Mineruam item & Musam & deos alios, quorum figuras & nomina mortales adhuc ignorent.* Et PHILOSTRATVS in *vita Apollonii l. IV. c. III p. 166. seqq.* narrat: Apollonium apud Achillis tumulum multis sine sanguine tamen sacrificiis, pernoctasse, cumque eo collocutum esse. Et *c. V. p. 170.* ipsum Apollonium

pollonium hac de re loquentem introducit: *Ego inquit Apollonius, non sicut Vlysses terram effodiens, neque fuso agnorum sanguine ipsum alliciens, cum Achille locutus sum, sed omnes adhibui preces, quas pro placandis heroibus dici sacerdotes Indorum iubent:* Et *seqq.* latius refert ipsam Achillis apparitionem & Apollonii interrogationes quaestionesque. Vid. tamen EVSEBIVS in *Hieroclem p. m. 458.* eum refutans; add. *cap. praeced §. X. not. I. p. 116. Porphyrio* tale commercium cum spiritibus seu daemonibus tribuit EVSEBIVS de *praeparat. euangel. l. III. c. VI p. m. 142. daemonum amicus fuit, & nostra aetate vixit, & praecipuum sibi decus instituto nostro mendacissime traducendo quaesiuit. Enimuero philosophos inter, qui nostra memoria floruerunt, videtur iste maximam cum daemonibus, quos ipse deos nominat, consuetudinem iniisse, causam eorum studiosissime defendisse, & quicquid ad ipsorum naturam & religiones pertinebat, longe omnium accuratissime rimatus esse.* Et AVGVSTINVS de *ciu dei l. X. c. XXVII. p. 320.* de eo dicit: *Hoc enim tibi immundissimi daemones, deos aethereos se esse fingentes, praedicator & angelus factus es promiserunt.* *Iulianum* Imp. Apostatam, qui sicut artis Magicae seu Theurgicae studiosissimus fuit, ita cum diis seu daemonibus saepe familiariter versatum esse scribit LIBANIVS in *orat* de *vlciscenda Iuliani nece c. XXIII.* apud FABRICIVM in *biblioth. graec. l. V P. III. p. 174* οὗτος ὁ ἐν τελεταῖς μυρίαις ὁμιλήσας Δαίμοσιν. *Hic qui per teletas quam plurimas daemonum sibi conciliauit consuetudinem.* Et in *Eiusdem parentali c. XXCIII.* apud FABRICIVM *c. l. p. 309* interprete GOTTFR. OLEARIO: *Quis tot ieiunia cum voluptate, vt cum diis versari posset, instituit? Id itaque quod Poëtae fingere solent, re vera ei obtigit; comamque eius eorum aliquis, qui coelitus descendunt, tetigit, & postquam vltro citroque verba quaedam essent permutata, abiuit. Et reliquas quidem eius cum diis conuersationes commemorare nimis esset prolixum: in Casium vero montem ad Iouem Casium cum circa ipsam meridiem ascendisset, vidit deum, eoque viso sese erexit & monitum ab eo accepit, cuius ope denuo sibi structas insidias euitauit.* Add. de Iuliani coniuratione spirituum THEODORETVS *histor. ecclesiast. l. III. c. III. p. m. 284* & *c. XXVII. p. 292.*

p. 292. Ab hoc Iuliano distinguendus est *Didius Iulianus*, Caesar, qui ante istum per aliquod tempus floruit, nec non hisce magicis ineptiis delectatus est, vt testatur AELIVS SPARTIANVS in eius *vita*. *Fuit*, inquit, *in Iuliano haec amentia, vt per Magos pleraque faceret, quibus putaret vel odium populi deliniri, vel militum arma compesci. Nam & quasdam non conuenientes Romanis sacris hostias immolauerunt, & carmina profana incantauerunt, & ea, quae ad speculum dicunt fieri, in quo pueri praeligatis oculis incantando vertice respicere dicuntur, Iulianus fecit, tumque puer vidisse dicitur & aduentum Seueri & Iuliani decessionem.* *Proclus* quoque familiares cum diis conuersationes coluisse dicitur, sic MARINVS in eius *vita c. VII. p. 14.* narrat: Apollinem ipsi apparuisse, eumque sanasse. *Aedesium* Iamblichi discipulum in arte magica ita versatum esse vult EVNAPIVS in *Chrysantho*, *vt cum geniis & daemonibus familiariter versaretur, eosque ad quodlibet opus perficiendum haberet obsequentissimos.* De *Iamblicho*, *Chrysantho* & reliquis Platonicis, quatenus commercium cum spiritibus habuisse feruntur, conf. EVNAPIVS in *vit. Sophistar.* add. supra *c. VI. § X. & XI.* De nouioribus vtpote *Io. Dee*, *Le Comte de Gabalis* & aliis vid. supra *§. XIII.* Alias angelorum visiones & familiaritates recenset GOTTFR. ARNOLD *Kirchen- vnd Ketzer-Historie P. III. c. XX. p. 196.* vsque ad *c. XXVII.* Hi sunt, quibus commercium cum spiritibus eorum opinione bonis tribuitur, alii quibus commercium cum spiritibus malis scienter fuit vel fuisse dicitur huc non pertinent. Sic HENR. *Corn. Agrippa* insimulatur ipsi comitem fuisse diabolum sub forma canis nigri, sed WIERVS de *praestig. daem. l. II. c. V. p. 165.* & THOM. CRENIVS *animadu. philolog. p. 12.* eum defendunt; De *Mich. Sidonio*, Episcopo Merseburgensi communis sermo vulgi ibi fuit, ipsum spiritum familiarem habere, eo quod felis mirae magnitudinis impense ab ipso amata sit, vid. *Obseruat. Hallens. T. I. Obs. V.* IO. BODINVS *l. II. Colloqu. Heptaplomeris de abditis rerum sublimium arcanis MS.* scribit: *Memini, cum essem in Hispania Magdalenam Cruceam Monasterii Cordubensis principem a Paulo III. Pontifice Maximo veniam impetrasse, quae annos amplius triginta cum atrato daemone*

mone ephialte concubuisset, tametsi tantam vitae ac religionis integritatem prae se ferret, vt quasi ab angelo, dum sacra fierent, sublimis veheretur a terra. *Hermolaum Barbarum* Patriarcham Aquileiensem colloquium cum daemone instituisse, idque saltem quaesiuisse, quidnam esset entelechia Aristotelis referunt MONLORIVS de *entelechia*, & PETR. CRINITVS de *honesta discipl. l. VI. c. VI.* sicut & PLINIVS *l. II. c. XXX.* de *Appione* Grammattico memoriae prodidit, ipsum Homeri vmbram euocasse, vt ab ea percunctaretur, cuius esset, & quibus parentibus natus. Alia exempla spirituum familiarium exhibet WIERVS de *praestig. daemon l. I. c. XXII. p. 116.* & P. BOISTEAV *l. I. des histoires prodigieuses c. XXVII. p. 260. seqq.* Alii quidem genios seu spiritus familiares hominibus fuisse negant, talesque homines vel finxisse id, vel melancholicos fuisse putant, vt hoc vult *Epicurus* apud GASSENDVM in *Synt. philos. Epicur. P. II. Sect. II. c. VI p. 295. Nonnulli quidem interdum apparere, quibusdam dicuntur, sed quid ne ii, qui genios, sibi apparere commemorant aut mentiuntur & fingunt, aut melancholici sunt, talesque, vt aerumnosorum corpus ipsis tam suspendat, tum ad extraordinaria deflectat imaginationem* &c. *vt proinde mirum non sit sicuti facultas est laesa, daemones aut alia, de quibus quippiam quocunque modo praeconceperint, videri videantur.* Add. GABR. NAVDAEVS in *apolog. c. III. §. II.* & *IV.* nec non *c. XI.* & *XIII* vbi eam sententiam pluribus confirmare contendit: Sicut nos ipsi confitemur multos praetextu religionis vel obtentu dominationis vel cupiditate alios decipiendi, spiritus familiares sibi esse, saepe finxisse. Sic *Numa Pompilius*, vt sibi populum Romanum magis obstringeret, autoritatemque conciliaret, simulauit se cum dea Aegeria nocturnos habere congressus, eiusque monitu se, quae acceptissima diis essent sacra instituere, sacerdotesque suos cuique deorum praeficere, vid. DIONYSIVS HALICARNASSEVS *antiqu. Roman. l. II.* TITVS LIVIVS *l. I. c. I.* PLVTARCHVS in *vita Numae*, & VALERIVS MAXIMVS *l. I. c. II.* *Quintus Sertorius* per asperos Lusitaniae montes ceruam trahebat, ab ea se, quaenam agenda aut vitanda esse venditans admoneri, VALERIVS MAXIMVS *c. l.* & GELLIVS

l. XV.

§. II.

Sicut autem duplex de genio seu daemone cuique proprio erat doctrina, altera theurgica, altera artificiosa seu genethliologica; Ita quoque istius operatio seu daemonis euocatio duplici

l. XV. c. XXII. *Caius Caligula* finxit se familiaritate vti Castoris & Pollucis, vid. DIO in *Caligula*. *Mahomet* doctrinam suam a deo & commercia cum angelis habere populis persuasit. Multa alia huiusmodi exempla collegit POLYAENVS *libr. VIII. stratagemat.* Attamen non statim dicendum omnes, de quibus similia commemorantur, ab imaginatione esse deceptos, vel alios decepisse, sed saepe diabolum interuenisse, nihil est, quod dubium facit. Sequioribus quoque temporibus foedam hanc superstitionem inualuisse, quod homines aliqui spiritus familiares habeant, qui iis praesto sint, nec non illis seruiant, siue iussi, siue iniussi, imo crystallis, annulis, capsulis aliisque rebus includi seque circumferri patiantur, dolet WONNE *differt.* de *geniis hom. c. III. §. VII.* quod idem affirmat MELCHIOR GOLDASTVS *von Confiscation der Hexen-Güther §. X. p. 36. Solche Leute vverden heutiges Tages nicht vvenig gefunden, die ihre Spiritus familiares oder heimliche Geister haben, auch dieselben einander verehren, vertauschen vnd gar verkauffen, vnd sind diese Leute der Andacht vnd Meynung, dass sie solches ohne Verletzung ihres christlichen Glaubens vnd Gevvissens vvohl thun können, vnd mögen; sagend: Das die Geister, sie seyn gut oder böss, dem menschlichen Geschlecht zu gut erschaffen, vnd derovvegen gleich allen andern Creaturen dem Menschen müssen vnterthänig vnd gehorsam seyn, vnd darzu als vnleibliche Geister durch gevvisse VVörter vnd Ceremonien können gezvvungen vverden. Aber solche Leute finden sich endlich betrogen, vnd kriegen von ihren Geistern bösen, aber vvohluerdienten Lohn.* Add. IO BODINVS *daemonom. l. II. c. III p. 380. seqq.* DELRIO *disquis. magic. l. VI. c. II. Sect. III.* IACOBVS *Rex daemonolog. l. I. c. VII. p. 56.* & multi alii a GOLDASTO *c. l.* allegati.

*) Hoc

duplici modo fiebat, vel per artem Genethliologicam vel per Theurgicam: *) qui posterior modus est huius loci.

§. III.

*) Hoc confirmat IAMBLICHVS de *mysteriis Aegyptior. Sect. IX. c. I. p. 165. Cum autem, vt simpliciter dicam, duplex sit tractatus de daemone cuique proprio: alter quidem theurgicus; alter artificialis; ille daemonem a supernis causis deducit, hic a circuitibus, qui in generatione conspiciuntur; ille nihil curat explorationem geniturae vnius cuiusque, hic vero huiusmodi operatur rationibus; denique ille vniuersali modo & supernaturali, hic particulari & ex natura illum colit.* De euocatione daemonis proprii per artem Genethliologicam agit *c. II.* & *c. III. p. 166.* subiicit: *Nam non solo schemate geniturae cuique suus aduenit daemon, sed alia altior eius est origo. Item si hinc duntaxat daretur daemon, qui descendit, non tamen proinde felix est, qui genitalis daemonis cognitionem assequitur. Ecquis enim sibi ducem ad fatalia euadenda optaret, si datus sit in hunc ipsum finem, vt fatalia impleat.* Et IDEM *c. V. p. 169* asserit impossibilem pene esse Oecodespotae inuentionem per Genethliologiam, posse tamen eam cognosci per Theurgiam: *Siue enim*, inquit, *domus dominus in natiuitate inueniri possit, erit quoque, qui ab eo datur, cognoscibilis daemon; siue sit inperuestigabilis, nos quidem ex hac hypothesi eum ignoramus, nihilominus erit vtcunque tum domus dominus, tum daemon ab eo descendens. Potest ergo difficile esse eum inuenire ex Genethliacorum regulis; eiusdem facilis erit cognitio per sacrum vaticinium & Theurgiam.* Add. PORPHYRIVS apud STOBAEVM *Eclog ethic. p. 201.* & HERMES de *reuolution. natiuit. c. IV.* Duodecim autem sunt domus Planetarum, quae diuiduntur in III. portiones, quas decanos vocant, quorum sunt XXXVI: De Decanis ex antiquitate multa collegit THOM. GALE ad *Iamblichum Sect. IIX. c. III. p. 302.* & *304.* nec non IO. CLERICVS *Indic. Philolog.* ad *Stanleii histor. philos. orient.* voc. *Decanus.* Add. SALMASIVS de *annis climactericis p. 610. sequ.* qui ex *Firmico* probat Aegyptios XXXVI decanos credidisse, per quos omnia vitia valetudinesque colligantur: ibique

 putat

§. III.

Est igitur Coniuratio Spirituum *) actus, quo quis spiritus per certa vincula magica, aliquot superstitiosis ritibus adhibitis, ad ministeria quaedam euocat.

§. IV.

putat de iisdem loqui *Celsum*, qui apud ORIGENEM *l. IIX. p. 416.* de Aegyptiis refert, quod illi humanum corpus in triginta sex partes diuiserint, ac vnicuique parti specialem daemonem praefecerint. Contra Genethliacos vid. si placet THOM. GARZONVS in *Piazza vniuersal. l. II discurs. VI. fol. 139.* TOB. MAGIRVS in *Polymnem.* verb. *Genethliaci* & ZEPPERVS *leg. Mosaic. l. IV. c IV. fol. 267. seqq.* De Theurgia vid. PROCLVS *Theolog. Platon. l I. c. XXVI.* & GALE *c. l. p. 310.* Agyptius Magus cum vellet Plotino suum ipsius daemonem ostendere in Iscum secessit, quod is locus solus Romae purus habebatur. Ecce pro daemone adest deus. In hac quidem operatione nihil Genethlialogiae cernitur, imo nuda erat inuocatio. ORIGENES *l. I. contra Celsum* docet potuisse Aegyptios agyrtas huiusmodi euocatioes quouis loco & tempore sine anxia coelorum consideratione praestare. *Ficinus* non male coniectat eos, qui colunt daemonas, haec ab iis impetrare potuisse. Genethliologia & Theurgia obtenduntur, negotium perficitur vi pacti.

*) Hic actus conciliandi seu euocandi spiritus propterea dicitur coniuratio, quoniam per obtestationes & coniurationes citantur & adiurantur spiritus. Alias coniuratio significat summum perduellionis seu criminis laesae Maiestatis caput, quo pertinet *l V. C. ad L. Iul. Maiestat.* in quam commentatus est SCIPIO GENTILIS libro de *coniurationibus*; Applicari hic quoque potest ista vox forte ea de causa, quia cum daemonibus commercium & quasi coniuratio in deum initur, quod bene explicat ANTON. CONTIVS in *Indice omnium coniuration.* extante in SCIPION. GENTILIS *l. II.* de *coniurat. p. 229.* *Principio, vt fabulae fingunt in ipso mundi primordio nondum constitutam fuisse maiestatem in coelo, diis minoribus Ioui cedere detrectantibus, ita veritas sacri nos eloquii docet,*

docet, Apostatas angelos, eorumque principem Satanam, quae vox hebraica rebellem & aduersarium significat, diuinae maiestati cedere nolentem & similem se altissimo iactantem duce Michaele Archangelo ac iustorum angelorum legibus fuisse oppressum & de coelo deiectum & igni sempiterno destinatum. Ea prima fuit perduellio erga Deum, cum homines nulli dum essent, cuius perpetuo conscius ille angelus praeuaricator homines postea ad consimilem defectionem sollicitare non destitit nec desistit. Est itaque haec coniuratio quaedam species criminis laesae maiestatis diuinae, de qua infra latius. Alio sensu Coniuratio, quae & euocatio dicebatur, apud Romanos denotabat speciem militiae, quae fiebat in tumultu, id est, Italico bello & Gallico, quando periculum vicinum singulos iurare non patiebatur, illi qui conueniebant, simul iurabant. vid. DONATVS ad *Terent. eunuch.* IV. 7. BARNAB. BRISSONIVS de *formul. l.* IV. *p.* 341. add. DV FRESNE *gloss. voc. coniuratio.* Synonymon huius vocis potest esse Exorcismus seu adiuratio, quae in genere describitur a PIGNATELLO *consult. nouiss. cons.* LXX. *p.* 246. Quod sit *contestatio rei sacrae, ob cuius reuerentiam, amorem vel timorem promouetur adiuratus ad aliquid agendum vel omittendum.* Sicut autem omnis adiuratio diuiditur in deprecatiuam, quae fit deprecando, & imperatiuam, quae fit praecipiendo & timorem incutiendo per contestationem rerum sacrarum; Vtriusque requisita & varia exempla ex S. Scriptura affert IDEM *c. l.* add. MARTINVS BONACINA *Theolog. moral. opp. T.* II. *Disp.* IV. *qu.* I. *punct. vlt. p.* 276. & eius Epitomator ANTONIVS GOFFAR. voc. *adiuratio*, nec non SVAREZ, SANCHEZ, LESSIVS & alii ibi citati. Ita quoque daemones adiurantur vel deprecatiuo modo, quod illicitum est, quia hoc fieri non potest sine subiectione, submissione & societate, quae cum daemone grauissimo humani generis hoste est illicita, vt hoc docet Paulus *I. Corinth. X.* 20. vel imperatiuo, quod licitum est, quia ecclesia specialem habet in daemones potestatem ei communicatam *Luc. X.* 17. vbi dicitur: *Domine! etiam daemonia nobis subiiciuntur in nomine tuo.* Et hoc modo S. Paulus profligabat spiritum *Act. Apost. XVI.* 18. *Impero tibi in nomine IEsu, vt exeas.* Hanc distinctionem

stinctionem etiam obseruauit EVSEBIVS *apolog. c. XXXII. Coeterum daemones adiurare consueuimus, vt illos de hominibus exigamus, non deierare, vt illis honorem diuinitatis conferamus.* Conf. ZACHARIAM *Vicecomitem* in *complement. artis Exorc. P. I. doctr. IIX.* Isto igitur sensu adiuratio seu exorcismus est vel catechumenorum vel energumenorum, vt patet ex *dist. XXI. cap. I. Exorcistae ex graeco in latinum adiurantes vocantur: inuocant enim super catechumenos vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen domini Iesu adiurantes per eum, vt egrediatur ab iis.* Et *dist. XXV. c. I. ad exorcistam pertinet exorcismos memoriter retinere, manusque super energumenos & catechumenos imponere.* Add. *dist. XXIII. c. XVII.* & DV FRESNE *glossar.* voc. *exorcismus.* Primis quidem seculis exorcismus, saltem apud energumenos a Christianis adhibitus fuit, vt hoc demonstrat CASP. CALVÖR *ritual. ecclesiast. l. I. sect. II. c. X. p. 242.* add. GOTHOFREDVS ad *l. XXIV. C. Theodos. T. VI. p. 57.* & CAVE *prim. christ. p. 247.* deinde vero quum donum illud desiisset, vt tamen Exorcistarum ordo retineretur, aliud excogitatum fuit, quod ipsis tribueretur officium; vt scilicet catechumenos instituerent, vnde & catechetae dicti, (vid. *Scholiastes* Graecus Harmenopoli in *epit. canon. sect. I. tit. IX.*) eosque eruditos exorcismis & exsufflationibus ad baptismum praepararent, vt id probat MART. CHEMNITIVS *exam. concil. Tridentin. P. II. p 415. & 416.* De his exorcistis est sub Constantio *canon. X. Antiochenus.* anno 341. Sub Valente *can. XXIV. & XXVI. Laodicenus.* anno 364. Sub Valentiniano Sen. circa annum 374. OPTATI locus *l. IV.* & sub Valentiniano iunior. anno 377. *l. VI. C. de Episcop. & Cleric.* nec non *Canon.* VI. *Constantinopol. I.* anno 380. *Primo quidem die ipsos Christianos facimus: secundo Catechumenos: deinde tertio exorcizamus ipsos ter simul in faciem eorum & aures insufflando. Et sic eos catechizamus & curamus, vt longo tempore versentur in ecclesia, & audiant scripturas, & tunc ipsos baptizamus.* Add. THEOD. BALSAM. *can. XXVI. Laodic.* Ratio, cur idem exorcismus ad catechumenos sit translatus, fuit, quod & illi, qui ex gentilismo ad christianam religionem transgressi erant, sub daemonum potestate & daemonio, quibus

bus seruierant, adhuc esse crederentur, vt hoc innuit *dist. IV. de consecrat. c. LXI. Postquam se baptizandus per confessionem verae fidei in alterius commendauerit dominium & per abrenuntiationem a prioris possessoris se alienauerit seruitio, exsufflatur ab eo saeua potestas; vt per pium sacerdotis ministerium Spiritui sancto, cedat fugiens spiritus malignus.* Add. *c. LXII. LXVI.* & *LXVII.* Exorcizabantur vero vicesimo die ante baptismum, vt constat ex *dist. IV. de consecrat. c LV. (ex Concil. Bracarensi II. c. I.) Ante viginti dies baptismi ad purgationem exorcismi catechumeni concurrant.* Et cum exorcismus primo in adultis baptizandis vsurparetur, ad ipsos infantes quoque perlatus, nec statim ipsi baptismo paruulorum, etiamsi catechisatio apud eos haud obtineret, iunctus est, vt CALVÖR *ritual. eccles. p. 243.* putat, sed ceremonia antebaptismalis remansit, vt patet ex *Coelestini* Papae, imperante Theodosio, *epistola* ad Episcopos Galliae *dist. IV. de consecrat. c. LIII. Siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniant sacramentum, non prius fontem vitae adeant, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum, spiritus immundus ab eis abiiciatur.* Sed paulatim inualuit, vt ipsi baptismo iungeretur. Hic exorcismus ad Lutheranam quoque ecclesiam peruenit, secundumque nostram explicationem, retineri potest, vid. BVDDEVS *Theolog. moral. P. III. c. III. §. LXXIV.* sed cum interea duriuscule sonet verborum ex ipsa Energumenorum corporalique Satanae obsessione pressorum veteri adiuratione & exorcismo petita forma, facileque pontificia quin magica superstitio, quae vim pellendi Satanam non tam baptismo quam exorcismo adscriberet, denuo emergere possit, eundem si sine turbis, scandalo ac libertatis christianae dispendio fieri queat, honeste sepeliri posse, multi asserunt; Varia scripta de exorcismi in baptismo indifferentia, vsu, retentione vel reiectione collegit DEDEKEN *Consil. Vol. I P. II. l. II. Sect. VII. p. 489.* vsque *540.* & in *appendice p. 395. seqq.* add. RAPHAEL de la TORRE de *potestat. eccles. in daemon.* IO. HENR. HEIDEGGERVS *in viam concord. Protestant. manuduct. diatr. I. § 70* BRVNNEMAN. *p. 382.* THOMASIVS in *monitis* ad *disp.* de *iure princip. circ. adiaph. p. 51* & TOB. PFANNER de *catechumenis eccles. l. V.* Quod exorcismum

cismum seu adiurationem daemonum in obsessos attinet, in primitiua ecclesia hoc erat donum extraordinarium & miraculosum, de quo testatur IVSTINVS MARTYR *dialog. cum Tryphone aduersus Iudaeos p. m. 59. Nos etiam, qui in IEsum Dominum nostrum, qui Pontio Pilato praetore ac iudice in crucem actus est, credimus, his temporibus daemonia omnia malosque spiritus adiurantes, nobis subiectos obedientesque habemus;* add. IDEM *apolog. I. pro christian. p. 7.* & ORIGENES *contra Celsum l. VII. p. 334. & 376.* Conf. SPENCERVS in *annot.* in *Origenem l. I. contra Celsum p. 6.* qui hoc donum exorcizandi daemones primis seculis apud Christianos fuisse multis probat. Quod donum vsque ad seculum IV. viguisse indeque nomen muneri ordinarium impositum esse notat IO. SCHILTERVS *Institut. Iur. canon. l. I. tit. X. §. III. p. 89.*, sed in ecclesia Orientali non adeo vt in Occidentali frequentatum fuisse obseruat FRANCISCVS DVARENVS de *S. ecclesiae ministeriis l. I. c. XIV. p. 100.* Coeterum retentum fuit nomen ex Iudaica ecclesia, in qua exorcistarum quidem ordo erat, vt patet ex *Luc. XI. 19.* & *Act. Apost. XIX. 13.* quod & testatur IVSTINVS MARTYR *dialog.* cum Tryphone *aduersus Iudaeos p. m. 65. Quod si quouis eorum, qui apud vos fuerunt aut reges, aut iusti homines, aut Prophetae, aut Patriarchae nomine vos adiuretis, daemonium nullum obediet: at si quis forte vestrum Dei Abrahami, Dei Isaaci & Dei Iacob nomine, fortasse obtemperabunt. Iam vero Exorcistae vestri eadem, qua etiam apud gentes, arte adhibita adiurant, incensisque odoribus & vinculis vtuntur.* Et ORIGENES *contra Celsum l. IV. p. m. 183. Sane constat Iudaeos genus ducere a tribus illis patribus, Abrahamo, Isaaco, Iacobo, quorum nomina Dei nomine coniuncta habeat vim tantam, vt non solum ab eorum posteris misceantur sacris precationibus, & in excantando daemonas inuocetur Deus Abrahami, Isaaci & Iacobi, sed vsurpentur ab omnibus incantatoribus & Magiam tractantibus.* Conf. ANTON. van DALE de *origin. & progress. idololatr. diss. III. c. V. p. 519.* vbi de exorcismis & exorcistis Iudaeorum agit. Apud ethnicos quoque fuisse huiusmodi homines liquet ex *l. I. § 3. ff. de extraord. cognit.* vbi VLPIANVS ait: *Medicos fortassis, quis accipiet eos, qui alicuius partis corporis vel certi doloris*

sani-

sanitatem pollicentur, vt puta, si auricularius, si fistulae vel dentium: non tamen si incantauit, si imprecatus est, si (vt vulgari verbo impostorum vtar) exorcizauit, non sunt ista Medicinae genera, tametsi sunt, qui hoc sibi posuisse cum praedicatione adfirment. Putat quidem GOTHOFREDVS in *not.* ad *h. l.* Vlpianum Christianos hic perstringere voluisse; sicut & *Celsus* apud ORIGENEM *l. I. p. 7.* ait, *daemonum quorundam nominibus & incantationibus videri pollere christianos.* Sed quicquid sit, quod gentiles eiusmodi homines habuerint, affirmat TERTVLLIANVS de *idololatria: Qua constantia exorcisant alumnos suos?* Quod & apud ethnicos fuerint, qui per deum Ebraeorum daemones adiurari posse credebant, refert PHOTIVS in *Biblioth. Cod.* CCXLII. *p. 1038. Ducit* (Theosebius) *vxorem pueros procreandi gratia. Verum cum daemonium, quod mulierem obsidebat, mitioribus verbis* (*adiuratum*) *ab ea exire nollet, cogit ipsum Theosebius exorcismo, quamuis Magiae peritus non esset, nullasue Theurgias meditatus fuisset. Adiurabat igitur manibus portentosis Radios Solis & Ebraeorum Deum. Daemon vero, qui expellebatur, exclamans se quidem vereri Deum: sed & ipsum* (*Theosebium*) *se reuereri.* Imo non tantum Dei Ebraeorum, sed & Abrahami aliorumque Patriarcharum nomina in adiurationibus adhibuisse discimus ex ORIGENE *l.* I. *p. 17. Abrahami vero nomen non in solius Mosis scriptura legitur, verum etiam multi ex iis, qui excantant daemonia, verbis suis inferunt illud, Deus Abrahami* &c. *idem dicendum de Isaac & Iacob & Israel, quae cum ex confesso hebraea sint vocabula, frequenter sunt inspersa Aegyptiorum disciplinis efficacioribus.* Add. *l. IV. p. 183. l. V. p. 261. seqq.* & SPENCERVS in *annot. p. 16. seqq.* ORIGENES quidem SPENCERVS *c. l.* & alii videntur virtutem his verbis adscribere; sed GROTIVS & HAMMONDVS in *annot. ad Matthae.* XII. deo, non vocabulis tribuunt. Eiusmodi ergo exorcismi euentum saepe suum habuerunt, non quod vis vlla in syllabarum pronunciatione esset sita; sed quod verus Deus illis potissimum nominibus nosci appellarique vellet, atque ideo vim suam tum demum exereret, cum apertissima locutione constaret, ipsum, non aliquem gentilium deorum esse inuocatum. Adhuc hodie

apud

apud Pontificios sunt tales Exorcistae, qui daemones & spectra exorcismis suis variisque adhibitis superstitiosis ritibus eiicere contendunt, vid. IAC. SPRENGERI & HENR. INSTITOR. *Malleus malefícar. P.* II. *qu.* II. *c.* VI. vbi formulae exorcismi multaeque historiae de iis occurrunt; add. FELICIS MALLEOLI *tract.* de *exorcismis*, & HIERONYMI MENGI *flagellum daemonum*, & *fustis daemonum*, in illo praecipue expositum officium exorcistae, in hoc maxime formulae extant. Tales exorcismos non multum a magicis differre longe exagitat GODELMANNVS de *Magis*, *venefic. & lamiis l.* I. *c.* VI. *n 21. p 56. seqq.* Vera autem remedia & ab ipso Christo *Math.* XVII. *18.* praescripta, quibus daemones eiiciuntur, consistunt in vera fide adhibitis orationibus & ieiuniis. Solent etiam in aliis casibus exorcismos adhibere, nempe ad curanda animalia, vulnera & similia, auerruncandos morbos, pestilentiam, vermes, tempestates, incendia &c. quales recensentur & approbantur a PIGNATELLO *Consult. nouiss. LXX.* PETR. GREGORIO *Tholos.* de *Republ. l.* XIII. *c* XXXI. & *c.* XXXII. *p. 611.* nec non IAC. SPRENGERO HENRIC. INSTITORE & aliis paulo ante citatis. Merito eos perstringit CASP. PEVCERVS de *diuination. fol. 91. fac. b. Pontificii vero impostores hanc virtutem & potestatem non soli verbo tribuunt, sed sacerdoti simul raso & vncto, ritu curiae Romanae, quod deterius. Nec inficiabuntur incantationes esse, vsitatas adhuc ipsis consecrationes aquae, salis, olei, plantarum, characterum, verborum sacrorum & similium, quibus se praeter insitas & physicas vires inducere illis nouas sacras & spirituales, adspersu, illitu, appensu, impressu characterum, ad delendum peccatum, sanandos morbos animae & corporis, fugandos daemones & similes, impudenter & audacter adfirmant.* Et IDEM *fol. 92. seqq. fol. 193.* & *195.* add. AVGVST. LERCHEMER *von der Zauberey fol. 218.* Ab hoc differt exorcismus literarius, per quem nihil aliud intelligitur, quam *adiuratio in republica literaria a quibusdam adhibita, qua alios, vt aliquid facerent, vel omitterent, addita seuera obtestatione, adstringere voluerunt*, vt ita describitur in *Select. historic. & liter. obseruat.* I. §. III. *p. 5.* Talem solemnem, non dicam horrendum adhibuit

hibuit ECKARDVS de REPKAV, vel qui alias auctor est rithmicorum in *praefat. des Sachsen-Spiegels fol. 5. fac. b.*

Grosse Angst geth mich an,
VVeil ich fürchten mus, das mancher Mann
Dis Buch vvird vvollen mehren,
Vnd beginnen damit, das Recht zu verkeren,
Vnd ziehn sich alsdenn auf mich,
So vveis mich aber Gott vnschuldig,
VVelchen kan niemand betriegen,
Er vveis vvohl, das sie liegen.
Dievveil ich aber solches nicht mag bevvaren,
Drum alle die vnrecht faren,
Vnd fälschen vvas in diesen Buch,
Den send ich diesen Fluch,
Auch die vvas vnrechts hierzu schreiben,
Die Maselsucht mus an ihn bleiben,
Als sie Gehasi dem Vngetreuen thet
Durch Elisei des Propheten Gebet,
Dauon Naaman vvar erlöst,
Gott vnser Heiland vnde Trost,
Der rechne es an ihnen also,
Das es die Seel nicht vverd vnfro.
HErr rechne es allein an ihren Leibe,
Des Teuffels handveste mus bleiben,
Ihr Schrifft, das er sie hab gevviss,
So lang sie vertilget ist,
Auf das, vver des Teuffels am ende
VVill sein, der könne senden,
Ihm dies zu Vrkunde,
Vnd fahren damit zu der Höllen Grunde.

Alias exorcismi literarii species exhibet PETR. FABER *semestr. l. III. c. XII. p. 160.* IO. ALBERT. FABRICIVS *biblioth. graec. l. V. c. I. §. XIIX. p. 74. seqq.* multae etiam collectae in *Obseru. I. select. histor. & liter.* Solemnem quoque adiurationem & imprecationem contra iniustos iudices statuerunt LEO & ALE-

§. IV.

Subiectum huius operationis est is, qui spiritus per certas coniurationes euocare contendit; In quo huiusmodi mysteriorum doctores, certam aliquam dignificationem, vt eam nominant, tam ante eiusmodi actum, quam in ipso actu, ad eum feliciter peragendum, sedulo requirunt; Eam autem praeter naturalem quandam aptitudinem seu dignitatem, & omnium

---

XANDER IMPP. in *Constitut. Existimo*, apud DIONYS. GOTHOFREDVM in *nouell. constitut.* corpori iuris adject. *p. 423.* add. IO. IACOB. LVNGERSHAVSEN *diss.* de *adiuratione Caiphae.* De exorcismis iuridicis vid. IO. SAM. STRYCKIVS *diss.* de *Execrationibus testamentorum.* Coniuratio igitur spirituum a nobis descripta differt ab exorcismo literario & aliis huiusmodi; quod in hoc adstringentur homines, vt aliquid faciant, vel omittant: in illa vero daemones; Ab exorcismo catechumenorum & energumenorum differt, quod in hoc daemones eiiciantur, in illa autem accersantur; Differt quoque ab aliis exorcismis, in quibus daemones inuocantur, non vt appareant, sed vt tecte iuuando operi adsint. Hanc vltimam differentiam bene & distincte explicat PEVCERVS de *diuinat. generibus*, de *incantationibus fol. 193.* Incantationes seu exorcismos effectum suum sortiri *aut ex foedere & societate cum familiaribus spiritibus, palam praesentibus effigie quacunque iis scilicet, quibus sese dediderunt: Aut vel ex obligatione sola cum his mutua, absque commercio manifesto, vel sine expressa obligatione pariter & consuetudine familiari, ex persuasu tantum impio & falso, qui est ab occulta & interna societate atque efficacia diaboli & collusione in operis effectu. Illud prius, quod domesticos spiritus conspicuos oculis, aut ex quocunque consortio alio familiares, siue vt Vates consulit, siue vt architectus adhibet operi, quod meditatur quis, aut parat Magorum est proprium, e quocunque sint sexu. Hoc incantatorum proprium est. In illo daemones ipsi vt cientur aut eliciuntur, sic comparent, in hunc finem vt voce vel nota, aut quocunque modo alio quaesita vel postulata expediant. In hoc vis omnis proficisci & exilire e carmine vulgo putatur. Aut solo, sed*

omnium earum rerum, quae in illo diligentissime obseruandae sint, perfectam peritiam, in religiosa etiam pietate, munditia animi & corporis, abstinentia ab omni Venere & certo ciborum genere, institutis per aliquot dies ieiuniis, in vehementi affectatione & imaginatione, certissima spe ac fiducia, tranquillitate, attentione, taciturnitate, solitudine &c. consistere tradunt. *) Quae quamuis valde speciosa videantur, ea

sed cum peculiari aliquo solennique ritu recitato, vel sine hoc etiam: aut cum superstitiosa atque impia obseruatione circumstantiarum temporis, locorum, personarum & similium vsurpato, vt, cum Magi crystallos aut specula ab impolutis pueris inspici volunt: aut cum plantas certis anni temporibus decerpunt; aut ad certos coeli positus confingunt imagunculas.

*) Vt vero talis operator finem suum, quem praetendit, feliciter obtineri possit, requirunt; certam aliquam dignificationem, quam cum ante huiusmodi actum in quadam praeparatione, tum in ipso actu in digna gestione consistere dicunt. De hac dignificatione egit HENR. CORN. AGRIPPA de *occult. philosoph. l. III. c. III.* vbi *p. 351.* dicit: *Oportet nos itaque, qui ad tantam celsitudinem nitimur, duo potissimum meditari; vnum videlicet, qua ratione affectus carnales caducumque sensum, materiales passiones deseramus; alterum, qua via & quomodo ad purum ipsum intellectum deorumque virtutibus coniunctum ascendamus.* Hanc autem dignificationem praestare, naturam, meritum & religiosam quandam artem IDEM asserit, & vbi de singulis multa *seqq.* disseruit, statim subiicit: *Si igitur nunc fueris homo sacra religionis mente perfectus, qui pie constantissimeque de religione sentias; & sine haesitatione credas, fuerisque talis, cui autoritas sacrorum, naturaque prae ceteris contulerint dignitatem quem numina minime contemnant, poteris orando, consecrando, sacrificando, inuocando virtutes spirituales atque coelestes attrahere, & rebus tuis, quibus velis imprimere, omneque scientiae magicalis opus ea ipsa viuificare.* De necessitate & virtute religionis plura egit IDEM *l.* III. *c. I.* Sic & Autor *libri Arbatel* seu de *Magia veterum Tom. I. Sept* III. *aphor.*

aphor. XIX. in *Agrippae opp. t. I p. 587.* & apud BOISSARDVM de *diuinat. p. 30.* dicit: *Qui expetit familiariter conuersari cum spiritibus sese custodiat, ab omnibus enormibus peccatis & diligenter assidueque oret pro custodia altissimi.* Nec non *Synops. libri Sohar Tit. X. in Exod. n. X.* in *Cabb. denud. p. 92. Homo non potest in se attrahere spiritum aliquem supernum, nisi per timorem & meditationem cordis.* Imo requirunt hominem singularem, & natura iam ad huiusmodi inclinantem, vt patet ex AGRIPPA *l. I c. LXVI. p. 156. sed scias eiusmodi res nihil vel saltem parum, nisi autori earum conferre, atque illi qui iam inclinatur ad illas, ac si iam esset autor illarum;* Quod & affirmat *Autor* libri *Arbatel* de *Magia veterum* in AGRIPPAE *Oper. Tom. I. p. 585.* & apud BOISSARDVM de *diuinat. p. 30. Ex vtero matris ad Magiam aptus producitur homo, qui verus Magus esse debet. Alii, qui se ad hoc officium sua sponte non vocati ingerunt, vani sunt & infelices.* Et quidem melancholicum, sic *Autor der curiösen Erwegung der Worte Mosis Genes. VI. 2. p. 29 & 30. ohne Melancholey wird auch alhier (zur Conuersation mit denen Geistern des Comte de Gabalis zu gelangen) nicht glücklich procediret,* quod & affirmatur *Entr. I. du* COMTE de GABALIS *p. 5. Il est vrai, que sans Melancholie on ne peut y faire de grands progrés;* Talem etiam vult AGRIPPA *l. I. c. LX.* Veram autem huius requisiti rationem exponit CHRYSOSTOMVS *l.* III. de *Prouidentia: Omni diabolica actione potentior ad nocendum est moeroris magnitudo: quia daemon quoscunque superat per moerorem.* Add. PAVLVM ZACCHIAM *quaest. Medico-Legal. l. II. t. I. qu. 18. n. 14. p. 160. l. IV. tit. I. qu. 8. p. 113.* Io. WIERVM de *praestig. daemonum l. III. c. V. p. 252.* & VALENTIN. HENR. VOGLERVM in *Physica & Medic. sacr. ad Matth. IIX. 6. p. 274* Porro munditiam tam animi, quam corporis, nec non eorum, quae circa corpus sunt, seuere praecipiunt, quod AGRIPPA de *vanit scient. c. XLVI.* confirmat: *Omnium ceremoniarum pars maxima in munditia seruanda consistit; primum quidem animi, deinde etiam corporis, & eorum, quae circa corpus sunt, vt in cute, in vestibus, in habitaculis, in vasis, in vtensilibus, obligationibus, hostiis, sacrificiis, quorum munditia ad diuinorum consuetudinem & contuitum disponit, & in sacris summopere efflagitatur*

tatur

tatur iuxta verba Esaiae: Lauamini & mundi estote, & auferte malum cogitationum vestrarum. Immunditia vero, quae aërem frequenter & hominem inficit, mundissimum illum coelestium & diuinorum influxum disturbat; & mundos dei spiritus fugat. Deinde castitatem, abstinentiam a cibis certaque ieiunia obseruari oportere docent, vt patet ex *l. IV.* de *occult. philosoph.* qui vulgo AGRIPPAE adscribitur, in eius *Opp. Tom. I. p. 446. Quicunque igitur bonum spiritum ad colloquium conspectum inuocare voluerit, duo potissimum obseruare oportebit. Quorum vnum est circa ea, quae extrinsecus adhibentur, inuocationi, pro conformitate spiritus inuocandi; Oportet itaque inuocantem ipsum, iam per multos dies ad tantum mysterium religiose dispositum esse: imprimis videlicet confessum & contritum intrinsece & extrinsece oportet, recteque expiatum, quotidie abluendo se aqua benedicta. Praeterea inuocantem, se per totos hos dies conseruare castum, abstinentem, animo omnino perturbato, & a quibusque exteris secularibusque negotiis, quantum fieri poterit, segregatum. Ieiunia quoque per hos dies obseruabit, secundum quod sibi videbitur posse fieri.* Qualem castimoniam etiam desiderat PHILIRINI *Theolog. & scient. vna & vniuers. p. 70. Ie mehr vnd besser einer die irrdischen Lüste, als das Reich des Bauchs vnd das viehische Leben an die Seiten setzen kan, ie geschickter ist er dieser Conuersation vnd Erscheinung habhafft zu vverden.* Et *Autor Magiae veter. Aph. XXIX. p. 95.* apud GOTTFR. ARNOLD *Kirchen- vnd Ketzer-Historie P. IV. Sect. II. num. XXII. p. 161. Die dritte Lehre ist: Dass du gute Achtung habest, vvas du vor deinen Engel dich vntervvindest, damit du nicht mit vngevvaschenen Händen, das ist: mit vollen Bauch mit den reinen Geistern zu conuersiren, mit ihnen zu reden, oder zu handeln, dich freuentlicher VVeise vnterstündest.* Abstinentiam ab omni Venere iniungit LE COMTE de GABALIS *Entr. II. p. 27. Il faut renoncer à tout commerce charnel auec les femmes.* Sic & *Synops. libri Sohar Tit. XIII. e dictis in Exodum n. 9.* in *Cabbal. denud. Tom. II. P. I. tract. I. p. 122. Omnia quibus vtuntur Magi, e talibus desumta sunt, quae non cognouerunt feminam.* In ipso autem actu vehementem accurationem, seu affectationem, imaginationem, spem atque fiduciam postulant.

Sic AGRIPPA *L. I. c. LXVI. p. 154. Debemus igitur in quouis opere & rerum applicatione vehementer affectare, imaginari, sperare, firmissimeque credere;* Et *c. LXVII. p. 155. Dicunt Philosophi maxime Arabes, animum humanum, quando per suas passiones & effectus ad opus aliquod attentissimus fuerit, coniungi ipsum cum stellarum animis, etiam cum intelligentiis; & ita quoque coniunctum causam esse, vt mirabilis quaedam virtus operibus ac rebus nostris infundatur.* Et paulo post: *Et secundum hoc verificatur artificium, characterum, imaginum, incantationum, & sermonum quorundam, & plurimorum aliorum experimentorum mirabilium ad omnem rem, quam animus affectat.* Et *Arbatel* seu de *Magia sept. III. aph. XX. Omnia possibilia sunt credenti & volenti: Omnia impossibilia sunt incredulo & nolenti. Nihil magis impedit, quam animi volubilitas, leuitas, inconstantia, futilitas, ebrietas, libidines, inobedientia erga verbum dei. Magum ergo oportet esse virum pium, probum, constantem in dictis & factis, firma fide in deum, prudentem & nullius rei auarum, praeterquam sapientiae, quae est circa res diuinas.* Praeterea volunt, vt quis sit attentus & taciturnus; Sic enim AGRIPPA *l. III. c. II. p. 350.* dicit: *Oportet igitur magicum operatorem, si fructum inde consequi velit, secretum esse ac nullis neque opus suum, neque locum, neque tempus, neque desiderium, neque voluntatem suam propalare, nisi aut praeceptori, aut coadiutori seu socio, qualem etiam oportebit esse fidelem, credentem, & taciturnum, & a natura aut institutione dignificatum, siquidem ipsi etiam socii loquacitas, incredulitasque atque indignitas, in omni opere effectum impedit atque disturbat.* Nec non le COMTE de GABALIS *Entr. I. p. 19.* huiusmodi mysteriis initiando inter alia quoque taciturnitatem commendat: *Veillez, priez, esperez & ne parlez pas.* De aliis requisitis, quibus eiusmodi operator instructus esse debeat, plura vid. apud hactenus citatos inprimis apud AGRIPPAM *l. III. c. LIII. LIV. seqq.* Sic & *Autor* de *Magia veter. aph. III. p. 7. seqq.* late tractat *die Bereitung, dadurch sich ein ieder, der ein guter Magus seyn will, zu seiner Kunst richten vnd schicken kan,* cuius extractum exhibet ARNOLD *Kirchen- vnd Ketzer-Historie P. IV. Sect. II. num. XXII. p. 159.* Quanquam

quam ille autor multas bonas doctrinas intermiscet, variaque S. Scripturae loca allegat, eo tamen, quo diuinior videtur, magis cauendus est, quod commercia spirituum variis modis ineunda suadet. Sic statim *init. aph. I. p. 2.* ait: *Notitia regiminis dei per spiritus ist die Erkäntniſs der Regierung Gottes durch die Engel, vvelcher vveiſs, daſs der Allmächtige die VVelt regire durch die Geister oder Engel, vvelche die Heil Schrifft VVächter nennet, vnd der da vveiſs den Dienst der Engel, vnd verstehet, vvie die Geister den Menschen zu gute erschaffen, vnd verordnet ihm zu dienen, der auch selbiger Geister gutes Verständniſs hat, der ist ein guter Theosophus vnd das ist der rechte Anfang zur Magia, ohne vvelchen er in nachfolgenden nichts kan verstehen.* Add. quoque IO. BAPT. PORTA *l. I. c. II.* vbi agit, qualem Magiae studiosum esse oportet; Haec autem, quae nouiores Mystici seu Theurgi de dignificatione tradunt, non noua quaedam sunt, & inaudita, sed iam apud gentiles in eorum sacris mysticis & deorum euocationibus vsitata & celebrata, a quibus sicut cetera eorum mysteria haec quoque sunt petita, siquidem Chaldaei statuerunt, quod antequam quis cum diis vel daemonibus conuersari intendat, prius certis purificationibus ad talem visionem se dignum faciat, vt constat ex *oracul. Chaldaic.* apud STANLEIVM *vers. 310. Non enim oportet te ab illis* (daemonibus) *cerni, priusquam corpus sacrificiis sit purgatum.* Idem apud Brachmannos in eliciendis oraculis obseruatum fuisse docet Iarchas Brachmanarum princeps ad Apollonium apud PHILOSTRATVM in *vit. Apollonii l. III. c. XIII. p. m. 148.* ita differens: *Sed quoniam ars iubet eos, qui ad oracula petenda proficiscuntur, puros mundosque accedere, alioquin de templo eiici praecipit, videtur mihi multo magis virum, qui praescire futura voluerit, caste sancteque dispositum esse oportere, ita vt nullius sortis macula animam eius inquinet, nullasque delictorum cicatrices menti impressas gerat.* Antiquos Aegypti sacerdotes ex eo tempore, quo coepissent diuino cultui deseruire, a certis cibis abstinuisse ex *Chaeremone* Stoico pluribus refert HIERONYMVS *aduersus Iouianum l. II.* vbi & *seqq.* probat, idem in aliarum gentium sacerdotibus obtinuisse. Talem castimoniam, quam latini

latini vocant illum ritum, quo se certorum ciborum delectu & aliorum abstinentia purgatiores reddebant, praecipue illi obseruare debebant, qui sacris Isidis, Eleusiniis vel aliis initiati esse volebant, vt hoc narrat APVLEIVS *l. XI. Metamorph. p. m. 429.* de sua initiatione scribens: *Nec secus, quam ceteri cibis profanis ac nefariis iam nunc temperare, quo rectius ad arcana purissima religionis secreta peruaderem.* Eandemque per decem dies, alias per integrum seruatam esse *Idem* asserit; In aliis sacris gentilibus sacerdotes ieiunium & castimoniam obseruasse pluribus exemplis probat ALEXANDER ab ALEXANDRO *l. IV. c. VII.* & *c. XVII. fol. m. 221.* add. PETR. DAN. HVETIVS *alnet. quaest. l. III. c. XIII. p. 353. seqq.* & LOMEIERVS de *lustrat. gentil. c. XXXII. p. 395. seqq.* qui de seruata ab ethnicis castimonia praecipue in sacris obeundis fuse agunt. Graecorum quoque Theurgos in sacris suis operationibus castos & purgatos se exhibuisse, vt ob similitudinem boni spiritus alliciantur, mali vero ob dissimilitudinem arceantur, testatur PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* nec non apud FICINVM *epist. l. IIX. fol. 149.* *Quapropter theologi, si quando permittunt, daemonibus improbis vitandorum gratia malorum, quae illaturi, animalia mactare, vetant simul talia sacrificia degustare, interea iubent antequam ita sacrifices purgare animam ieiunio, ac praecipue animalium abstinentia; Existimant enim sanctam animae puritatem esse quasi symbolum characteremque diuinum, quo custodiaris adeo, vt nihil patiaris ab illis, quibus ipse propinquas, dum eos sacrificando concilias, quando enim contra sis affectus, atque illi, quibus sacrificia operaris, sisque purior ideoque diuinior te & corpore & animo indemnem perseuerare, pura videlicet sanctimonia velut arce munitum.* Et paulo post: *Iam vero castitas abstinentiaque suos passim obseruatores contra malos daemones diuina familiaritate tuetur.* Et IDEM apud CYRILLVM *contra Iulianum l.* IX. *p. 310: Numquid enim in templis, quae diis consecrata sunt ab hominibus, calceos puros esse decet, ac immaculatos, in templo vero patris, qui mundus hic est, extimam nostram illam tunicam, quae cute constat, castam seruare non decebit, & cum ea pura & casta in templis Patris versari? Nam si ex eius tantum inqui-*

natione

natione periculum aliquod versaretur, contemnere id forsan ac nihil morari liceret, sed cum sensibile corpus omne defluxus quosdam materialium daemonum secum ferat, fit vt simul cum impuritate, quae ex carnium & sanguinis esu exsistit, amica ipsi & familiaris potestas ex similitudine & cognatione etiam adsit. Idem statuit IAMBLICHVS de *myster. Sect. III. c. XXX. p. 102.* *Dii quotquot veri sunt, bonorum virorum tantum consuetudine vtuntur, & cum iis solis conversantur, qui per sacra rite purgati fuere, a quibus etiam omne vitium & omnem passionem praescindunt;* De abstinentia a cadaueribus, quae cadauera sacrorum legibus impura, & quae non, agit IAMBLICHVS *Sect. VI. c. I. p. 144. seqq.* add. PORPHYRIVM de *abstinent. l. I.* & *IV. Sect. XVI.* & *XX.* De castimonia & a quibus cibis illis hominibus, qui arcanis & mysticis sacris operantur, sit abstinendum, tractat quoque IVLIANVS IMP. *Orat. V. opp. p. m. 174. seqq.* add. PROCLVS in *Polit. p. 359.* vbi ostendit, quomodo homines idonei sint, ad recipienda theamata seu visiones diuinas. Plura de purgatione & dignificatione gentili in deorum euocationibus vid. supra *c. VI. §. XVI. not. 2. p. 208. seq.* Inter Iudaeos, Essaeos etiam, qui inter alia, angelorum quoque nomina teste IOSEPHO iactabant, talem castimoniam obseruasse testantur IOSEPHVS *l. II.* de *antiquit.* & de *bello Iudaico,* & PHILO Iudaeus in *libro, quod omnis probus liber p. m. 876. seqq.* ex quibus idem refert HIERONYMVS *l. II. aduersus Iouianum.* Illa autem, quae PHILO *c. l.* & in *libro de vita contemplatiua opp. p. m. 892.* de Therapeutis tradit, si conferantur cum istis, quae HIERONYMVS *c. l.* de Aegypti antiquis sacerdotibus ex CHAEREMONTE transscripsit, facile patebit, Philonis Essaeos mixturam fecisse ex Iudaismo & Paganismo. Exinde huiusmodi castimonia etiam in ecclesiam irrepsit: Multi enim decernebant *Coloss. II. 21. ne tetigeritis, neque gustaueritis, neque contrectaueritis,* ex eo sub specie sapientiae peculiarem cultum dei (hoc enim innuit *Paulus* per vocem ἐθελοθρησκείαν) affectantes & sanctitatis corporis nullam curam habebant, sed subtractione debiti honoris seu subsidii necessarii illud vexabant, macerabant, (illud denotat vox ἀφειδία) Hanc autem doctrinam non tantum

ea tamen penitius inſpicientes deprehendimus, haec omnia tanquam falſa, hypocritica, ſuperſtitioſa & impia cauenda & reiicienda eſſe. Ne enim dicamus talem dignificationem obtinere ob multitudinem requiſitorum plane impoſſibile, vel valde difficile & multo periculoſum eſſe, quoniam, ſi minimum ex requiſitis in ea deficiat, affirmantibus ipſis horum ſacrorum hierophantis, non tantum talis operator ſpe ſua fallitur, ſed & ille magnum ſibi ſuperinducit periculum, quod a malis ſpiritibus poſſit perdi: Eſt quoque huiusmodi dignificatio vana & ficta, quo incauti & creduli hoc pietatis & honeſtatis fuco eo facilius alliciantur, & eo ſecurius & damnabilius decipiantur, ſiqui-

---

a Iudaizantibus ſeu Eſſaeorum inſtituta ſequentibus & circumciſionem vrgentibus *v. 11*, ſed etiam a Philoſophis profectam eſſe patet ex *v. 8.* eos tamen *Paulus c. l.* merito reprehendit & damnat. Sequentibus temporibus non defuerunt, qui a cibis vel propter abominationem vel propter religionem ſeu peculiarem dei cultum in honorem dei abſtinebant, contra quos ſtrenue pugnarunt IGNATIVS *ep. ad Heronem Diac. antioch.* & IRENAEVS apud EVSEBIVM *l. V. c. XXIV.* Poſtea ea de cauſa inprimis innotuit *Montanus*, qui ieiunium & diſcrimen ſeu delectum ciborum certis legibus determinauit, non quod quosdam cibos, ſicut ante eum *Tatianus* ſtatuit, abominabiles iudicauerit, vt falſe de eo aſſerit EPIPHANIVS, ſed ex imperio diſciplinae, maioris virtutis & praemiorum gratia. Sic enim eccleſia Montaniſtas accuſabat apud TERTVLLIANVM ipſum Montaniſantem *libro de ieiuniis aduerſus Pſyſicos* (hoc eſt vt HIERONYMVS explicat contra eccleſiam, ſe enim Montaniſtas vocabant ſpirituales, reliquos vero animales) *c. II. Xerophagias nouum affectati officii nomen & proximum ethnicae ſuperſtitioni, quales caſtimoniae Apim, Iſidem & Magnam Matrem certorum eduliorum exceptione* (i. e. abſtinentia) *purificant.* Poſt Montaniſtarum ſomnia *Manichaei* quoque inter alios multos errores etiam hunc ſparſerunt: *Ab omnibus animantium carnibus abſtinendum eſſe, ſed nec oua ſaltem ſumenda, nec alimonia lactis vtendum, quia haec*

siquidem constat, ipsis iterum horum secretorum Mystagogis confitentibus, saepe malos spiritus talem purgationem, munditiam &c. exquirere, vt sub hoc praetextu sibi cultum arrogent, & simplices seducant & perdant; Vel etiamsi esset vera, nullumque commercium cum malis spiritibus subesset, est tamen haec dignificatio, quod opinio alicuius necessitatis, cultus, iustitiae, & meriti ipsi affingatur, quasi eiusmodi operator per talia bona opera deo eiusque bonis spiritibus gratior fiat, istique ipsi operatori propitiores, nec non ad sensibilem familiaritatem cum eo ineundam propensiores efficiantur, eo ipso prophana superstitiosa & impia. **)

§. V.

---

haec omnia naturae malae & immundae sint, vt quae diabolus operetur, feculentiori materia mali, vel quae commixtione gentis tenebrarum sint inquinata, vt dicit AVGVSTINVS *contra Faustum l. VI. c. V. & l. XXX. c. V.* Add. IDEM *epist. LXXIV.* Quomodo sequentibus seculis leges ieiuniorum & discriminis ciborum opinione necessitatis & meriti per varios auctores inprimis per pontificum & conciliorum decreta in ecclesiam inuehi coeperint, donec scholastica Theologia inde extructa sit, pluribus exponit MARTIN. CHEMNITIVS *examin. concil. Trident. P. IV. p. 791. seqq.*

**) Quanquam castitas, temperantia, abstinentia, ieiunia &c. omnino laudanda & commendanda sunt, si eo fine seruantur, vt ferocitas carnis coërceatur, & subigatur, ne spiritui obluctetur, & eius actiones sua vel petulantia vel pigritia impediat, sed vt corpus habeamus idoneum ad res spirituales, vtque spiritus eo ardentius & liberius totum se dedere & vacare possit poenitentiae, orationi & reliquis pietatis exercitiis. Attamen si superstitiosus finis aut impia opinio necessitatis cultus, expiationis, iustitiae & meriti, qualem huiusmodi operationis Magistri in sua dignificatione attexunt, iis affingatur, omnino tanquam superstitiosa & hypocritica reiicienda & abominanda sunt. Qua de causa *Paulus Rom. XIV. 18.* refutat eos, qui cultum dei in huius-

modi obseruationibus constituunt, dicens: *Regnum dei non est esca & potus, sed iustitia, pax & gaudium in spiritu sancto.* Et contra eos, qui ea de causa iustitiam vel meritum coram Deo procurari existimant, dicit *I. Corinth. IIX.* *Esca non commendat nos deo, neque enim si manducauerimus, meliores sumus, neque si non manducauerimus deteriores.* Nec non *Coloss. II. 16. & 21. seqq.* reiicit & reprobat doctrinas illas, quae iuxta traditiones hominum in superstitione (in electitiis cultibus) sub specie sapientiae & humilitatis corpori non parcunt, nec ei debitum honorem necessaria & conuenienti sustentatione tribuunt; Et quidem *Paulum* ibi in specie castigare illorum superstitionem, qui per huiusmodi significationem angelos sibi conciliare volebant, liquet ex *versu 18.* *Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione angelorum, quae non vidit fastuosus ambulans, frustra inflatus sensu suae carnis.* Et ex *v. 1.* ubi mentio fit eorum, qui Laodiceae sunt, ad quos vt & ad Colossos haec Paulus scripsit. Colossae enim erat Phrygia ciuitas, cuius metropolis Laodicaea. In Phrygia autem & Pisidia Apostolorum temporibus obtinuisse cultum angelorum & talem superstitionem, refert THEODORETVS in *comment. ad Coloss. II. & III.* quo etiam pertinet *can. XXXV. Laodic.* circa annum 368. seu circa tempora Basilii & Nazianzeni. Conf. NICEPHORVS *T. VII. c. L.* Add. supra *c. III. §. II. not. 2. p. 43. & c. V. §. I. not. 4. p. 87.* Nec vero de sui tantum temporis superstitionibus in abstinentia a venere & cibis conqueritur, sed & in posterioribus temporibus fore doctrinas impostorum, daemoniorum, hypocritarum &c. praecipientium abstinere a cibis & rebus venereis per spiritum praemonstrat *I. Timoth. IV.* *Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris* (impostoribus) *& doctrinis daemoniorum in hypocrisi* (simulatione & ostentatione externæ sanctitatis) *loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam prohibentium nubere, abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum.* Illi quidem, qui, vt hoc fulmen spiritus sancti, quo se petitos esse sentiunt, a se divertant, contendunt: *Paulum* ibi loqui de Marcionitis, Tatianis, Manichaeis, & aliis, qui cibos

tanquam

tanquam abominabiles reiecerunt. Sed Paulum loqui in genere de omnibus doctrinis ob hypocrisin, seu specie & praetextu externae sanctitatis & cultus, prohibentium nubere & abstinere a cibis, quibuscunque temporibus post Apostolorum seculum illud fiat, maxime vero postremis temporibus satis demonstrat MARTIN. CHEMNITIVS *examin. concil. Trident. P. IV. p. 775.* Hoc igitur vaticinio Paulus quoque taxauit spirituum coniuratores, de quibus CHEMNITIVS *c. l. p. 776.* ait: *Ita enim diabolus Magis suis coniuratoribus iniungit, vt ante coniurationes per aliquot dies ieiunent, & a carnibus abstineant.* Quod & olim huiusmodi magici operatores talem castimoniam & abstinentiam obseruauerint, testatur CLEMENS ALEXANDR. *stromat. l. III. p. m. 446. Certe Magis quoque curae est, qui angelos colunt & daemones simul a vino & animatis & rebus abstinere venereis.* Add. ORIGENES *contra Celsum l. V. p. m. 264.* & *l. IIX. p. 397.* vbi de differentia abstinentiae Pythagoricorum & Christianorum. Qua de causa dicendum, quod in tali operatione non boni angeli, sed mali genii subsint, quod autem hi impostores spiritus talem munditiam ad decipiendos incautos & simplices requirant, confitetur ipse AGRIPPA de *vanit. scient. c. XLVI. Verum nonnunquam immundi spiritus, & deceptrices potestates, vt venerentur & adorentur pro diis, etiam hanc munditiam exquirunt, ideo hic maxima opus est cautela;* Quod & adfirmat IDEM de *occult. philos. l. III. c. LIV.* in *fine.* Audiamus quoque PORPHYRIVM in *epistola ad Anebonem Prophetam* scribentem: *Cur iustos esse suos cultores censent oportere dii, ipsi interim ad iniusta facienda saepe opitulantur.* Quanquam IAMBLICHVS *Sect. IV. c. IV. p. 108. seqq.* multis modis respondere conatur, tamen *c. VII. p. 111.* causam reiicit in daemones malos: *Daemon enim malus postulat a cultore, vt bonus sit, quoniam fingit se esse e genere vere diuino; interim ad iniusta subseruit, quoniam re vera malus est. Idem dici possit de falso & vero, quod de bono & malo. Quemadmodum igitur in vaticiniis diis tribuimus sola, quae vera sunt, deprehendentes vero falsi in illis, ad aliud causae genus nempe in daemones reiicimus: sic oportet de iusto & iniusto statuere & diis bonisque geniis pulcrum & iustum duntaxat tri-*

§. V.

Spiritus, qui in hoc actu eliciuntur eorum mystae diuidunt in supercoelestes seu supermundanos, qui & dii nuncupantur, qui quasi proximi summi dei contemplatores circa deum solum versentur, nec mundi corporibus adaptentur, sed susceptum a deo lumen inferioribus ordinibus influant, singulisque

---

tribuere: nam iniusta & turpia daemones natura mali operantur. Eadem tractat PLOTINVS *l. IV. c. XXX. Ennead. IV.* Porro obiicit PORPHYRIVS in eadem *epistola*, quomodo sit, vt dii non auscultent inuocanti, si ex rebus venereis impurus sit, ipsi interim ad illicitos congressus quoscunque homines impellere non grauentur. Cur velint Magum inuocaturum ipsos, ante ab esu carnium abstinere, cum ipsi tamen nidore & sanguine animatorum maxime oblectentur? Quomodo sit, vt ei qui mortuum tetigit, ad operationes magicas accedere non liceat, cum tamen mortuis & cadaueribus animalium res magicae fere peragantur? Idem IAMBLICHVS *Sect. IV. c. XIII. p. 116.* post varias responsionum ambages ad malos daemones refugit, iisque causam adscribit: *Non ergo mirandum est, si daemones haec & similia patrent: certe non est cuiusuis hominis dicere, qui boni, & quinam improbi sunt, aut quibus indiciis ab inuicem pernoscuntur, quod cum non valeant quidam intelligere inepte causarum harum rerum coniectant & quaerunt, reiiciuntque illam in eas naturas, quae meliores sunt natura communes & ipso daemonum gradu superiores.* Praeterea, cum valde difficile sit, vt quis talem dispositionem & dignitatem, qualem exposcunt, perfecte acquirere possit, idem quoque multo periculosum est, quoniam si quis in iis operationibus non secundum ritus & leges in iis praescriptas purificatus & diuinus accedat, non tantum rem effectu destitui, sed & malos daemones seu antitheos occurrere solere tradunt, quibus talis indignus operator subiiciatur. Sic IAMBLICHVS de *myster. sect. III. c. XXXI. p. 103. Si qui vero sint, qui ipsi impuri, tum contra ritus & ordinem*

lisque singula officia distribuant; Deinde in coelestes seu mundanos, qui vltra diuinum cultum mundi sphaeris accommodati sint vnicuique coelorum & stellarum præsidentes, vnde eos in totidem distribuunt ordines, quot in mundo sunt coeli, & in coelis sunt stellae; Denique ponunt daemones quasi ministros ad ea, quae in specie vel in sphaeris vel ex sphaeris sint dis-

---

nem sacrorum, sacra insolenter inuadunt, hi sane propter operationis infirmitatem & potentiae defectum, deos assequi nequeunt. Quin etiam propter inquinamenta sua vt a spiritibus puris arcentur, ita malis & impuris familiares euadunt, quorum flatu prorsus implentur pessimo, improbique fiunt & impii, voluptatibus lasciuis omnique malitia referti, & studiis dediti, a diis penitus abhorrentibus & vt absoluam simillimi euadunt daemonibus quibus adhaerent &c. Hoc confirmat AGRIPPA de *occult. philos. l. III c. I p. 346.* dicens: *Quicunque religione relicta naturalibus tantum confidunt, solent, a malis daemonibus saepissime falli;* Et *c. VI. p 360. Quicunque autem non purificatus accesserit, superinducit sibi iudicium & traditur ad deuorandum spiritui nequam.* Nec non *c. III.* postquam de requisitis dignificationis pluribus egit, subiicit; *Quisquis autem praeter autoritatem officii absque sanctitatis & doctrinae merito, praeter naturae educationisque dignitatem aliquid in magicis operari praesumserit, sine tractu laborabit, ac se simul & credentes sibi decipiet, ac numinum indignationem cum periculo incurret.* Haec autem nihil alia esse, quam praestigias & imposturas improbi genii adfirmat BOISSARDVS de *diuinationibus p. 27. Tam belle, tam artificiose suas imposturas tradit, vt videantur dei summi mandato contineri, easque non nisi piis, castis & religiosis hominibus committi. Quodsi in eiusmodi traditionibus non semper arti respondeat effectus, statim obiicit diabolus, Magum aliquo peccato irretitum & alienatum a spiritibus illis caelestibus, qui non nisi sanctificatis se communicant, doctis & intelligentibus secreta naturae,* add. IO. BODINVS *Daemonom. l. I. c. III. p. 99. seqq.*

*) Tali

disponenda: Quos iterum varie distinguunt. Hos omnes colendos esse statuunt; *) Verum cum de hac diuisione spirituum in

*) Tali modo spiritus diuidunt ex mente Platonicorum seu Theurgorum, MARSILIVS FICINVS in *argument.* in *Platon. dial. X. de Republ. p. 660. seqq.* Et AGRIPPA de *occult. philos. l. III. c. XVI. p. 345.* Cum hac diuisione spirituum conuenire distinctionem *Dionysii* ceterorumque Mysticorum ostendunt AGRIPPA *l. III. c. XVII. p. 400.* & CARDANVS de *subtilit. l. XXI. opp. p. 662.* Ponunt enim triplicem angelorum distinctionem, & quamlibet in tres diuidunt ordines: has vocant hierarchias, illos choros; Ponunt in superiori hierarchia, *Seraphin*, *Cherubin*, & *Thronos* tanquam supercoelestes spiritus diuinae prouidentiae ordinem contemplantes: In media hierarchia *dominationes*, *virtutes* & *potestates* tanquam mundanos deos ad mundi gubernationem concurrentes; In inferiore *Principatus*, *Archangelos* & *Angelos*, qui tanquam ministri ad inferiora curanda descendant. Alii vero spiritus aliter diuidunt; Daemones quod attinet AGRIPPA *p. 397.* dicit, esse alios *igneos*, alios *aqueos*, alios *aëreos*, alios *terreos*. Praeterea distinguit in *Orientales*, *Occidentales*, *Meridionales & Septentrionales*; Et *p. 398.* Sic alios dixerunt *diurnos*, alios *nocturnos*, alios *meridianos*; simili modo alios vocant *siluestres*, alios *montanos*, alios *campestres*, alios *domesticos*; Nec non *p. 399.* in tertiam classem refert quoque *genus daemonum subterraneum, s. tenebrosum, quos vocant Platonici desertores angelos, qui etiam vltro plerumque nocent*, &c. *horum etiam plures computant legiones, ipsos simili modo iuxta stellarum ac elementorum nomina ac mundi partes distinguentes, ponuntque ipsis reges & principes & praesidentes & eorundem nomina. Ex his praesunt ceteris quatuor reges nocentissimi iuxta quatuor mundi partes; sub his alii plures dominantur principes legionum multi quoque priuatorum officiorum.* Quo spectat etiam IO. WIERI *Pseudomonarchia daemonum ex libro officiorum spirituum* seu libro dicto *Empto*, *Salomonis de principibus & regibus daemoniorum*, in quo plura quam sexaginta horum

rum spirituum, qui virtute diuina & humana cogi possint, nomina, cum illorum officiis & forma apparendi recensentur, bonorum vero, vt ita ab illis appellantur, spirituum nomina referuntur in libro *Arbatel* de *Magia veterum Tom. I. septenario III. aph. XV.* in *Agrippae oper. Tom. I. p. 581.* autor eius tradit: Spiritus olympi eos esse, qui in firmamento & astris habitant. Quorum officium esse fata decernere & fatales casus administrare. Hoc eorum quemlibet agere & docere, quod eius astrum, cui addictus sit, portenderit. Quod solus deus illis det posse & efficere. Eiusdem *septenar. aph. XVI.* ait, septem esse gubernatores s. officiorum differentias olympi, quibus deus voluit omnem mundi machinam administrari. Horum astra visibilia, his nominibus nuncupari Arathron, Bethor, Phaleg, Och, Hagith, Ophiel & Phul. Et horum quemlibet habere sub se militiam firmamenti multiplicem: *Arathron praeest prouinciis visibilibus quadraginta nouem: Bethor triginta duabus: Phaleg triginta quinque; Och viginti octo. Hagith viginti vni. Ophiel quatuordecim. Phul septem.* Hoc modo in vniuersum prouinciae olympi erunt centum octoginta sex: quae gubernentur ab his principibus seu gubernatoribus, qui ad colloquia accersi creduntur certis diebus & horis. *Arathron in Sabbatho hora prima diei: & dat responsa de suis prouinciis & prouincialibus. Quilibet enim praeest annis quadringentis & nonaginta. Principium anomoliae simplicis anno 60. ante Christum natum, & principium administrationis Bethori & durauit ad annum Christi 430. Cui successit Phaleg vsque ad annum 920. Deinde Og ad annum 1410. Secutus est Hagith cuius potestas hodie viget vsque ad annum 1900.* Et *aphor. XVII.* dicit: *Septem hae potestates seu principes magice euocantur simpliciter, eo tempore, die & horis, quibus praesunt visibiliter aut inuisibiliter. Per sua nomina & officia, quae deus illis dedit, proposito eius charactere, quem vel confirmarint, vel ipsi dederint.* Add. BOISSARDVS de *diuinat. libro* de *magia c. I. p. 28. seq.* qui eadem exhibet; Secundum Planetas spiritus diuidit IO. TRITHEMIVS in *Steganographia l. III p. 160.* Dixit *autem Menastor* (ex huius enim antiqui philosophi libro confecit ille suam Steganographiam) *septem sunt Planetae, quibus septem*

ptem praesunt angeli, & illis sunt vnus & viginti spiritus subiecti, per quos nunciantur arcana. Idem specialem *tractatum* de *nominibus spirituum* eorumque varia impositione, deque spiritibus, qui praesint stellis, signis, cardinibus coeli & elementis scripsit ad *Maximilianum Imp.* Egit quoque de iis AGRIPPA *l. III. c. XXIV. seqq.* PETRVS *de* ABANO in *element. magic.* quae extant in AGRIPPAE *Opp. T. I. p. 465. sequ.* spiritus diuidit secundum dies & horas, vnicuique istarum specialem angelum praeficiens. *Le Comte de* GABALIS eos diuidit secundum elementa, inque singulis eos habitare, statuit. Sic. *II. Entr. p. 29.* dicit: *Vous découurirez d'abord, que les Elémens sont habites par des Créatures tres-parfaites, dont le peché du malheureux Adam a ôté la connoissance & le commerce a sa trop malheureuse postérite* &c. p. 30. *l'air est plein d'vn innombre multitude de Peuples de figure humaine, vn peu fiers en apparence, mais dociles en effet: grands amateurs des sciences subtils, officieux aux Sages, & ennemis des sots & des ignorans. Leurs femmes & leurs filles sont des beautes mâles, telles qu'on dépeint les Amazones. p. 31. Sachez, que les Mers, & les Fleuues sont habitez de même, que l'air: les anciens sages ont nommé Indiens ou Nymphes cette espéce de Peuples: ils sont de Mâles, & les femmes y sont en grand nombre; leur beauté est extrême & les filles des hommes n'ont rien de comparable. La Terre est remplie presque iusqu'au centre de Gnomes; gens de petite stature, gardiens des tresors, des miniéres, & des pierreries: Ceuxci sont ingénieux amis de l'homme, & faciles â commender. Ils fournissent aux Enfans des sages, tout l'argent, qui leur ést necessaire, & ne demandent gueres pour prîx de leur seruicez que la gloire d'être commander. Les gnomines leurs femmes sont petites, mais fort agréables, & leur habit est fort curieux:* Et *p. 32. Quant aux Salamandres, habitans enflemmez de la Region du Feu, ils seruent aux philosophes: mais ils ne recherchent pas auec empressement leur compagnie, & leurs filles & leurs femmes se font voir rarement; Elles sont plus belles que toutes les autres, puisqu'elles sont d'vn element plus pur.* Multa quoque de diuisionibus spirituum comminiscuntur Iudaeorum Cabbalistae. Sic enim in *Pneumat. Cabbalist. Tract. I. diss. I. c. I. §. XIII.* in

Cabb. denud. T. II. P. III. *p. 191.* diuiduut in decem turmas angelorum, qui throno ministrant & inseruiunt; *c. II.* & ex aduerso horum esse decem gradus seu genera corticum seu spirituum impurorum. *Qui inferiores sunt illis, & vocantur equi angelorum, qui descensuri in terram iis insident, eosque mouent secundum arbitrium eorum §. II. p. 144.* ex *Tikkunim* (seu supplementis Soharisticis) vertit: *Et quando decem Sephirae vestiuntur illis corticibus, illi qui notitiam habent corticum, instituunt coniurationes per nomina, & per Reuolutiones Tetragrammaticas sancti illius benedicti contra illos Cortices, & annihilant decreta:* §. *III. ex dictis apparet decem esse dispositiones & gradus corticum: quorum nomina sunt: Catbariel, Adum, Belial seu vir peruersus, Duces Edom, Aganiel, Vsiel, Ogiel, Thomiel, Theumiel, Samael & Lilith*; vbi in *seqq.* de singulis decem generibus horum spirituum agit, quod dominium hominibus purificatis sit in illos, explicat qua forma appareant, & ad quae officia. *Diss. II.* de variis diuisionibus angelorum, eorumque officiis *c. IIX. p. 233. Sicut autem coeli his stellis pleni sunt, ita & pleni sunt animabus, intelligentiis & angelis fulgentissimis nec non Planetis, per quos intelliguntur principatus, praefecti & dominationes, angelique ministratorii, qui variis officiis praesunt;* Nec non *diss. III. c. I. p. 235* autor, qui Baro de ROSENROTH esse dicitur, vult probare inueniri quasdam substantias viuentes rationales etiam in elementis, & idem *c. II.* & *c. III.* de eorum natura mediisque vniendi homines cum diis plura disserit; Add. quoque *Rabbi* SIMON in *volumine Templorum*, & in *libro luminum*, atque in tractatu de *magnitudine staturae.* Et *Rabbi* ISMAEL in *tractatu templorum*; item omnes *commentarii libri formationis*; Sic & IO. ANDR. EISENMENGER *in entdeckten Iudenthum P. I. c. VII. p. 377.* & ex eo REIMANN. *Einleitung zur Iudischen Historie l. II. c. IX. p. 744. Dass zehenderley Gattungen der guten Engel seyn, vnd dass von denenselben zum vvenigsten allemahl neuntzig tausend mahl tausend vor Gott stehen, dass über ein iegliches Ding ein Engel gesetzet sey, dass der Engel Iorckemo über den Hagel, der Gabriel über das Feuer; der Michaël über das VVasser, der Iechiel über die vvilden Thiere, der Anpiel über die Vogel, der*

Ariel über das Vieh, der Deliel über die Fische, der Ruchiel über die VVinde, der Alpiel über die fruchtbahren Bäume, der Sandalfon über die Menscheo gesetzet, vnd dass ein ieglicher von diesen Engeln zu der Verrichtung desienigen, des man verlanget, könne gebrauchet vverden. Hae autem diuisiones spirituum non sunt recentiorum Theurgorum, sed iam inde a Chaldaeorum Magis, Aegyptiorum Prophetis, Graecorum Philosophis, & quidem Platonicis deriuatae. Sic Chaldaei diuiserunt spiritus in caelestes & supra caelestes, vt patet ex *oracul. Chald. Mundus habet quadamtenus sustentores intellectu praeditos & immobiles.* Add. PSELLVM in *schol. p. m. 97.* De daemonum diuisione secundum Chaldaeos vid. PSELLVS *p. 101. 109.* & NICEPHORVS in *schol.* ad *Synesium p. 117. edit. Paris.* Mercurium & Orpheum multa de diuisione spirituum scripsisse testatur IAMBLICHVS de *Mysteriis Sect. IIX. c. II. p. 158.* dicens: *Mercurium de empyreis diis libros centum reliquisse, de aetheriis totidem, de coelestibus vero mille.* De diuisione spirituum ex mente Aegyptiorum multa refert CELSVS apud *Originem l. IIX. p. m. 416.* Add. tamen SALMASIVS de *annis climacter. p. 610. seqq.* Quomodo Plato, Plotinus, Porphyrius ceterique eorum sectatores spiritus diuiserint *c. praeced. §. XV. not. 2. p. 164. seqq.* dictum est. Add. de spirituum inter se ordinibus, gradibus, natura & officiis PLATO, PLOTINVS, PORPHYRIVS de *abstinent. l. II. S. XXXIIX seqq.* IAMBLICHVS *Sect. IIX. c. III. p. 159.* PROCLVS *comment. in Timaeum & Parmenid.* De diuisione deorum in mundanos & supra mundanos seu supra caelestes, vid. IAMBLICHVS *Sect. V. c. XIV. p 129.* SALVSTIVS *c. VI.* PROCLVS in *Timaeum p. 301.* Adde FICINVM ad *Plotinum p. 126.* & LACERDAM de *excellent. caelest. spirit. c. XI.* De distinctione Daemonum vid. APVLEIVS de *deo Socrat.* PROCLVS *libro* de *daemone*, & in *Polit. Platon. p. 373. & 384.* PSELLVS *libro* de *operat. daemon.* De Daemonibus elementariis vid. MARSILIVM FICINVM in *Plotin. Ennead. III. l. V. c. V.* Add. ALCINOVS de *doctr. Platon. c. XV.* FOXIVS in *comment.* in *Platon. Phaedonem. p. 18.* KLOZIVS *disp.* de *daemonibus Platonic. §. XVII. seqq.*

Plato-

Platonicorum quidem ſententias de diuiſione ſpirituum *cap. praeced. c. I.* quantum poſſibile fuit, conciliavimus, verum tamen eſt, quod aſſerit LVD. VIVES ad *Auguſtin. l. IX. c. X. p. 277. At in iſtis de diis deque daemonibus ſententiis mirum quam inter ſe diſcrepent homines eiusdem haereſis. Alia ſentit Apuleius quam Plato, alia Plotinus quam Apuleius, diuerſa ab iis Porphyrius, nec cum iis conſentit Iamblichus, nec cum Iamblicho aut quoquam alio in omnibus conuenit Proclus, nimirum daemonibus ipſis pro natura ſua varia illis & fallacia dictantibus* Ophiani quoque haeretici ſeptem principales ſpiritus in ſuo diagrammate conſtituunt, quos ex *Celſi* oppoſitione recenſet ORIGENES *l. VI. contra Celſum p. 295.* dicens: *Celſus primum dicit leonina ſpecie formatum, non apponens, quomodo cum nominent homines impii: nos tamen inuenimus: quod illum in ſacris litteris laudatum creatoris angelum, hoc ſceleratum diagramma vocat Michaëlem leonina facie: ſecundum Celſus ait eſſe taurum, diagramma vero, quod nos habebamus, hunc taurum Surielem nominat.* (forte legendum Ouriel ſic & in *gemmis Baſilidianis Tab. IV.* inter ſeptem angelos Ouriel tertium locum occupat) *tertium Celſus horriſonum ſibilatorem in terris ſimul & aquis degentem, eundem diagramma tertio loco Raphaelem ſerpentiformem: Celſus iterum quartum aquilina ſpecie, quam diagramma dicit Gabrielem aeque aquiliformem: quintum deinceps Celſus vrſina facie, qui apud iſtos eodem deſcriptionis ordine nominetur Erathaoth: porro ſeptimum Celſum ait habere aſini faciem, nominarique Thaphaoth, ſiue Onoel, nos in diagrammate inuenimus, quod vocetur Onoel ſiue Thurtharaoth aſinina ſpecie viſendus.* Add. SPENCERVS in *annotat.* ad *h. l. p. 78 ſeqq.* & *88.* huius ſectae dogmata ex aliis Patrum locis bene explicat. Septem iſtos principes maiores aliter recenſuit IRENAEVS *l. I. c. XXXIV. Eum enim, qui a matre primus ſit, Ialdabaoth vocari: eum autem, qui ſit ab eo, Iao; & qui ab eo Sabaoth magnum; quartum autem Adonaeum; & quintum Eloaeum, & ſextum Oraeum, ſeptimum autem & nouiſſimum omnium Eloaeum.* Horum quoque mentionem facit ORIGENES *p. 296.* ibique formulas precum, refert quibus Ophiani hos principes, qui *l. VII. p. 358* Ianitores, quod certis caelorum

in S. Scriptura nihil nobis revelatum ſit, illud tanquam figmentum, vel ex eorum cerebro, vel ex reuelatione ſpirituum inuentum, reiiciendum. Et cum certum ſit, bonos angelos omnem cultum, multoque magis huiusmodi ritus & caeremonias non ſolum non optare, ſed & vehementer auerſari, non dubitandum eſt, omnes iſtos ſpiritus, quos colendos eliciendosue eſſe volunt, malos eſſe: ſicut & ipſi huius operationis Magiſtri fatentur, ſaepe malos ſpiritus in hoc actu occurrere, nec ſemper accurate diſcerni poſſe bonos & malos ſpiritus, quia etiam hi bonorum faciem mentiantur, talique cultu oblectentur; Ideo ab omni ſpirituum cultu & coniuratione abſtinendum, quia, etiamſi eſſent boni, eos tamen colere & euocare idolatricum & ſuperſtitioſum, ſi vero mali, impium & periculoſum eſt. **)

§. VI.

---

portis praefecti eſſe credebantur inuocare ſoliti ſunt. Diuerſa ab vtrisque eſt ea ſeptem principum vel angelorum enumeratio, quae inuenitur inter *gemmas Baſilidianas Tabula IV.* in IO. CHIFLETI *Abraxa Proteo: Michael, Gabriel, Ouriel, Raphael, Ananael, Procoraiel, Vabeque;* Has vero praeſtigias Ophinianorum e Magia gentium & ſcripturis praue detortis petitas eſſe affirmat ORIGENES *l. VI. p. 297. Sciendum tamen, quod qui haec compoſuerunt, neque magiam callentes, neque ſacras ſcripturas dignoſcentes commiſcuerunt omnia, ex Magia Ialdabaoth, Aſtophaeum, Horaeum; ex hebraicis ſcripturis Iaoią, quem Hebraei nominant Sabaoth, Adonaeum, Eloaeum; quae de ſcripturis deſumta nomina, ſunt ipſius vnius dei.*

**) Haec diuiſio ſpirituum in S. Scriptura non eſt fundata, ſed potius originem ſuam habet ex gentilium Theurgorum doctrina, qui ſpiritus diſtinxerunt in deos, heroas & daemones, vt patet ex *C. praeced. §. XV. n.* 2. ita vt loco heroum ſubſtituerint diuiſionem deorum in caeleſtes & ſupra caeleſtes; Cum vero hi profani Philoſophi deſtituti reuelatione diuina, quicquid de diſtinctis ordinibus,

dinibus, officiis, nominibus, dominatibus & numero subiectorum ratiocinati sunt, vel excogitauerint, vel secundum AVGVSTINVM de *ciuit. l. XXI. c. VI.* ab ipsis spiritibus didicerint, nihil quoque certi & veri de hac hierarchia proferre potuerunt, quia nihil praeter meros daemones cognouerunt, conf. BOISSARDVS de *diuinat. libro* de *magia c. II. p. 33.* Quod cultum spiritum seu angelorum attinet, venit ille sine dubio a gentilibus & imprimis Platonicis, qui spiritus colendos esse docebant, vt constat ex *C. anteced.* §. *I. n. IV.* *Celsus* putauit Iudaeos per carmina magica euocatis quibusdam angelorum spectris persuasos, vt adorarent angelos; sed ORIGENES *l. V. p. m. 236.* respondet, Iudaeos contra legem ista facere, solitos esse. De Iudaeis, nec non de Cerinthiacis, qui angelos adorant, vid. quoque SPENCERVS ad *Origenem l. I. p. 20.* Sed hi spiritus siue angeli, licet in hoc actu boni subsint, vt putant eorum Mystae, neutiquam colendi sunt. Sic enim in S. Scriptura *Deutr. VI, 13. X, 20. Math. IV, 10. Epistol.* ad *Galat. IV, 8.* soli deo cultum exhibendum esse dicitur. Et quidem quoad cultum angelorum *Apocal. XIX. 10.* & *XXII. 19.* Angelus Ioanni illum adorare volenti, ait: *vide ne feceris, conseruus tuus sum.* Nec non Paulus *Coloss. II. 18.* eorum seductionem cauendam esse monet, qui praetextu humilitatis θρησκείαν angelorum docebant: quam sententiam ita exponit THEODORETVS in *comment.* ad *h. l. c. II. Humilitate vtentes hoc consulebant dicentes: Vniuersorum deum nec cerni, nec comprehendi, nec ad eum posse perueniri, & opotere per angelos diuinam sibi beneuolentiam conciliare.* Alii *Pauli* locum contra Simonem, alii contra Cerinthum scriptum putant. vid. *c. VI.* §. *I. not. 4. p. 87.* nec non *h. c.* §. *praeced. n. 2. p. 292.* Ceterum haereticos in primiua ecclesia vsos fuisse inuocationibus testatur IRENAEVS *l. I. c. XXIII.* Et *c. XXXV.* ponit formulam inuocationis: *O angele te oro* &c. Contra quos IRENAEVS *l. II. c. LIIX.* ait: *ecclesia per vniuersum mundum varias gratias a deo accipiens in nomine Christi perficit. Non inuocationibus angelicis faciens aliquid, sed munde & pure & manifeste orationes dirigens ad dominum, qui omnia fecit, & nomen domini nostri Iesu Christi:* Alii quoque Patres docuerunt

angelos

angelos non esse inuocandos. Sic ORIGENES *l. V. contra Celsum p. 233. angelos ex officio suo nominari doctos inuenimus, propter diuinitatem quandam interdum deos vocari a S. Scriptura, sed non sic, vt iubeamur eos adorare, aut diuinis honoribus colere, quamvis dona dei nobis afferant, omnia enim vota, omnes interpellationes, deprecationes & gratiarum actiones destinandae sunt ad deum rerum omnium dominum, per maiorem omnibus angelis summum pontificem, viuum verbum & deum.* Add. *p. 239.* Et *l. IIX. p. 416. Imo etiamsi sciamus non daemones, sed angelos praeesse frugum proventibus & foeturis animalium, praedicamus eos, vt beatos, quibus vtique a deo comissae sunt hominum vtilitates: non tamen honorem soli deo debitum his reddimus, nam haec deus, nec vult, sed nec ipsi, quibus, haec comissa sunt, & ex aequo nos amant non sacrificantes, ac si obtulissemus iis.* Cauendus tamen ORIGENES, qui non solum *Homil. XXXV.* in *Luc.* & passim cunctis hominibus duos genios bonum nempe & malum a natiuitate adesse statuit, sed & *Homil. I.* in *Ezechiel.* preces habet, quibus angelum suum custodem inuocauit. Et *l. IIX. contra Celsum p. 386.* asserit, quod liceat angelos colere, si modo repurgetur eius vocis significatio. Nec non *l. V. p. 269.* ipsi verisimile videtur, quod fideles viuentesque integre continue ope angelorum vtentur. Et *l. IIX. p. 400.* asserit, angelos apparere hominibus versarique in terris ex consensu ad gratificandum hominibus. Add. GROTIVM in *explicat. decalog.* qui *Origini* fauere videtur, existimans, non peccaturum illum, si quis angeli sibi apparentis commendationem apud deum imploret. Sed alii in totum omnem cultum angelorum prohibent. Ita LACTANTIVS *l. II. c. XVII. Neque angeli cum sint immortales, dici se deos aut patiuntur, aut volunt, quorum vnum solumque officium est, seruire nutibus deis itaque nullum sibi tribui honorem volunt, quorum bonor in deo est; Illi autem, qui desciuerunt a dei ministerio, quia sunt veritatis inimici & praeuaricatores, dei nomen sibi, & cultum deorum vindicare conantur.* Sic & ATHANASIVS *orat. III. contra Arrianos T. I. opp. p. 39. Creatura creaturam non adorat, sed quae seruilis sunt conditionis dominum, & quae creaturae sunt deum adorationibus colunt:* vbi exemplo angeli adora-

adorationem Iohannis respuentis comprobato subiicit: *Quo circa solius numinis est adorari neque id ab angelis ignoratur, qui quanquam se inuicem gloria transcendunt, creaturas tamen se esse, neque in classibus adorandorum, sed adorantium dominum se agnoscunt computari debere.* Sane boni angeli non permisere sibi seruitium impendi ab hominibus, vt qui norunt homines non posse beatos fieri, nisi eum solum colendo, in quo ipsi colendo, beatitatem habent. AVGVSTINVS *l IX. c. IV. quaecunque immortalis potestas virtute praedita, si nos diligit sicut se ipsum, ei vult esse subditos, vt beati simus, cui & ipsa subdita beata est. Si ergo non colit deum, misera est, quia deo priuatur, si autem colit deum, non vult se coli pro deo.* Et IDEM *l. X. c. I. p. 289.* latius tractat: an angeli seu spiritus intermedii etiam sibi, an tantum deo suo, qui etiam noster est, volunt, vt sacra faciamus & sacrificemus: vel aliqua nostra seu nos ipsos religionis ritibus consecremus, quod bene refutat, & in fine *p. 291.* concludit. *Quicunque igitur sunt in caelestibus habitationibus, immortales & beati, si nos non amant, nec beatos esse nos volunt, colendi vtique non sunt; Si autem amant, & beatos volunt profecto, inde volunt, vnde & ipsi sunt.* (scil. a Deo) *An aliunde ipsi beati aliunde nos?* Add. IDEM de *vera relig. c. IV.* & *contra Faustum Manichaeum l. XX. c. XXI.* ARNOBIVS *aduersus gentes l. III.* GREGORIVS M. *homil. IIX. euangel.* CHRYSOSTOMVS in *epistol.* ad *Hebraeos c. I. Homil. III.* CYRILLVS *contra Iulian. l. IV. p. 123.* THEODORETVS *serm. III.* de *graec. affect. l. II.* qui omnes & exemplis & locis S. Scripturae probant, non angelis, sed soli deo cultum esse deferendum. Distinguunt quidem Pontificii inter eum cultum, seu inuocationem angelorum, quae fit praeterito Christo, & istam, quae fit cultu duliae. Illam esse prohibitam, non vero hanc. Sed eos satis refutauit MART. CHEMNITIVS *exam. Concil. Trident. P. IV. p. 680.* & *695.* & BASNAGE *l'histoire de l'eglise l. XX.* Qua de causa dicendum istos spiritus qui cultum sibi arrogant, & quae huiusmodi operatores inuocant, reuera esse malos daemones, vt hoc ex ipso *Porphyrio* probat AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. X. c. XXVI. p. 319.* de Porphyrio loquens: *Iam dixisti ange-*

los, qui patris annunciunt voluntatem, ab his angelis esse diuersos, qui ad theurgicos homines, nescio, qua deducti arte descendunt Nec non ipsi huius artis professores non potuerunt dissimulare, saepissime malos occurrere, qui speciem bonorum fingentes talem cultum expetant; Hoc asserit PORPHYRIUS, qui non perfunctorie & leuiter in ea, quae vulgus latebat superstitione versatus est, *libro II.* de *abstinent.* interprete FICINO (*edit. Florentin. p. 31.* at *noua p. 195.*) *Mali daemones nos flectunt ad supplicationes & sacra facienda deis beneficis, quasi illi nobis irati sint, haec autem & similia faciunt studentes a recta deorum sententia nos deducere, & ad se ipsos adducere:* Eos enim tali cultu delectari, cumque in finem deos seu spiritus bonos se ementiri. Et paulo post: *Mendacium enim proprium est eiusmodi daemonum, aut enim videri volunt, ac potestas ipsa eis praesidens deus maximus vult haberi.* Eadem quoque, licet saltem excerpta, referunt EVSEBIVS *praepar. l.* IV. *c.* XXI. *p. m. 171.* CYRILLVS *contra Iulian. l.* IV. *p. m. 123.* THEODORETVS de *graecor. affect. curat. l.* III. *p. m. 573.* Quaenam vero sit potestas illa princeps idem ipse PORPHYRIVS declarat in *libro* de *philos. ex oracul.* apud EVSEBIVM *l.* IV. *c.* XXIII. *p. 174. improborum daemonum principes Serapin atque Hecaten esse dicens, cum Beelcebub iis omnibus praeesse S. Scriptura testetur.* Horum spirituum naturam & malitiam exponit PORPHYRIVS in *epist.* ad *Anebonem Aegyptium: Sunt, qui opinantur esse quoddam genus spirituum, cui exaudire sit proprium, natura fallax, omniforme, multimodum, simulans deos ac daemones, & animas defunctorum, & omnia, quae quidem videntur bona vel mala per hoc geri, ceterum circa ea, quae vere bona sunt, (quae quidem ad animam pertinent:) nihil opitulari; neque illa nosse, sed male conciliare, & ludificari, atque impedire saepe eos, qui ad virtutem contendunt, & plenos fastu gaudere nidoribus & sacrificiis.* Eadem quoque extant apud EVSEBIVM *l.* IV. *c.* XXII *p. 172.* & CYRILLVM *l.* IV. *p. 125.* qui tamen false ea verba Iamblicho tribuit. Saepius non bona numina, sed deteriora & malefica sub specie bonorum apparere, talemque cultum affectare confitetur quoque IAMBLICHVS de *myster. Sect.* II. *c.* X. interp. GALE

p. 53.

p. 53. (*edit. Rom l.* III. *c.* II. ſed in *Marſilii Ficini* fragmento non extant) : *Quando peccatum aliquid admittitur in arte theurgica nec ea, quae oportet, ſed alia pro aliis veniunt, ἀγάλματα in conſpectum: tunc enim inferiora numina habitum meliorum induunt & mentiuntur ſe eſſe, quorum ſchema gerunt, & glorioſos ſermones iaculantur, & potentiam ſibi iuſta maiorem arrogant.* Hinc ARNOBIVS *l.* IV. *Si magi aruſpicum fratres ſuis in accitionibus memorant antitheos ſaepius obrepere pro veris, eſſe autem hos quosdam ex materiis craſſioribus ſpiritus, qui deos ſe fingunt, neſciosque mendaciis & ſimulationibus ludant; cur ratione pari non credamus, hic quoque ſubiicere ſe aliis pro eis, qui non ſunt, vt & veſtras opiniones firment, & ſi hoſtias caedi alienis ſub nominibus gaudeant.* Et mox: *Aegyptios, Perſas, Indos, Chaldaeos, Armenios interrogetis, omnesque alios, qui in interioribus viderunt, & cognoverunt haec artibus; iam profecto diſcetis quisnam ſit deus vnus, vel ſub eo, qui plurimi, qui ſe deos fingant, & humani generis imprudentiam ludant.* Exemplum memoriae prodidit Dea Pythia, de qua PLVTARCHVS *lib.* de *defectu oracul.*. Sic & PROCLVS *l. V.* de *anima & daemone*, cuius excerpta refert MARS. FICINVS, non negat malos daemones in ſacris occurrere & fallere ſub praetextu bonorum: *Compertum*, inquit, *habemus in expiationibus atque ſacris, vbique ex deterioribus aliquid induere perfectionis imaginem, per quam animas nondum perfectas alliciat ad ſe ipſum a ſuperioribusque diuertat.* & paulo poſt: *Similiter in ſanctiſſimis quibusque expiationibus atque ſacris antequam ipſe deus adſit palam occurrunt daemonum quorundam impetus terrenorum, aſpectus noui quoque eos qui expiantur perficiunturque deturbantes, & a ſinceris bonis ad materiam deflectentes.* Et idem PROCLVS in *polit.* hanc rem ex ipſis initiis explicat *p. 358.* Vbi diſputat, de contentionibus, quae inter deos eſſe commemorantur. Add. IDEM *Theolog. Plat. l. I. c. III.* PSELLVS de *operat. daemon. p. 90.* & *93.* Omnes impuros ſpiritus arrogantiores eſſe, & fingere ſe auguſtiores, quam re ipſa ſint. Conf. EVSEBIVS *praepar. l. VII. c. XVI. p. 328* qui in eandem plane ſententiam de his contrariis poteſtatibus & deceptoriis ſpiritibus ſcribit. Equidem IAMBLICHVS *Sect. I. c. XIIX. p. 30.* Genethliacorum opinio-

opinionem, quae statuit deos alios esse beneficos, alios maleficos reiicit, contenditque malum non a caelis, sed a materia venire. PROCLVS quoque in *polit. p. 335.* ventilat hanc quaestionem, malaque ab iis non inferri, sed tantum significari vult. Fatetur PORPHYRIVS de *abstinent. l. II. S. XXXVII.* daemonas cultu diuino honorari a graecis tanquam deos, inter hos esse tam beneficos, quam maleficos. Hos circa materiam & corpora versari & malos esse non quidem electione, sed ita in prima rerum diuisione factos vt animos delinquentes torquerent. Nostra sancta fides daemones omnes in vniuersum malos non quidem ita factos, sed ex bonis mutatos. Platonicorum diuisionem daemonum in bonos & malos bene explodit AVGVSTINVS *l. IX. c. II. p. 269. Apud plerosque enim vsitatum est dici, alios bonos, alios malos daemones quae siue sit etiam Platonicorum Philosophorum seu quorumlibet sententia, nequaquam eius est negligenda discussio, ne quisquam velut daemones bonos sequendos sibi esse arbitretur, per quos tanquam medios diis, quos omnes bonos credit dum conciliari affectat & studet: vt quasi cum eis possit esse post mortem irretitus malignorum spirituum deceptusque fallacia longe aberret a vero deo, cum quo solo, & de quo solo anima humana, i. e. rationalis & intellectualis beata est.* Hos igitur vt a bonis angelis distinguere admodum est arduum, ita omnino colere est illicitum conf. AVGVSTINVS *l. X. c. XXVII.* Quamuis quidem Cabbalistae signum quoddam constituunt, quo spiritus mali a bonis distingui possint, vt extat in *lib.* de *reuolut. animar. tract. I. P. V. c. XXXIV. §. XI.* in *Cabbal. denud. p. 459. character autem ille, quem dedit Magister meus, vnde scire queat, an verba illa annuntiatoris sint vera, hic erat, vt quis attendat, an ipse loqui soleat veritatem, & omnia faciat in honorem dei, nec contraria faciat, sciatque explicare arcana legis & mysteria eius: istius hominis annuntiatorem talem esse, cui credi queat, quique talem dare possit scientiam, e quali sit exortus.* Hoc tamen criterium non extra omne dubium positum est, cum constet etiam malos talia simulare posse. Et ipsi Theurgi gentiles profitentur fines, bonorum & malorum daemonum non facile discerni posse. Sic enim IAMBLICHVS *Sect. IV. c. XIII. p. 116. Non ergo mirandum est, si daemones*

mones

mones haec & similia patrent: certe non est cuiusvis hominis dicere, qui boni & quinam improbi sunt, aut quibus indiciis ab inuicem pernoscantur &c. Add. GALE ad *h. l.* Quanta hic fenestra aperitur ad fraudes daemonum: Pium igitur est ab omni huiusmodi curiositate abstinere, vt ea ratione praecidatur omnis malorum daemonum κυβεία & fraudes, si homines non essent περίεργοὶ daemones essent minus κακοεργοὶ TERTVLLIANVS *Apologetici c. XXXIII.* omnibus his fallacibus fauces oblidet: *Si altera parte dii sunt, cur se daemonia mentiuntur* &c. *Nam sicut illi, qui dii habentur, daemones si dicere noluissent, si vere dii essent, scilicet ne se de Maiestate deponerent, ita & isti quos directo daemonas nostis non auderent alibi pro diis agere, si aliqui omnino dii essent, quorum nominibus abutuntur, adeo nulla est diuinitas ista, quam tenetis: quia si esset, neque a daemonibus affectaretur, neque a diis negaretur.* Et EVSEBIVS *l. IV. c. XVI. p. 162. sin autem quispiam forte erit, qui ista quidem ad improbos daemones pertinere omnia fatebitur, sed tamen alios praeterea bonos esse dicet, quos tanquam generis humani vindices praecipuo cultu venerari oporteat: quaerendum ex eo fuerit, vbi tandem essent boni vindices, quos ea religione venerarentur, cum tantam improborum istorum vesaniam suorum a clientum corporibus minime propulsarent.* Quaenam vero nostra erga bonos angelos sint officia tractat BVDDEVS in *theolog. moral. P. II. c. II §. LVI.* in *notis* refert ea ad classem officiorum erga deum. Sed *P. I. c. II. Sect. IV.* §. 137 ad officia erga alios; Quae ita conciliari posse videntur: Respectu angelorum pertinere illa, ad officia erga alios, respectu vero dei ad officia erga deum: hoc enim respectu & alia officia, ne per ea laedatur officium erga deum, hic referri possunt. De officio nostro respectu diaboli vid. IVST. CHRIST. SCHOMERVS *theolog. moral. c. XIX.* cuius summam dicit BVDDEVS *c. l.* consistere in eo, vt contra diabolum seu hostem nostrum acerrimum strenue pugnemus, idque nostra salutis rationem exigere, adeoque ex officiis hominum erga se ipsum fluere. Nonnulli quoque veteres laeuis numinibus seu daemonibus malis cultum tribuebant, eosque certis sacrificiis placare studebant, vt mala a suis clientibus auerterent. Pro hoc cultu pugnat IAMBLI-

§. VI.

Vincula, quibus spiritus coniurentur, triplicia ponunt: primum sumi ex mundo intellectuali, secundum ex elementali, tertium ex caelesti; his igitur vinculis rite inuicem inter se

---

BLICHVS de *mysteriis Sect. V. c. XVII. p. 132,* add. GALE *p. 328.* Parum sibi constans *Iamblichus*, vt qui longe alia scripsit in *epist. ad Macedonium*, cuius partem conseruauit STOBAEVS *eclog. eth. l. II.* Verum meram fuisse eorum δεισιδαιμονίαν certum est, non enim nos debemus munire sacrificiis iniustis & iniustis contra has δυσπραγίας; sed contemtis omnibus, quae in rebus humanis vel mala putantur esse vel prospera, naturali virtute animus noster roborandus est, & ad autorem suum applicandus, vt semper in vtramque partem paratus sit, nec mala perhorrescat, nec felicitatis capiatur illecebris. Qui deum habet propitium, pietate & precibus placatum non opus habet per curiositatem & ἐθελοθρησκείαν decurrere ad angelorum daemonumque patrocinia. Per hoc ostium omne Paganorum errores subingressuros verissime praeuidit LEO M. in *epist. ad Aristoricensem Episcop.* Hinc bene CARDANVS de *rer. variet. l. XVI. c. XLIII. p. m. 328.* ait *Aut igitur boni sunt eruntque serui altissimi dei nec iniquo patientur, in illorum & nostri communem benefactorem gratias referri; illum solum adorari scriptum est, dominum deum tuum adora, & illi soli seruies. Aut mali, qui cum nocere non possunt, nec ob metum adorandi, quod nihil possint, nec ob gratiam, cum mali sint.* Recte quoque EVSEBIVS de *praep. l. IV. c. XXI. p. 170.* dicit: *Atque hoc genere pietatis excusso tantum aberit, vt improborum daemonum metu terreamur, at eos potius integritate mentis, morum Innocentia, vita denique castiore atque ad omnem virtutem Seruatoris nostri praeceptis instituta procul abigamus atque expellamus;* Et AVGVSTINVS de *ciu. dei l. VII. c. XXXVII. p. 227. Qui ergo nec felicem in futuro vitam, nec modo habere vult piam talibus sacris mortem quaerat aeternam. Qui autem cum malignis daemonibus non vult habere societatem non superstitionem qua coluntur noxiam, pertimescat, sed veram*

se compositis spiritus aut sponte allici, aut etiam inuitos cogi posse credunt. *) Verum sicut plane absurdum & temerarium

---

ram religionem, qua produntur & vincuntur agnoscat. Et IDEM *l. IIX. c. XXV p. 263. Nullo modo igitur quasi per daemonum medietatem ambiendum est ad beneuolentiam seu beneficentiam deorum vel potius bonorum angelorum, sed per bonae voluntatis similitudinem, qua cum illis sumus & cum illis viuimus, & cum illis deum, quem colunt, colimus.*

*) Vincula, quibus alligentur spiritus, obtestenturque vel exterminentur ita diuidit AGRIPPA de *occult philos. l. III. c. XXXIII.* dicitque *p. 449. Sciendum etiam quoniam per haec vincula, non solum spiritus, sed & omnes ligantur creaturae; vt tempestates, incendia, diluuia, pestes, morbi, vis armorum & animalia quaeque adsumendo illa, seu per modum adiurationis, seu per modum deprecationis, seu benedictionis.* Licet quidem AGRIPPA dicto tractatu de his vinculis peculiaribus libris egerit; sic *l. I.* de Magia [illegible] seu Mathemat. *l. III.* de ceremoniali seu intellectuali, valde tam[illegible] sunt, vt ipse fatetur *l. III. c. vlt. p. 562.* adeo vt ea, quae horum explicationi [illegible]uiunt, colligere inque ordinem reducere opus sit; Haec tria vincula quoque recensentur in *l. IV.* de *occult. philos. opp. p. 440.* Paulo tamen aliter: *Primum vinculum est, quando coniuramus per res naturales, secundum componitur ex mysteriis religionis, per sacramenta, miracula & huiusmodi: tertium constituitur per diuina nomina sacraque signacula.* Chaldaeorum magicae operationis tria quoque genera ex libro *Abodath Hannabathim* seu *cultura Nabataeorum* aliisque sua aetate extantibus refert MOSCHE *Ben* MAIMON *More Neuochim l. III. c. XXXVII quorum primum versatur circa plantas, animalia & metalla, alterum in designatione temporis, quo illa peragenda sunt: tertium in gestibus & actionibus humanis, vt saltatione, manuum complosione, clamore, risu, cubatione humi, rei alicuius combustione, fumi excitatione, quorundam verba*

verborum articulatorum aut inarticulatorum pronunciatione situm est. LE COMTE *de* GABALIS *II. Entret. p. 45.* Vincula saltem naturalia admittit, alia vero reiicit; *Le Cabbaliste n'agit que par les principes de la nature, & si quelque fois on trouue dans nos liures des paroles étrangers, des caracteres, & des suffumigations; ce n'est que pour cacher aux ignorans les principes Physiques.* Sed MARSILIVS FICINVS in *comment. in conuiu. Platon. Orat. X. c. X. p. 401.* monstrat, non sufficere naturae opera, sed opus esse arte, quae id, vbi naturali cognitioni aliquid desit, per vapores, numeros, figuras, qualitates opportunis suppleat temporibus. Hanc artem veteres daemonibus attribuerunt: quod intelligant, qualis sit rerum naturalium societas, quid cuique congruat, quomodo concordia rerum, sicubi desit, instauretur: Et ab his Zoroaster, Socrates, Apollonius, Porphyrius & alii, qui per amicitiam daemonum magi euasisse dicuntur, eam accepisse traduntur. Conf. IAMBLICHVS *Sect IV. c. XII. p. 115.* qui vtrumque naturam & artem coniungit. Originem horum vinculornm, & quomodo res naturales ad numinis aduocationem adhibitae fuerint, pluribus exponit qu[illegible] P[illegible] *libro de Magia.* Idem confirmat [illegible]SE[illegible] *exposit. dogmat. Chaldaic. p. m. 113. adstruunt, omnem magicae scientiae rationem perfici a summis potentiis & terrenis materiis: familiaritatem item & conuenientiam superiora cum inferioribus habere, praesertim, quae sub Luna sunt.* Ea autem vincula non ab hominibus excogitata, sed ab ipsis diis instituta hominibusque communicata asserit IAMBLICHVS de *myst. Sect. V. c. XXV. p. 140. haec*, inquit, *non sunt hominum inuenta, nec humanis moribus autoritatem nacta, sed deus ipse inter sacra rite vocatus autor est eiusmodi legum, circa quem dii angeliue permulti versantur.* Quod & affirmat PORPHYRIVS de *Philos.* ex *orac.* apud EVSEBIVM *l. V. c. XI. p. 199. Neque tantum*, inquit, *proprias sui instituti rationes, aut cetera, quae superius a nobis commemorata sunt, verum quibus ipsi rebus aut delectentur, aut vinciantur, imo quibus etiam cogantur, indicarunt. Quibus item hostiis rem sacram fieri, quos dies caueri, quam in formam ac speciem simulacra configurari opoteat, quonam ipso ore habitaque appareant,*

quibus

quibus in locis assidui sint. Quod seqq. ex multis allegatis *orac.* responsis illustrat. Add. PHILOSTRATVS in *vit. Apoll. l. I. c. I. p. 2.* & *l. IV. c. XIII. p. 199.* Verum vnde potuerunt discere magi haec vincula, quibus spiritus aduocant eosque adesse cogunt? Vnde scire, quibus sacrificiis, libamentis aut suffimentis daemones auertantur, & fugentur vel oblectentur, & alliciantur. Et alii quidem spiritus aliis rebus? Vnde inquam homines haec discere potuissent, nisi ab ipsis daemonibus. Cum vero apertum sit, eorum spiritus seu deos malos esse, sic *Ps. XCV. Omnes dii gentium daemonia*, hi quoque horum rituum autores habendi sunt. Quod & confirmat EVSEBIVS de *praep. l. V. c. X. p. 199. Iam vero non alios ab initio maleficae artis magistros, quam ipsamet egregia Numina fuisse constat. Qui enim isthaec homines aliter nosse potuissent, nisi daemones iis res ipsi suas aperuissent, & quibus quique vinculis constringantur, indicassent?* Et AVGVSTINVS de *ciu. dei l. XXI. c. VI. Neque enim*, inquit, *potuit primum ipsis docentibus disci, quid quisque eorum appetat, quid exhorreat, quo inuitatur numine vel cogatur.* Add. *l. X. c. XXVII. p. 319.* Non tamen negandum, plurima, quae ab hodiernis Theurgis traduntur, ab iis vel excogitata, vel ex gentilium sacris vel mysticis ritibus deriuata esse. Hisce igitur vinculis spiritus inuitos etiam cogi nonnulli statuunt; Alii vero saltem iis allici asserunt, ita AGRIPPA *l. III. c. XXXII. p. 444.* dicit: *hi, etsi a nobis alliciuntur diuersimode, nullis tamen vinculis vel vix saltem a nobis possunt adstringi, sed duntaxat sacris quibusdam obtestari* &c. *His & huiusmodi symbolicis orationibus atque hymnis, quia diuinarum virtutum signa sunt, daemones nonnunquam humanis vsibus sese accommodabant; non quod necessitate quadam compulsi, sed sponte & consuetudine quadam ac inuocantium precibus victi, facilius accedunt.* PORPHYRIVS in *epistola* obiicit, quod necessitatibus quibusdam attractus per inuocationem haec obire deus videatur: cui respondet IAMBLICHVS de *myster. Sect. III. c. XIIX. p. 84. Deinde inuocatio quidem & cetera opera sacra ab intelligente sacerdote facta vi similitudinis & quasi cognationis ad deos vltro currunt, & connectuntur; nec tamen violentia suas operationes conficiunt;* Et IDEM, deos nullis passionibus tangi,

rium est, affirmare, quod huiusmodi vincula efficaciam quandam in spiritus habeant: cum tamen nulla cohaerentia & analogia inter ista vincula & spiritus excogitari possit: Ita plane impium, bonisque spiritibus indignum est; asserere, illos huiusmodi rebus ad certas actiones vel sensibile commercium moueri

---

quamuis precibus flecti videantur, eosque vltro moueri ad coniunctionem asserit *Sect. I. c. XII. p. 23. Sed neque inuocationes diis per passionem connectunt sacerdotes, quin imo per amicitiam illam, quae vniuersa continet, indissolubilem connexionis communionem praestant. Non quod inclinant ad homines deorum mentem, quemadmodum existimare nomen ipsum doceat, sed vt ipsa veritas docere vult, hominem voluntatem idoneam efficiuut ad participandos deos ipsam ad eos ducentes & per suadelam dulcissimam connectentes. Vnde etiam & nomina deorum sacra & cetera diuina symbola, eo quod anagogica sunt valent inuocationes diis annectere.* Hoc & pluribus *Sect. V. c. III. p. 118.* confirmare studet. Quod idem affirmare vult PROCLVS de *anima & daemone fol. 46. Proinde diuina frequenter inferioribus videntur occurrere, interim e suis sedibus non discedentia. sed dum in se ipsis permanent propter aptitudinem suscipientis videntur accedere. Nam & in deorum inuocationibus & occursibus sponte factis accedere ad nos quodammodo videtur ipsa diuinitas, nobis videlicet profectis ad ipsam.* Sed PORPHYRIVS in *libro* de *philos. ex oracul.* apud EVSEBIVM *l. V. c. IIX. p. 193.* statuit, his vinculis deos licet inuitos ad apparendum cogi, cuius verba cum refutatione EVSEBII *cap. praeced.* §. *XVI. not. 3.* in *fin. p. 224.* sunt allata. Quin fatum magicis artibus solui posse fatetur apud EVSEBIVM *l. VI. c. IV. p. 240.* Nam cum forte quispiam obsecraret, sibi vt numen excipere liceret; Deus cum huic rei minus idoneum, quod naturae vinculis constrictus teneretur, illum esse responderet, eoque certos quosdam procurationum expiationumque ritus ipsi praescriberet, ita subiunxit:

Vis

moueri posse; Qua de causa potius dicendum, quod etiamsi spiritus hisce modis euocati appareant, illi non tam boni quam maligni sint, qui sponte coniuratoribus obediunt, interim tamen simulant, se eorum vinculis flecti, vt homines tantam vim iis rebus adscribentes turpiter decipiant. **)

§. VII.

Vis diuina tuo pridem magno impete vectrix
Incubuit generi, magica hanc fugere arte licebit.

Add. AVGVSTINVS *l. X. c. IX. p. 298.* vbi *Porphyrius* de quodam Chaldaeo refert, quod alius inuidus per coniurationes quasdam spiritus alligasset, ne ipsius postulata concederent. Quo indicio apparere dixit, Theurgiam esse tam boni conficiendi, quam mali, & apud deos & apud homines disciplinam: pati etiam deos & ad illas perturbationes passionesque deduci, quas communiter daemonibus & hominibus *Apuleius* tribuit. Longe Theurgos exagitat AVGVSTINVS *c. X. p. 300. Ecce nunc alius Platonicus, quem doctiorem ferunt, Porphyrius, nescio per quam Theurgicam disciplinam, ipsos deos obstrictos passionibus & perturbationibus dicit. Quoniam sacris precibus adiurari terrerique potuerunt, ne praestarent animae purgationem; & ita terreri ab eo, qui imperabat malum, vt ab alio, qui poscebat bonum, per eandem artem Theurgicam solui illo timore non possent, & ad dandum beneficium liberari. Quis non videat haec omnia fallacium daemonum esse commenta: nisi eorum miserrimus seruus, & a gratia veri liberatoris alienus? Nam si haec apud agerentur bonos, plus ibi vtique valeret beneficus purgator animae, quam maleuolus impeditor,* &c.

**) Angelos seu spiritus benignos eiusmodi vinculis, quo appareant, cogi posse, plane absurdum & stultum est, quod iam agnouit PORPHYRIVS in *epistola ad Anebonem Aegyptium* anceps ipsi has veras atque arcanas mouet quaestiones apud EVSEBIVM *l. V. c. X p. 197.* & THEODORETVM de *graec. affect. curat. l. III. p. m. 573. Me quidem tum vehementer,* inquit, *angi sentio, vbi mecum ipse reputo, qui fieri possit, vt quorum veluti augustiorum ac diuinorum opem imploremus, ii tamen*

perinde vt humiliores ac deteriores obediant, &c. & *p. 198.* & apud THEOD. *p. 574.* *Quodque omnium absurdissimum est, non iam vulgari cuipiam daemoni, aut defuncti animae, sed ipsimet Soli siderum principi, Lunae, reliquisque diis caelestibus, homo cuiuis e Populi faece obnoxius minas intentat, atque vt eos ad vera dicenda compellat, falsum vanumque errorem ostendit. Nam futurum denunciare, vti vel caelum ipsum quatiat, vel Isidis arcana patefaciat, vel quod Abydi occultum latet, dictuque nefas est, in lucem proferat, vel Aegypiacae nauis cursum inhibeat, vel in Typhonis gratiam Osiridis membra disiiciat; quidnam obsecro, vel summum ad stuporem atque vecordiam ista, quae neque nouit, neque efficere potest, comminanti, vel Numinibus quae fictitius & inanis iste terror leuiculorum pusionum more percellat, summam ad humilitatem reliquum fecit? Et tamen haec omnia Chaeremon sacer ille scriba, tanquam Aegyptiorum pridem omnium ore iactata, conscripsit, quae quidem, vti eiusdem quoque generis cetera, ad vim diis afferendam potentissima esse dictitant.* IAMBLICHVS quidem *Sect. IV. c. I. p. 105. seqq.* variis modis ad eas vult respondere; Sed eiusmodi sunt omnia eius responsa, vt mihi quidem videantur esse magis incredibilia & absurda maioribusque implicata difficultatibus, quam illae ipsae, quae propositae sunt dubitationes; Mox enim dicit duplex esse genus spirituum, aliud criticum, aliud brutum & coecum: imperia ad hoc brutum genus dirigi; (De hoc genere daemonum bruto vid. PROCLVS in *IV. comment. in Timaeum* PLOTINVS *Enn IV. l. IV.* & FICINVS ad *h. l.* praecipue ad *c. XLIII.*) Mox vero fatetur iussa etiam ad illud genus intendi, sed tum Sacerdotis seu Thegi duplicem esse rationem, alteram, qua tanquam homo, alteram qua tanquam deorum minister autoritate muniatur diuina; hinc *p. 107.* subiicit: *iuxta hanc igitur distinctionem recte facit inuocando tanquam praestantiores a toto mundo potentias (quandoquidem qui inuocat, homo est) idemque rursus imperat illis, quoniam merito ineffabilium deorum quodammodo personam sustinet.* Sacerdotem minari, quatenus deorum summorum autoritate incedat, exponit IAMBLICHVS *Sect. VI. c. VI. p. 148.* Sed *c. VII. p. 149.* dissensum inter Chaldaeos & Aegyptios ea de causa esse docet:

Qua-

Quapropter Chaldaei, apud nos distinctus purusque est deorum solorum cultus, nunquam minis vtuntur; Aegyptii vero, qui cum symbolis deorum permiscent etiam ea, quae ad daemones pertinent, ad minas eiusmodi aliquando deueniunt. Hoc & docet CARDANVS de *rer. variet. l. XVI. c. XLIII. Opp. p. 320. Exorant autem homines daemones quoniam natura sunt inferiores. Imperant vero illis, vt sacerdos ob sacra religionemque dei vices agit; aliquando etiam puritate mentis iunctus supremis substantiis sine intermedio. Alias autem vi carminis sacri eam obtinente potestatem, vt cum pauperes quid petant a principibus per diuinum numen obtestantes.* Verum cum sacerdotes analogi sint angelis, vt vult *Iamblichus*, seu Archangelis, vt vult *Porphyrius*, inde sequitur, sacerdotes si dignitatem suam tueantur, non nisi diis ipsis vota facere, nequaquam daemonibus, qui sunt infra angelos, & infra istos quoque, quatenus sacerdotes sunt in loco & schesi angelorum. Nullo igitur pacto subsistere potest, quod ait *Iamblichus*, inuocari nempe istas inferiores potentias seu daemones ἀλόγους vid. TH. GALE ad *Iamblichum Sect. IV. c. II. p. 285.* qui ostendit, non solum, quam absurdum sit, sacerdotem iis imperare, quibus alias supplicat, sed & quam falsum spiritus seu daemones brutos cogi, quando dicit: *Non est dubitandum esse istiusmodi brutos spiritus, sed posse eosdem opitulari, imo audire inuocationes; id vero maxime dubitandum videtur, quod ergo obtemperent iubentibus, id fit, quoniam superiores aliqui spiritus, a quibus dependent, & quibus seruiunt, obtemperare faciant, e proximo quasi admonentes. Palpum illum interim magis & maleficis obtrudunt, qui imperium videntur directum habere in spiritus istos, quod tamen habent nullum.* Cum quo conuenit AVGVSTINVS de *ciuitate dei l. X. c. XI. Ridiculum esse inuocare daemones per modum imperii, aut eis comminando praecipere. Non enim est potestas in terra, quae comparetur eis, vt dicitur Iob. XLI. neque hominum dominio subiiciuntur.* De minis, quas Theurgi in spiritibus brutos intendant vid. IAMBLICHVS *Sect. VI. c. V. p. 147.* LVCANVS *l. VI.* & eius frigidus imitator, STATIVS *l. IV;* Nec non PSELLVS de *oper. daemon.* pluribus docet, quomodo daemones cum actionibus nempe per enses, ignem

&c. tum verbis minisque possint cogi, subiiciens interp. FICINO: *Item angelos timent, quoties videlicet quispiam eis praecipitium minitatur adducitque inuocationes angelorum ad hoc institutorum valde enim timent. Nam ob ignorantiam non discernunt minitantem; iam vero si anicula quaedam vel feroculus senex aliquis minas eiusmodi rustice intentauerit, saepe discedunt, quia discernere nequeunt.* Add. ATHAN. KIRCHERVS *oed. Aegypt. T. II. P. II. class. XI. p. 453.* & GALE ad *Iamblichum Sect. IV. c. XII. p. 260.* qui ex *Plotino, Porphyrio*, aliisque monstrat, eos credidisse daemonas a magis cogi. Quod & testatur CLEMENS ALEXANDR. *protrept. p. m. 39. Magi autem se iam suae impietatis gloriantur ministros habere daemones, vt qui eos in suorum famulorum numerum adscripserint, & necessitate adactos seruos fecerint suis carminibus.* Et ORIGENES *l. IIX. contra Celsum p. 374.* & *378.* refert daemones per quasdam incantationes magicas vocari, & induci ad quicquid libuerit, credidisse Scythas, Persas &c. Hodierni quoque Theurgi, daemones per modum imperii aduocari posse, asserunt; sic AGRIPPA *l. III. c. XXXII. p. 445. Mali vero daemones a nobis conuincuntur auxilio bonorum, praesertim quando obtestator erga deum sanctimonia pollet, verbaque sacra, sermonemque horribilem incantet, puta coniurando potestate diuina, per veneranda supernaturalium virtutum nomina & signacula, per miracula, per sacramenta, per sacra mysteria & eiusmodi.* Hanc viam & rationem cogendorum daemonum Iudaei quoque in *Thalmud* comminiscuntur, eamque improbari non posse existimant, si scilicet quis omnipotentis dei vel angelorum sanctorumque virtute & nominibus daemones ita subiiciat, vt eos habeat obsequentissimos, ac eorum ministero vtatur pro arbitrio. Sed recte horum daemonum auxilium reiicit ipse PORPHYRIVS de *abstinent l. II.* & apud EVSEBIVM de *praep. l. IV. c XIX. p. 166. Nos autem commodis, quae daemones afferant, quantum fieri poterit non egebimus; sed tum ex animo tum ex externis omni studio contendemus. Deo quidem ipsi sibique propinquis similes effici, quod sane tranquillitate animi veritatisque rerum comprehensione distincta, ac vita ad haec prorsus intenta completur. Improbis autem hominibus atque daemonibus omnique*

omnique prorsus & quod mortali materialique gaudeat dissimiles effici. Ea quoque refert FICINVS *epist. l. IIX. fol. 149.* Quare autem boni & iusti homines super daemones non consequantur imperium explicat TRITEMIVS *quaestion. libro qu. V.* in *Agrippae opp. T. I p. 671. Quemadmodum similitudo voluntatum homines malos & impios parem facit esse daemonibus, ita bonos & iustos dissimilitudo voluntatum eis reddit omnino contrarios. Inter contrarios vero atque dissimiles nulla potest esse familiaritas, sed repugnantia potius continua versatur & odium.* Nec iuuat huius operationis defensores *Luc. X, 27.* vbi dicuntur pii imperium habere in daemones, cum hic locus non de eorum euocatione, sed expulsione capiendus sit: quod tamen in vera pietate fieri debet, alias non mirandum est, si contrarius exitus sequatur, vt legimus in *act. Apostol. XIX, 13. sequ.* Nec non ipse Christus apud *Lucam X, 20.* dicit, non gaudete spiritus vobis esse subiectos, sed gaudete nomina vestra coelo inscripta esse. Malos igitur daemones in hoc actu se libenter sistunt, seque cogi fingunt. Maligni autem genii hac in re fraudem malitiamque bene describit BOISSARDVS de *diuinat. p. 37. Daemones enim aduocati praesto sunt, seque exorcismis & coniurationibus quasi cogi patiuntur, vt miserum Magorum genus in impietate desineant: & praecipites in ruinam & perditionem aeternam protrahant. Et scilicet ad omne malum propensi sint in genere, varia tamen eorum existimantur esse differentiae, a locis vbi degunt ab officiis, quibus sese applicant, & suas operationes exercent.* Add. PIGNATELLVS *conf. LIIX. p. 204.* Quo pertinent & illi, qui sibi persuadent, se daemonem, non vt dominum, & cui, vt mancipia obligati sint, agnoscere, sed verbis, characteribus, caeremoniis, aut aliis modis daemonem, etiam inuitum & repugnantem, ad sibi seruiendum, & quae volunt officia praestanda cogere posse. Miseros vero istos homines misere fallit daemon, & dum simulat, se repugnantem & inuitum adesse, ipse promtissime adest, vt eum, qui sibi imperare cupit, suum mancipium efficiat. Hanc fictam daemonum simulationem quoque agnoscit TRITEMIVS libro *quaestiorum, qu. V.* extante in *Agrippae Opp. T. I. p. 668. Daemones enim, vt eos homines quos semel*

§. VII.

Primum vinculum ex mundo intellectuali petitum consistit in certis precibus seu orationum formulis, nominibus Dei, angelorum, sacris verbis saepe haebraicis vel corruptis seu barbaris, nec non variis characteribus, circulis, signis crucis aliis-

---

in deditionem acceperunt, voluntarios in eorum prauitate contineant, simulata se dominatione motos libenter se illis subiiciunt, & quod sponte faciunt, quasi compellantur ad obedientiam fingunt. FRANCISC. PEGNA in *annotat. ad Ambros. de Vignate tract. de haer. qu. XII. art. I. Tract. tractat. T. XI. fol. 130. Daemones autem, vt facilius homines ad se alliciant, fingunt se eorum obsequio esse addictos, & imperio eorum premi ac cogi.* Conf. quoque eiusdem *comment. l. II.* in *directorium* super *quaest. 42.* Sic & PERERIVS de *magia l. I. c. V. p. 41. Praeterea magi inuocando eos, quorum vtuntur opera, minantur illis quaedam impossibilia, nisi venerint, & tum venerunt, imperant illis, & cogunt, ne inde discedant.* Hoc autem imperium non possunt habere homines in angelos bonos: habent autem in daemones, vel quia superior daemon, cum quo magi habent societatem, & foedus fecerunt, cogit inferiores daemones parere iussis maiorum, vel simulant daemones, se cogi a magis, cum tamen id voluntarie faciunt, nec ab illis cogi queant, quo decipiant homines tantam vim & autoritatem magorum admirantes & illis fidem adhibentes. Sic & BVDDEVS *philos. Theor. P. VI. c. I. §. XX. p. 337. Hic vero experientia ad quam forte miseri isti prouocant, probent, dari naturalem modum flectendi ad obsequium suum spiritum eos parum iuuabit. Namque id saltem per experientiam sciunt, modo sciant, ad certos characteres aut ritus certos sequi spiritus motus. Sed inde non sequitur, quod isti characteres, aut ritus, istius rei causa sint, agantque in spiritus. Possunt enim spiritus sua sponte, ad homines in sua superstitione confirmandos, illorum votis obtemperare, vt illi hoc magicae disciplinae efficacia factum putent, & fallacia non causae vt causae, se aliosque turpiter decipiant.* Qua de causa

aliisque figuris atque numeris intermixtis, quibus ſicut in omni actione magica magnam vim & efficaciam tribuunt, ita praecipue in aduocatione ſpirituum illa adhibenda eſſe omnino ſtatuunt; *) Sed rectius ſentiendum, quod huiusmodi oratio-

---

cauſa PETR. GREGORIVS *Tholoſanus* in *comment.* in *l. I. Synt. art. mirabil. c. XII.* circa *fin.* ait: *Erubeſcant tandem, quaeſo, mancipia haec Satanae, quae ſibi perſuadent, in ſuam ditionem ſpiritum ſcientiae exorciſmis & praecantationibus transtuliſſe, quiue eum, vt illorum iuſſa obſeruientem, & vt vera narrantem venerantur. Agnoſcant, quaeſo, periculum in quo nauigant, agnoſcant huiusmodi ſpiritum nequam, a Satana, eorum principe, obſeruatorem propius iunctum, ne caſſes illius vllo modo effugiant, ne deum, quem ipſe, ſed non impune contemſit, cognoſcant. Ecce dum putant ſuis vaniſſimis characteribus illum includere, ille ipſorum lateri perpetuo catenas colligat fortius, & in ſua iura trahit: dum pertentant curioſa reſponſa de nouis adferri, & aliis enuntiari, veram ſui amittunt cognitionem, praecipites coeli ad ingentes tenebras voluntarie perducti.*

*) Ad hoc igitur vinculum praecipue ſpectant inuocationes & preces; Et quamuis AGRIPPA de *occult. philoſ. l. III. c. LIIX. p. 536.* inuocationes & vota principaliter ad ſolum vnum deum dirigenda eſſe aſſerat; attamen eadem ad inferiores deos ſeu ſpiritus fieri poſſe concedit; Differentiam adorationis, oblationis ſeu ſacrificationis, deprecationis & inuocationis exponit IDEM *l. III. c. LXI.* Et quidem verbis hic adhibitis ineſſe virtutem affirmat *l. II. c. LX p. 339. Verba autem hominum, res quaedam ſunt naturales: & quia partes mundi naturaliter ſe inuicem trahunt, & in ſe mutuo agunt, idcirco magus inuocans per verba operatur, per vires naturae aptas. Vltra* eodem dicente *l. I. c. LXXI. p. 161. verborum atque nominum virtutes, alia quoque maior virtus reperitur in orationibus complexis a veritate in eis contenta, quae maximam vim imprimendi, immutandi, ligandi, & ſtabiliendi habet,* &c. *cuiusmodi ſunt carmina, incantamenta, imprecationes, deprecationes, orationes, inuoca-*

uocationes, obtestationes, adiurationes, exorcismata & huiusmodi. Idcirco in quouis opere, testante AGRIPPA *l. I. c. LXXIII. p. 166. faciendas imprecationes & inscriptiones iubent Magi, quibus operans suum exprimat affectum, vt si herbam colligat, vel lapillum proferat, ad quem vsum id faciat: si fabricet imaginem, dicat & inscribat ad quem effectum ea fiat, quas quidem imprecationes & inscriptiones etiam Albertus in suo speculo non improbat.* Orationes seu preces in sacrificiis ad euocandos deos esse necessarias & vtiles asserit quoque IAMBLICHVS de *Myster. Sect. V. c. XXVI. p. 141. Quandoquidem preces magna pars sint sacrificiorum & imprimis ea perficiant; roburque & consummationem inde habeat totum eorum corpus; communem etiam vtilitatem toti religioni praestent, & societatem indissolubilem deos inter & sacerdotes conficiant.* Et vbi *seqq.* fuse de precum effectu egit, tandem subiicit. *Et vt verbo dicam, deorum praestant collocutiones familiares, qui eis frequenter vtuntur.* Et IDEM *p. 142.* dicit virtutem orationis esse reductiuam, perfectiuam, impletiuam seu denique vnitiuam. Plura de precibus scripsit IAMBLICHVS in *comm.* in *Timaeum.* Multa quoque de earum vi & efficacia in magia disputat PLOTINVS *Ennead. IV. l. IV. c. IV.* & PLATO in *Cratylo, seu* de *recta nominum ratione p. m. 309. seqq.* PORPHYRIVS in *epist. ad Anebonem* putat, quod diis vtpote potestatibus puris non possint supplicationes offerri, quia illae sint sensiles: illi respondit IAMBLICHVS *Sect. I. c. XV. p. 27. Porro si quis considerauerit, quod preces sacrae ab ipsis diis hominibus missae sint, & quod ipsorum tesserae quaedam sint, & quod a solis diis intelligantur, & quod parem ipsis diis quodammodo potentiam habeant, qui potest vltra credere huiusmodi supplicationes sensiles esse non autem diuinas & intellectuales.* Multa quoque de vi precum disserunt *Cabbalistae*, illasque offerri deo mediantibus angelis contendunt, vt hoc patet ex R. SCHIMEON BEN IOACHI libro *Sohar col. 401.* & eius *Synops.* ab autore *R. Isaschar Ben Naphthali* in *Cabb. denud. T. II. P. I. tract. I. tit. II n. 10. p. 36. cum oratio cuiusdam repellitur, quia indigna est, quae egrediatur, ante Regem Sanctum, haec traditur in manus angeli cuiusdam, qui vocatur Sabadiel.* Et *col. 441. Datur animal quoddam inter angelos, cui nomen*

men Basak, id est, fulgor. Et Angelus iste hanc habet praefecturam, vt numeret illas preces, quae ascendunt. Verba autem hebraica prae ceteris maximam vim habere in operationibus magicis docet AGRIPPA *l. I. c. LXXIV. p. 167, prae omnibus vero linguarum notis hebraeorum scriptura omnium sanctissima est in figuris caracterum, punctis vocalium & apicibus accentuum, veluti in materia, forma & spiritu consistens,* & *p. 169. Verum illud non ignorandum est, hebraeas litteras compertu a sapientibus omnium esse efficacissimas, quia habent similitudinem maximam cum celestibus & mundo;* vt & patet ex libro *Cosri P. IV. Lingua diuinitus creata* (hebraea) *quam deus docuit Adamum* &c. *omnium procul dubio perfectissima. Angeli maiorem eius rationem habent, quam aliarum.* Eadem PHILO *libro* de *Cherubin.* Inprimis vero nominibus dei magna vis & efficacia tribuitur, sic AGRIPPA *l. III. c. XI. p. 373. Deus ipse licet sit vnitissimus, sortitur tamen diuersa nomina, non quae diuersas eius essentias aut deitates exponunt, sed quasdam proprietates ab eo emanantes: per quae nomina, in nos, & ea quae creata sunt, multa beneficia & diuersa munera velut per canales quasdam distillant.* Quod praecipue affirmat de nomine *Tetragrammaton p. 382. Nullum autem nomen dei est apud nos* (vt inquit MOSES MAIMONIDES in libro *More Neu. P. I. c. LX. p. 100.) quod non sit sumtum ab operibus, & significans cum participatione, praeter ipsum nomen tetragrammaton, quod est sanctum, significans substantiam creatoris significatione pura, in qua nihil aliud participat cum creatore deo; ideo dicitur nomen separatum, quod scribitur & non legitur, neque exprimitur apud nos, sed nominatur: & significat secundum idioma supernum, quod est dei & fortassis etiam angelorum.* Quod & testatur LACTANTIVS vel potius LVCTATIVS *ad Statium: Dei vocabulum a nullo hominum sciri potest* &c. *Magi cum vellent, virtutis eius vt putabant, sese comprehendere singulas appellationes, has per naturarum potestatem abusiuo modo designarunt, & quasi plurimarum nominum nobilitate deum appellare conati sunt.* Nec non EVSEBIVS de *praep. l. XI. c. VI. p. 519.* refert nomen dei vulgo proferri non posse, Hebraeos a maioribus accepisse. Causam & originem, cur nomen tetragrammaton seu Schem-Hammephorasch

rasch periisset, ita vt hodie non constet, quomodo pronunciari nec explicari possit, exponit R. MOSES AEGYPTIVS BEN MAIMON *Moreh. Neuochim P. I. c. LXII. p. 110.* Add. IO. TVRNERVS *Exercit.* de *pronunciatione nominis Tetragrammati Lond. 1684. 4.* Horum nominum effectum pluribus describit AGRIPPA *c. l. p. 379. & 377.* eaque aptissimum & efficacissimum esse medium hominis cum diis conciliandi vniendique asserit. De virtute nominum diuinorum PROCLVS *III. in Timaeum p. 84. Theol. Platon. l. I. c. XIX. l. V. c. XXIII.* & *in polit. p. 372.* PLATO in *Philebo*, & ORIGENES *l. I. contra Celsum p. 17. seqq.* & *l. IV. p. 183.* multa philosophantur. Nominibus quoque angelorum magnam inesse virtutem, ac quemlibet eorum suo nomine inuocandum exponit AGRIPPA *l. III. c. XXIV. p. 421 Hinc putant Hebraeorum Mecubales vna cum Magis esse in potestate hominis & spiritibus nomina imponere; sed illius duntaxat, qui iam ad hanc virtutem diuino quouis munere, aut sacra potestate dignificatus & sublimatus est; quia vero nequit vlla humana voce componi nomen, quod diuinitatis naturam, omnimodumque angelicae essentiae virtutem exprimere possit, id circo ab operibus nomina spiritibus plurimum imponuntur, significantia certum aliquod officium seu effectum, qualis a spirituum choro desideratur: quae nomina tunc non secus atque oblationes & sacrificia diis deuota, efficaciam sortiuntur ad spiritualem aliquam substantiam desiderati effectus operatricem de superis & inferis educendam.* Nomina autem angelis tribui ab eorum ministerio ostendit ORIGENES *l. I. contra Celsum p. 29. Qui autem potuerit de nominum secreta ratione philosophari, multa facile inueniet, & de appellationibus angelorum dei, quorum alius Michaël, alius Gabriel, alius Raphaël nominatur, nomine quisque conuenienti suo ministerio* &c. Gentiles certa angelorum nomina in magicis efficacia credidisse patet ex ARNOBIO *l. I. adu. gent. Magus fuit clandestinis artibus omnia illa perficit, Aegyptiorum ex aditis angelorum potentium nomina & remotas furatus est disciplinas.* Nec non ORIGENES *contra Celsum l. I. p. 45.* quaedam ex interiori Magorum disciplina profert dicens: *Magos, qui cum daemonibus habent commercium, eosque ad artes suas atque operationes inuocare solent,*

dum

dum vis quaepiam diuinior atque potentior daemonibus atque incantationibus interueniat aut nominetur: quod si diuinior illa superueniat, destruuntur operationes daemonum: non valentium obtueri lucem diuinam. Cabbalistae quoque multa per decem dei nomina & angelorum peragere se posse arroganter iactant; de quibus etiam librum conscripsit COSTA *ben* LVCA. Inuocationes enim debere fieri per stellas earumque praesidentes intelligentias refert AGRIPPA *l. I. c. LXXI. p. 161. Praeterea cum multiiugis stellarum nominibus iubent nos etiam inuocare per nomina intelligentiarum ipsis stellis praesidentium.* Modus vero nomina intelligentiarum praesidentium vnicuique planetarum, illarumque characteres inueniendi extat in *l. IV.* de *occult. philos.* in HENR. CORN. AGRIPPAE *Opp. T. I. p. 427.* Atque hisce nominibus licet ignotis & barbaris magnam inesse vim defendit AGRIPPA *l. III. c. XXVI. p. 429. Atque haec nomina ita secundum proportionatos numeros sidereo calculo distributa, iugatis alternatisque litteris compacta, sono licet & significatione ignota, ex secretis philosophiae principiis necesse est confiteri plus posse in opere magico, quam nomina significatiua, dum attonitus in illorum aenigmata animus, totaque mentis acie intentus, diuinum aliquod subesse firmiter credens, verba & nomina haec, licet non intellecta, reuerenter sonant in gloriam numinis cum spirituali pietatis affectu captiuans se in illius obsequium.* Certis nominibus maxime barbaris potestates a deo esse rerum initio concessas affirmat quoque *Autor* libri *Arbatel* seu de *Mag. veter. Sept. II.* contenditque ea vim habere non ratione figurae vel pronunciatione, sed ratione virtutis, seu officii illius, quod deus ad tale nomen seu characterem ordinauit. Sic & ARTEPHIVS de *virtutibus verborum & characterum* singularem librum conscripsit. Inter gentiles Theurgos quaestio etiam fuit, an haec nomina diuina & barbara sint significantia. PORPHYRIVS in *epist. apud Eusebium l. V. c. X. p. 198.* hoc negat, scribens: *Iam quorsum tot significatione carentia nomina, quorsum ex eisdem barbara pleraque congruentibus ac singulorum propriis anteponunt? Nam si numen dum vocem exaudit, eius*

ad ſignificationem reſpicit, profecto cui cui modi nomen fuerit, ſi modo eadem ſententia manſerit, ſatis per ſeſe rem ille totum aperiet: Nec enim is, opinor, quem euocant, Aegyptius erat genere, nec, ſi erat, lingua tamen Aegyptiaca, vel omnino humana voce vtebatur. Quippe, aut enim praeſtigiatorum artis iſtae ſunt, & quaedam earum, quas ipſi patimur, quaeque tamen ab iis deo tribuuntur, mutationum inuolucra, aut aliter plane, quam re ipſa habeat, de diuinitate ſentimus. IAMBLICHVS *Sect. VII. c. IV. p. 153. Verum ſint nobis ignota (licet quaedam ſint nota, quorum ſolutiones a diis accepimus) ſane omnia apud deos ſignificant* &c. *& quoties a nobis intelligi non poteſt (ſc. diuinus illorum character) tunc maxime ideo eſt venerandus, praeſtantior vtique eſt, quam vt in noſtram notitiam diuidatur* &c. *Sed quaeris quare inter diuina ſignificatiua nomina barbara noſtratibus anteponimus. Eſt quoque ratio huius rei myſtica: quoniam enim ſacrarum gentium, veluti Aegyptiorum & Aſſyriorum totum dii ſermonem ſacrum iudicarunt, hanc ob cauſam colloquia noſtra cum diis exiſtimamus oportere facere in ſermone diis quaſi cognito.* Et *c. ſequ. p. 154.* praetendit nomina iſta non ex inſtituto humano eſſe, ſed diuinitus orta, ideo permutari non poſſe, neque in aliam dialectum translata vim ſuam retinere. Preces & ſacra antiqua non eſſe innouanda, conqueriturque Graecos nouatores omnia in ſacris corrumpere, Barbaros vero tanquam conſtantiores laudat. Idem vult *orac. Chaldaic.* Ονόματα βάρβαρὰ μὴ πυτ'αλλαξησ, i. e. *nomina barbara nunquam mutaueres.* Et PSELLVS *in ſchol. p. 97. Singulae gentes habent nomina quaedam diuinitus data, quae incredibilem vim habent in ſacris. Ne igitur illa commutes aut transferes in graecorum ſermonem. Vt eſt nomen Seraphin, Cherubin, Michael, Gabriel, ſic enim iuxta Hebraeorum dialectum prolata ſingularem & ineffabilem ſacrorum adminiſtrationem habent. At in graeca nomina prorſus ſunt imbecillia.* Quod & confirmat ORIGENES *l. I. contra Celſ. p. 20. His addendum, quod affirmant incantandi periti eandem incantationem pronunciatam lingua ſua propria efficere, quod pollicetur: ſin transferas eam in alias quaſcunque voces euidenter vim ſuam perdere; adeo vis ea non in ſignificationibus rerum, ſed in ipſis vocum qualitatibus*

&

& proprietatibus inest, ad haec vel illa efficax. Sic & THEODORETVS *l. I. de haeret. fab. in Marco. Admiscunt autem etiam nomina hebraica terrentes eos, qui initiantur, quarum meminisse duxi superuacaneum.* Equidem IO. REVCHLINVS *l. II.* de *verbo mirifico* probare vult in *orac.* intelligenda esse nomina hebraica nec Aegyptiaca. Sed dissentit SALMASIVS libro de *ann. climacter. p. 575. Earum quasi hebraicae essent, non melius successit interpretatio viris doctis, quam Aeonum Valentini appellationes ex eodem hebraico per vim arcessitae, omnia enim illa vocabula mere Aegyptiaca sunt, vt alibi demonstrabimus.* Hic referuntur quoque litterae Ephesiae, de quibus ATHAN. KIRCHERVS *Oed. Aegypt. T. II. P. II. class. XI. c. VI. p. 469.* dicit: *incantamenta sunt, quibus nonnullis prolatis barbaris & portentosis nominibus vel expiabant loca infesta, vel morbos abigebant vel daemones adiurabant.* Has voces notulas magicas fuisse docet TH. CANTERVS *var. lect. l. I. c. XIIX.* Add. ATHENAEVM *l. XII.* & SVIDAM voc. *Ephesiae litterae p. 357.* Praeter preces & inuocationes nominum angelorum saepe ignotorum adhibentur quoque characteres: *Sunt autem characteres* describente AGRIPPA *l. III. c. XXIX. p. 436. nihil aliud quam ignorabiles quaedam litterae & scripturae sacrae, sacra deorum & spirituum nomina a prophanorum vsu & lectione custodientes, quas litteras veteres hieroglyphicas seu sacras vocabant: quia solis deorum sacris deuotas nefas siquidem arbritabantur, sacra deorum mysteria his characteribus committere, quibus prophana & turpia quaeque apud communem plebem conscriberentur.* Vnde *Porphyrius* ait, *veteres deum & diuinas virtutes celare volentes, per sensibiles figuras, & per ea, quae visibilia sunt, inuisibilia significantes quasi sacris literis magna mysteria tradidisse & symbolicis quibusdam figuris explicasse. Iulianus* eas sacras seu diuinas litteras vocat, vt testatur AGRIPPA *l. I. c. XXIII. p. 69.* & ARBATEL de *magia vet. Sept. III. aph. XVII. omnis character a spiritu datus, quacunque ratione suam habet efficaciam in eo negotio, ad quod datus est, in tempore praefinito. Est enim eo vtendum hora & die planetaria, qua datus est.* Ex horum characterum genere sunt, quos notat *Petrus Apponus* ab Honorio Thebano traditos,

ditos, quorum figuras *l. III. c. XXIX.* exhibet AGRIPPA; & *c. XXX. p. 437.* habet quidem characterizandi modum a Cabbalistis traditum, sed tamen *p. 441.* dicit: *Scire autem oportet, quod angelici spiritus, cum sint puri intellectus & omnino in corporei signaculis & characteribus, figurisque pingibilibus aliisue humanis nutibus non compelluntur, sed nos eorum essentiam qualitatemque ignorantes, ab illorum nominibus seu operibus, seu aliter signacula deuouemus & consecramus non quibus illos ad nos, sed quibus nos ad illos adsurgimus, quatenus per eiusmodi characteres figurasque ignorabiles, primo sensus nostros tam intimos, quam extimos in illos conferimus, deinde rationis nostrae admiratione quadam in ipsorum religiosam inducimus venerationem, atque exinde tota mente in extaticam rapimus adorationem, vbi tunc fide mirifica, spe infallaci, amore viuifico, illos in spiritu & veritate veris nominibus characteribusque inuocantes postulatam ab illis adsequimur virtutem*, Qualem effectum his characteribus tribuant Cabbalistae vid. OL. BORRICHIVS de *Cabbala characteriali.* Chaldaeos quoque & Aegyptios iam varios characteres, ritusque, quos in eliciendis daemonibus efficaces esse putarunt, docuisse, refert NICEPHORVS GREGORAS in *Synesium* de *insomniis. Euocantur*, inquit, *ex aëre & terra certis vocibus & figuris, quae vocantur characteres, inuentaeque sunt a Chaldaeis & Aegyptiis, qui primo retexerunt signum cuiusmodi daemonis diacriticum.* Inter notiores characteres & figuras magicas referuntur circuli, quos describit PETR. de ABANO in *element. magic. p. 455. Circuli sunt munimenta quaedam, quae operantes a malis spiritibus reddunt tutos.* Et AGRIPPA *l. II. c. XXIII. p. 254. Hinc circularis figura omnium amplissima & perfectissima ligationibus & exorcismis amplissima censetur. Vnde, qui malos daemones, adiurant, circulo sese communire soleant*, &c. Nec non IORDANVS BRVNVS de *monade, numero & figura c. XC. p. 139.* ait: *O quanta virtus intersecutionibus circulorum & quam sensibus hominum occulta.* De eius compositione agit. PETR. de ABANO *c. l. oportet in constituendo circulo considerare, quo tempore anni, qua die & qua hora circulum facias; quos spiritus aduocare velis, cui stellae & regioni praesunt, & quas functiones habent*, add. AVTOR *l. IV.* de

occult.

occult. philos. p. 447. Apud Chaldaeos iam in ciendis spiritibus circulos vsurpatos fuisse constat ex *orac. Chaldaic.* ἐνέργει περὶ τὸν ἑκατικὸν στρόφιλον, id est: *operare circa Hecatinum circulum:* vbi PSELLVS *p. 97. Hecaticus circulus orbis est aureus, in medio Saphirum inclusum complectens, loco bubulo conuersus vndiquaque varias figuras & characteres habens: quem rotantes, perficiebant inuocationes, atque istiusmodi sunt, quae iungas vocacare solent siue orbicularem siue triangularem siue aliam quamcunque figuram habeant, atque dum circumagitant orbem illum, sonos inconditos & bellicinos cum clamore emittunt ridentes & aërem flagris ferientes: Docet itaque ritus operationem, seu circuli eiusmodi agitationem, vt quae vires arcanas habeat. Vocatur autem ille circulus Hecatinus, quia Hecatae dedicatus est, quae Hecatae Chaldaeis dea est, & in dextra sui parte virtutum fontem habet.* Sed ipse PSELLVS subiicit: *Est autem hoc oraculum futile:* Ad quod videtur etiam respexisse PORPHYRIVS de *philosoph. ex oracul. apud Eusebium l. V. c. XV. p. 203. Eosdem*, inquit, *praeterea characterum etiam notis delectari Hecate instituta cum iis, quas vulgo homines expetunt comparatione, hunc in modum pronunciat:*

Cui non mortali iucundus in aere character,
Argentoue nitens, aut fuluo impressus in auro?
Cui non chara homini quae coelitus ipse gubernans,
Diuersas hominum soleam connectere sortes?

Neque tantum istos sibi characteres placere, verum etiam iis sese, vt iam diximus, circumscribi subiectaque imagine, sacro veluti domicilio contineri declarauit. *Nec enim terra, nisi sacra fuerit, deos ferre ac sustinere queat: sacra autem illa est, quae diuinam capit imaginem: eaque sublata, id, quod in terris numen retinebat, illico soluitur.* Intermiscentur quoque in hoc actu nec non in ipsis precibus saepius figurae crucis, de quibus AGRIPPA *l. II. c. XXIII. p. 254. Figuram autem crucis Aegyptii atque Arabes summam potentiam habere confirmabant, quodque sit omnium coelestium virium atque intelligentiarum firmissimum receptaculum, quia ipsa sit figura omnium rectissima continens quatuor angulos rectos:* IDEM *c. l.* adhuc de aliis figuris geometricis

in magia vim habentibus agit. Add. THEOPHRASTVS PARACELSVS libro de *characteribus*, vbi inter alia ait: *Praecipue characteres inter alios plurimos, duo tantum sunt veri & praecipui, quorum primus constat ex duobus Trigonis super se inuicem ita depictis, vt Sexagonum constituant. Alterum dicit esse priori potentiorem & efficaciorem & esse Pentagonon.* Huiusmodi figuras in coniuratione spirituum quoque obseruari refert IACOBVS REX *daemonolog. l. I. c. V. opp. p. 49.* dicens: *quibus omnibus rite praeparatis describuntur figurae triangulae, quadrangulae, rotundae, simplicesque & geminatae, pro apparitionis, quam optas, ratione.* Certos etiam numeros hac in re mirum effectum habere, imprimis ad eliciendos spiritus statuisse *Pythagoricos* refert PORPHYRIVS *l. II.* de *abstinent.* interprete FICINO: *Pythagorici circa numeros lineasque versati ex his & diis plurimum dedicabant, ac similiter in figuris atque ita similibus sacrificiis diis a deo placuerunt, vt vnumquemque deorum suis oblationibus aduocarent eorumque beneficio frequenter ad vaticinium vterentur, & si quoad examinandum aliquid redigerent.* Inter nouiores de his plurima habet IORD. BRVNVS libro de *monade, numero & figura,* qui inter alia *c. V. p. 56.* ait:

Plurima sunt Tetradis mysteria plura Magorum
Atque sacerdotum arcanis comprehensa sigillis
Pythagoras decadi vt initum (pro initium) *fontemque celebrat,*
Nam quod ea (decas) *est actu, virtute haec* (Tetras) *esse videtur.*
Scilicet vt Tetradi pars quaeque inspecta seorsum est,
Per monadem, diadem, triadem, tetradem decas exit.

Imprimis numerorum transpositioni magnam vim inesse in magicis putat IDEM *l. I. p. 11.* *Peritissimum nouimus magorum genus atque diuinorum, qui infaustae fortunae amolitionem intentantes, vel nouum molientes institutum, vel ad meliorem promouendi statum, ipso etiam praecipiente numine numerorum mutationem, cum nominis mutatione conceperunt, & pro figurae mutatione interioris & insensibilis ritibus & praecisionibus quibusdam sunt initiati. Figura quippe numerus sensibilis est.* Gentiles quoque varios numeros in sacris suis & quidem in magicis Ternarium obseruasse pluribus probat Io. LOMEIERVS de *lustrat. gentil. c. XXXV. p. 442. seqq.* PETR.

BVN-

orationes, verba & figurae in hac operatione non tantum nullius efficaciae ac momenti ſint, ſed & eorum vſus plane nefarius, blasphemus & ſacrilegus ſit. **)

§. IIX.

BVNGVS in LIBRO de *myſter. numer.* multa habet ex fontibus Pythagoricis, Cabbaliſticis & Enthuſiaſticis. Ad ipſam magiam & euocationem ſpirituum doctrinam de numeris extendit Io. HEYDON in *libro* cui titulus: *The Roſie Crucian infallibile axiomata.*

**) Hoc vinculum non tantum vanum, ſed & impium eſſe ex ſequentibus patebit. Et quidem preces & inuocationes, quibus ſpiritus euocari poſſe credunt, abſurdas & inanes eſſe bene obiicit PORPHYRIVS in *epiſt. ad Anebonem Aegypt.* vt habet EVSEBIVS de *praepar. euang. l. V. c. VI.* ſcribens: *Preces autem & orationes, quibus vtuntur magi inuocantes ſuos deos inanes & ridiculae videntur. Sic enim eos compellant; Tu, inquiunt, qui e ligno emerſiſti, qui ſedes in loco, qui nauigio nauigas, qui ſingulis horis formas commutas, & in ſingulis Zodiaci ſignis commutaris, atque his precationibus & adiurationibus aiunt Deum ſe hominis viſui ſubiicere.* Non autem ſolum hae preces, quibus huiusmodi operatores vtuntur, ridiculae, ſed ſaepe impiae & blasphemae ſunt, quod multa nomina diuina & S. Scripturae verba in iis precationibns miſcentur contorquenturque, quaſi Deus id praeſtare debeat, quod a daemone expetunt, cuius auxilium implorant; dicunt quidem verba ſancta & orationes quasdam deuotas eſſe de genere bonorum, ſed reſpondetur, haec potius eſt empuſa fucata, vt alii incauti ſub hoc mendicato lenocinio alliciantur, decipianturque. Hoc & confirmat FILESACVS de *idol. magic.* §. *VII. fol. 55.* dicens: *daemon vult in hoc honorari ſimiliter altiſſimo, vel ad fraudes ſuas occultandas vel vt ſimplices illaqueat facilius & damnibilibus perdat.* Alias rationes habet MARTINVS de ARLES *tract.* de *ſuperſtit. n. 14. Sed ex inſtinctu daemonis fiunt iſta triplici de cauſſa: Primo, vt non ſolum homines talium occaſione perfidi fiant, ſed etiam ſacrilegi, diuina quantum in eis eſt contaminanda, vt magis creatorem ſuum oſten-*

offendant, *&*, *intimius animas proprias contaminent*, *& plures in peccata ruere faciant.* *Secundo, vt Deus grauiter ab hominibus offensus*, *secundum beati Augustini sententiam*, *daemoni maiorem potestatem in hominibus malis tribuat: cui deus concedit iratus*, *quod denegaret propitius.* *Tertio*, *vt sic sub specie boni apparentis plures simplices facilius decipiant*, *qui facta diuinis rebus & orationibus a Deo putant aliquid numinis obtinuisse*, *vbi solum grauiora erant commissa peccata.* Hancque superstitionem tanto peiorem, quanto pluribus misceatur bonis docet IDEM *n. 93.* De his nominibus, quae magna vocant & inserta sunt precibus magorum audire libet PROCOPIVM in *Leuit.* dicentem: *Attamen obiiciunt quidam inuocant Sabaoth quid tum? Impie hoc faciunt. Nam illam appellationem non deo*, *sed daemonibus tribuunt*, *& plerumque illi daemoniaci vsurpant nomina diuina*, *dum ea imponunt daemonibus*, *quorum ambitione seruiunt.* Qua de causa CHRYSOSTHOMVS *homil. XXI.* de *mulier. ornatu* ad seductos incantamentis ob immixtum dei nomen dicit: *Putantes se excusari dicunt: Christianam esse hanc mulierem excantantem nihilque aliud loqui quam dei nomen. Propterea eam magis odi & aduersare*, *quod dei nomine ad contumeliam vtitur*, *dum se dicens Christianam*, *gentilium opera facit: etenim & daemones dei nomen fatebantur*, *& tamen erant daemones Luc. IV.* Sunt quidem nonnulli, qui huiusmodi nominibus magnam inesse efficaciam putant, quod etiam propugnat ORIGENES *l. I. contra Celsum p. 19.* *Si igitur potuerimus in hac dissertatione proferre naturam nominum efficacium*, *quorum aliquot vtuntur Aegyptiorum sapientes aut Persarum magi doctiores*, *aut Indicorum Philosophorum vel Brachmannes vel Samanaei*, *atque ita singularum gentium: valuerimusque declarare*, *quod etiam magia quae vocatur*, *non vt Epicurus & Aristoteles existimant*, *res incongrua sit: sed sicut eius periti demonstrant*, *constans quidem*, *sed habens rationes paucis admodum cognitas; tum demum dicemus*, *nomen illud Sabaoth & Adonai alique apud Hebraeos cum magna veneratione tradita*, *non super vulgaribus istis & creatis rebus esse imposita*, *sed occultam quandam continere Theologiam*, *quae vniuersitatis opifici congruat: quapropter nomina haec efficacia sunt*, *si pronuncientur quodam ipsis congruenti*

gruenti modo & ordine. Alia quoque Aegyptiaca lingua prolata nomina suam quandam vim habent, rursusque aliam alia linguae Persicae: & sic apud singulas gentes alias ad quosdam assumuntur vsus &c. Add. *l. IV. p. 183. l. V. p. 261.* & *l. VI. p. 302.* GVILIEL. SPENCERVM *in notis ad h. l.* CONRINGIVM de *hermet. medicin. c. XXIIX.* & TH. GALE ad *Iamblichum p. 290. seqq.* Hisce nominibus magnam quoque vim tribuit DIONYSIVS AREOPAG. libro de *diuin. nomin.* & IO. REVCHLINVS *l. II. de verbo mirif.* vbi multa de nomine tetragrammato. Nec non MARSILIVS FICINVS *argum. in Platon Cratyl. p. 304.* & *comment. in Alcibiadem* plura de natura & efficacia precum atque diuinorum nominum disserit. Verum rectius statuendum, nullam eiusmodi nominibus precibusque in se consideratis inesse vim, nec obstat, quod dicant: in magicis operationibus saepius hisce rite enunciatis effectum subsequi spiritusque in conspectum venire; hoc enim fit, non quod re vera hisce vocibus virtus insit, sed quod maligni spiritus, qui nihil magis in votis habent, quam vt in dies magis magisque crescat inter homines prophanatio nominis & verbi dei, voluntarie adeo obsequentes se praebeant suis coniuratoribus, qui nomini dei & sacro-sancto eius verbo ad magicas superstitiones & sacrilegas adiurationes abutuntur, vt docet NIC. HEMMINGIVS *in Synt. instit. christ. de magia n. 2. seqq.* & IO. VVIERVS de *praestig. daemon. l. V. c. III. p. 307.* Hunc igitur verbi abusum prorsus detestabilem, & hanc sacratissimi nominis prophanationem scelus horribile dicendum esse merito fateamur necesse est. Nec profecto mendacium auditur impudentius, atque in deum contumeliosius, quam ex prolata scripturae sententia, aut nomine dei pronunciato contra designatum a deo scripturae ordinem & sacratissimi nominis vsum & rebus quibuscunque vel ludicris vel seriis nouam exilire vim effectricem. Ac licet certum sit, quod ista sacra verba, si eo modo eumque in finem, ad quem ab ipso deo sunt instituta, recte & ingenue adhibentur, effectum suum habeant, nempe ad fidem in homine excitandam, fouendam & confirmandam, quod affirmat *Paulus 1. Tim. III. Hebr. IV.* Attamen si alio modo aliumque in finem istius-

istiusmodi sacra verba sanctaque nomina vsurpantur, non solum eorum vsus nullius est momenti, sed & impius atque execrabilis, vt hoc demonstrat BVDDEVS de *atheismo & superstit. c. IX. §. II. p. 619.* add. VVIERVS de *praestig. daem. l. V. c. VII. p. 527. seqq.* Vanitatem & impietatem abusus nominis diuini hac in re bene exprimit LVTHERVS *Tom. IIX. Ienens. germ. Denn der Schemhamphorasch sey, vvas er vvolle, so sinds vnd können nichts anders seyn als ledige, tode, ohnmächtige Buchstaben, vvenns gleich Gottes H. Schrifft selbst (desto ärger ist) vväre, dauon die Iuden viel plaudern vnd nicht vvissen, vvas sie plaudern. VVas solten Buchstaben als Buchstaben aus eigener Krafft, vvo nichts mehr darzu käme? VVas hälffen sie dem Teuffel, Türcken, Iuden vnd allen Gottlosen, so solche Buchstaben auch Gottes Nahmen ohne Vnterlass missbrauchen, vvieder das andere Geboth? Ist doch der Satan vnd aller Gottlosen Nahmen vnd VVerck in die heilige Buchstaben gefasset; Aber die rasende Iuden haben dem Schemhamphorasch die göttliche Krafft als den blossen lebendigen Buchstaben ohne alle Verheissung vnd Gottes Geboth. Denn sie sprachen alhier, dass auch die Gottlosen vnd Verführer durch diese Buchstaben viele VVunder vnd göttliche VVercke thun können.* Ac quamvis ORIGENES *c. l.* istis nominibus virtutem aliquam inesse sentiat, eorum tamen vsum in hac operatione minime probat, sed potius pericula & impietate plenum esse asserit: ita enim *l. I. p. 19.* ait: *Ac fortasse non minus periculi fuerit, nomen dei aut boni deducere ad ea, ad quae non oportet, quam in arcanis verbis mutare nomina & deteriora potioribus accommodare, potiora deterioribus* &c. Horum nominum abusum in rebus magicis pluribus notat B. Auus G. A. STRVVIVS de *inuocat. nom. diu. aph. XXXIIX.* add. VVIERVS de *praestig. daem. l. V. c. V. p. 510. seqq.* DELRIO *disquis magic. l. I. c. IV. qu. III. p. 43.* PIGNATELLVS *Consult. nouiss. T. II. cons. CXXXVII. p. 17.* & SAM. REIHERVS *Mathes. Mosaic. c. XIII.* Quod autem imprimis vocibus & characteribus hebraicae linguae tantam vim & potentiam adscribant, hanc rationem afferunt, hanc linguam omnium vetustissimam & primam esse, dicunt enim, vt refert PERERIVS de *magia l. I. c. IX. p. 79.* nomina quae deus per Adamum cunctis rebus secundum

dum suas cuiusque rei proprietates imposuit, fuisse hebraica, quibus rerum omnium substantiae, qualitates, & proprietates exprimentur: quo circa his nominibus naturales res appellanti confestim omnes res se illi subiiciant, & eius obsequio & se totas addicant. Sed nimis fallunt, cum non animaduertant, alios esse characteres hebraeos, qui nunc extant, quam qui olim fuerant ante captiuitatem Babylonicam, quod HIERONYMVS in *prologo Galeata* affirmate scribit: *Certum*, inquit, *est*, *Esdram post captam Hierosolymam & restaurationem templi sub Zorobabele, alias litteras reperisse*, *quibus nunc vtimur*, *cum ad illud vsque tempus iidem Samiritanorum & Hebraeorum characteres fuerunt.* Porro angelorum nomina, quae vanissimi homines precibus interserere solent, sunt varia, sed tria saltem nomina propria angelorum ex S. Scriptura nobis nota sunt, nempe *Michael*, *Gabriel*, *Raphael*, & ita fuit decretum in concilio Romano sub Zacharia Papa vt refert BARONIVS *T. IX. ad Ann. 745.* (Nec non *Nou. IIX. in fin.* formula iurisiurandi extat, qua Magistratus tempore Iustiniani etiam per archangelos *Michael* & *Gabriel*, iurare debebant) vnde alia supradicta nomina potius existimanda sunt daemonum quam angelorum ait CARENA *P. II. tit. XII. §. IX.* De nominibus autem *Vriel*, *Saltiel*, *Iehudiel* & *Barachiel* dubitant pontificii, refertque CORN. a LAPIDE in *cap. I. Apocal. n. 4.* quod B. Amadeo reuelata fuerint nomina septem praecipuorum angelorum. Vnde Panormi adest templum insigne dicatum his septem angelis. Et GRANADVS *P. I. t. III.* de *angelis tract. XVI. disp. II. n. 3.* testatur Romae reperiri in altari S. Mariae angelorum pictos huiusmodi septem angelos cum iisdem nominibus, ac ex iure in eadem vrbe librum impressum anno 1595. in quo legantur eadem nomina, angelorum cum suis orationibus ad eos inuocandum. Verum quia nomina ista ex Canonica aliqua Scriptura non sunt, reuelata subdit GRANODVS *c. l. n. 6.* *oportere in publicis orationibus abstinere ab omnibus aliis angelorum nominibus, praeter illa tria recepta*, *imo consultius est nullum aliud illorum nomen etiam priuatis precationibus vsurpare*, *id enim magis conforme & consuetudini ecclesiae & decreto concilii.* Add. PIGNATEL-

LVS

LVS *consult. nouiss. LXII. p. 212.* Sed rectius ab omni inuocatione angelorum etiam illorum, quorum nomina in S. Scriptura extant abstinendum §. V. *h. c.* satis demonstratum. Plurimis autem aliis multisque ignotis angelorum nominibus Magi in suis operationibus, vti solent, quae tamen appellationes ab hominibus non solum otiosis & imperitis, sed etiam impiis & artium curiosarum sectatoribus ad maleficia excogitata sunt. Conf. CASAVBONVS *aduersus Baronium II. p. 165.* vbi ex antiquo codice in Bibliotheca Palatina extante nomina illa, quae magis Christum exosculantibus homines fanatici indiderunt, refert. Verum, *nonne* inquiente BOISSARDO de *diuin. p. 30. haec sunt mysteria horrenda? quae tantae impietati sacrosanctum dei nomen, coelestiumque angelorum munia immiscent, & profanant, cumque Magum haec praestare necesse sit, (si ad perfectionem tantae artis velit pertingere) quam doctus, quam sapiens, qui haec omnia ignorat, abominatur, & fugit, cum horum ignorantia summa sit scientia.* Quantum porro ad illa symbola barbaraque vocabula attinet, quibus magi in suis sacris vti solent, quae *Porphyrius* nihil significare dixit, *Iamblichus* contra apud deos aliquid significare praetendit, EVSEBIVS de *praep. l. IV. c. I.* scribit: *A sacerdotibus magiae inaudita quaedam nomina inuocari, vt ipsi diuini videantur.* HIERONYMVS vero in *epist. ad Ephes. c. VI. Barbara quaedam nomina eorum esse dicuntur, vt saepe confessi sunt hi, quos vere vulgus maleficos vocat & incantationes & preces & colores varii & diuersa vel metallorum genera vel ciborum, ad quae inuocati adsistere daemones & infelices animas capere memorantur. Celsus* apud ORIGENEM *l. VI. p. 302.* dicit, *se vidisse apud quosdam religionis nostrae presbyteros volumina barbara continentia daemonum nomina & praestigias*, sed hanc calumniam refutat ORIGENES *c. l.* De his nominibus angelorum ignotis, quae operationibus magicis inferuntur, vid. quoque GVILIEL PARISIENSEM *sum. de vniuerso cap. vlt.* Nonnulli autem, qui horum verborum vim defendunt, inter quos quoque *Alchindus*, autumant, totam istorum virtutem pendere ab harmonia coelesti voces nempe istas cum imaginibus quibusdam coeli conuenire. Sed hanc sententiam

fuse

fuse refutauit I. Io. PICVS de *praenot. superstit. aduersus Mag. l. VII. c. VI.* Bene ergo CHRYSOSTHOMVS dicit: *Verba sacerdotis ore proferuntur, dei autem virtute consecrantur & gratia: & magici susurri, si quid habent efficaciae, id occultae virtutis habent, a certa fiducia in diabolum. Nulla vero inest iis verbis efficacia: sed qui iis fidunt, hos ob impiam confidentiam saepe illudi a Satana sinit iustissimus deus.* Bene hac de re sentit BALDVINVS *cas. conscient. l. III. c. V. cas. III. p. 727. Quod in specie attinet verba ignota nihilque significantia, si quid valent ex pacto* (quod tamen explicandum ex *c. IV. §. III. n. 4. p. 52.*) *cum daemone valent. Ipse enim verborum illorum nobis ignotorum autor & inuentor est, apud quem omnia eiusmodi nomina nobis nihil significantia, aliquid significant. Efficaciam ergo habent, si deus permiserit, non ex naturali ratione sed ex vi maiore seu ex pacto & conuentione diaboli cum eo, qui primus disciplinam illam ab eo accepit, quem vt omnes eos postea mirantur & tractantur ita illusionibus suis fascinat daemon, vt per verba ea fieri existiment, quae ipso autore perficiuntur. Adeo vt si alius, qui non est daemonibus pacto & actione deuinctus, etiamsi res ad male faciendum conuenientes nouerit, simul & operandi modum, signa omnia exhibeat, rarissime tamen succedet effectus. Propterea, quod eum inter suos familiares daemon non connumeret, vt suis mysteriis non initiatum.* Add. DAMHOVDERVS *prax. crim. c. LXI. n. 136.* Quod varias characterum formas spectat, etsi hodierni Magi istis magnam potentiam in ciendis spiritibus adsignant, multi tamen veteres Theurgi hunc ipsum modum tanquam minus tutum reprobarunt. Cum enim PORPHYRIVS *in epist. ad Anebon.* praeter vaticinia publice celebrata commemorat aliquod priuatum, eorum scilicet; qui profitentur per certos characteres se spiritus attracturos ad vaticinium. IAMBLICHVS vero de *myster. Sect. III. c. XIII. p. 75.* hoc diuinationis genus reiicit, dicens: *Obuia quidem est haec vaticinandi via & superficialis male, & pluribus perinde nota, fraudibus & erroribus plena est non ferendis; nec omnino de praesentia diuina quicquam habet, sed motum quendam leuem in anima praeter deos facit trahitque sub obscuram ab iis & similitudinariam emphasin, quae subinde ob infirmitatem suam solet a malis*

 daemo-

daemoniorum spiritibus confundi. Et paulo post eos reprehendit, qui solis characteribus ad hoc negotium perficiendum innitendum esse putant. Sic enim *p. 76.* ait: *Sunt enim quidam qui totum negotium sacrorum rituum & ordinem insuper habent, tum quoad sacerdotem, tum quoad epopten, qui constitutiones religionis & sanctissimam laborum per longum tempus tolerantiam nihili facientes, legesque & statuta aliasque ceremonias reiicientes solum characterum contexturam sufficere credunt, quam cum vna hora obseruarint, posse se spiritum aliquem includere existimant. Enimuero quid boni aut perfecti ab istis sperari potest, aut quomodo poterit quis, vnius dieculae operationibus sempiternam & veram illam deorum essentiam sacris faciendis attingere?* Mentem PORPHYRII de characteribus explicat EVSEBIVS *l. V. praep. euang. c. IX. & XV.* & IDEM *c. XVI. p. 204.* demonstrat nihil, quam terrestres & cupiditatibus irretitos daemones fuisse, quos isti deorum loco habuerunt, dicens: *Vides igitur, vti eos quibusdam in terrae locis, magicarum figurarum, atque id genus characterum vinculis detineri fateantur: cum si vere diuini quicquam haberent, nusquam ipsos alibi, quam in mente non tantum ab omnibus sordibus, omnique labe purgata, sed etiam temperantiae, aequitatis, ceterarumque virtutum ornamentis instructa, sedem vtique ac domicilium deligere oportet.* Recte igitur AVERROES *aduersus Algazelem* scribit, *magicos characteres & signa prorsus nihil esse, nisi in quantum cum daemonibus sunt confoederationes;* Et CARDANVS *l. XVI. de rer. variet. c. XC. p. m. 313.* vbi varios characteres planetarum, annulorum & sigillorum cum eorum figuris, quorum historiam inuenit in libro antiquo ex charta hoedina, refert, de iis affirmat: *Hi igitur sunt characteres dolosa mente excogitati: quorum virtutem nullam esse certum est. Nam quid his characteribus cum planetis rotundis commune est? at ne nomina putes aut Arabica aut Chaldaea aut Hebraea aut Graeca: quodsi etiam forent, quid plus eis virtutis inesset quam latinis? igitur figmenta mera esse oportet, nulliusque virtutis. Quodsi contendas habere, non nisi pacto daemonum esse potest. Nam quis talia potuit inuenire nisi daemonum persuasionibus? At iam daemones nihil docere certum est: quod in tractatione propria inferius demonstratur.*

ſtratur. Concedo hos characteres vt plurimum figmenta ſtultitiae vel aſtutiae hominum eſſe, hac vel illa tamen vſus diabolus bene ad ſuum vſum conuertit, & deinde libenter his inſtitutis ritibus effectu reſpondet; Quo conſentit SCHROETER de *lamiis p. 34. Interim illis pleniſſime perſuadet, characteres, aut ſigna, quae demonſtrauit, magnae eſſe poteſtatis, ac momenti: cum tamen per ſe nihil niſi mera nugamenta ludicra oculorum ſpectatu ſint* &c. De quibus ita & quidem recte ſentit IACOBVS REX *daemonolog. l. I. c. V. opp. p. 49. Nullam eiuſmodi vim aut figuris, aut diuinorum nominum prophanationi, aut aliis geſticulationibus ceremoniiſue eo tempore vſurpatis inhaerere, quibus aut tartareus ſpiritus ſuſcitetur, aut deſcripto ſpatio ſuſcitatus coërceatur; Sed Satanas, qui mendaciorum omnium eſt parens, profunda ſimulatione haec fieri, qui vi carminis, cuius ipſe autor eſt, praeſefert cogi, & loco circumſcribi; eapropter, terminos, quos ſibi praeſcripſit, non tranſibit; tum vt magis gloriandi materiam ſuppeditet, quaſi Tartatro imperarent; tum vt in rebus paruis & nihili conciliata apud eos fide, de eorum corio tandem ſibi ſatisfaciat, corporibus & animabus in aeternum abreptis interitum.* Et HEMMINGIVS *admonit. de vit. magic. ſuperſtit. l. I. c. X. Nulla enim vis recitationi verborum conceptorum, characteribus & imaginibus ineſt, ſed diabolus inſinuans permittente deo ad incantationes magicas operatur ſiue pactum expreſſum inceſſerit, vel non.* Add. BALDVINVS *Caſ. conſcient. l. III. c. V. caſ. V. p. 544.* LAMB. DANAEVS de *ſortileg. c. IV. p. 89.* FROMMÀN. de *faſcinat. l. III. c. II. §. 2. p. 463.* DELRIO *diſquiſ. magic. l. I c. IV. Qu. I p. 29.* & PEVCERVS de *incantat. fol. 197. & 200. ſeqq.* qui vanitatem horum characterum & ſimulacrorum pluribus demonſtrarunt. Quod denique in hoc actu ſaepius ſigna crucis adhibeantur, haec videtur eſſe ratio, quod maiorem ſpeciem pietatis horum operatores prae ſe ferre velint; Falſa igitur & ſuperſtitioſa eſt eorum opinio, qui ſigno crucis vim fugandi daemones adſcribunt, vt ſtatuit PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS *T. III. comment. ad Syntax. artis mirabil. lib. de deo c. XXXVI. ſeq.* & alii plures. De eius origine vid. BARONIVM *T. I. ann. ecleſ. ad A. C. LX. col. 771.* Sed adde omnino ISAAC. CASAVBO-

§. VIII.

Alterum vinculum desumtum ex mundo elementali, & quidem regno animali, vegetabili & minerali, consistit in certis animalibus, herbis, plantis, radicibus, metallis, lapidibus, gemmis, annulis, sigillis, amuletis, suffumigationibus &c. His omnibus magnam virtutem in evocationibus spirituum ob characterem a superioribus potentiis, sideribus nempe vel potestatibus iis praesidentibus, impressum, tribuunt *); Sed sicut

NVM *adu. Baron. exerc. XVI. p. 537. seqq.* qui hac in re commissas hallucinationes notauit emendauitque. Conf. quoque CALVÖR *ritual. eccles. P. II. Sect. IV. c. XIX. p. 603. seqq.* Illius vero abusum in magicis demonstrat STRVVIVS *de inuocat. nom. diu. aph. XXXI.* add. GEIER de *superstit. c. III. n. 26.*

*) Hoc vinculum imprimis consistere in certis animalibus, herbis & mineralibus, efficaciamque suam habere ob peculiarem singulis rebus a stellis impressum characterem affirmat AGRIPPA *l. I. c. XXXIII. p. 67. Quaelibet res suum characterem ad aliquem peculiarem effectum sibi a sua stella impressum, maxime ab illa, quae in ipsa prae ceteris obtinet principatum: & hi characteres has stellarum suarum proprias naturas, virtutes & radices in se continent atque retinent; earumque consimiles operationes in res alias, super quas reflectunt, producunt & stellarum suarum influxus prouocant, adiuuantque seu planetarum, seu etiam stellarum fixarum, & imaginum & signorum coelestium, quoties videlicet in debita materia, suo tempore debitisque solennitatibus fuerint fabricati. Quod considerantes antiqui sapientes, qui ad inuestigandas occultas rerum conditiones plurimum laborauerunt, stellarum imagines, figuras, signacula, sigilla, characteres adnotarunt, quas natura ipsa per stellarum radios in istis inferioribus depinxit, alios in lapidibus, alios in plantis & ramusculorum iuncturis atque nodis, alios in animalium membris diversis.* Coelum enim cum terra copulari oportere, virtutesque coelestes cum terrestribus, & alia aliis coniungi, vt vis diuina

na elementariis pariter ac coelestibus modis attrahatur opinionem fuisse Academicorum, scilicet Porphyrii, Iamblichi, Procli docet BODINVS *daemonom. l. I c. III. p. 113.* Has res non tantum effectum habere pro varietate stellarum, sed & pro diuersitate spirituum iis praefectorum asserit MARSILIVS FICINVS *argum.* in *apolog. Socrat. opp. Platon. p. 466. Animalia item & plantas metallaque & lapides ad siderum similiter daemonumque varietatem inter se natura discerni, vt alia inter haec solaria sint, alia vero lunaria, ceteraque similiter.* Quod & vult SYNESIVS de *somniis circ. init., Atqui & alicui deo ex deorum numero mundanorum lapis hic, herbaue congruit, quibus quasi compatiens naturae cedit, ac ve uti fascinatur.* Magnam sane vim in magicis certis *animalibus* inesse credunt; Quod inter alia de talpis narrat PLINIVS *l. XXX. c. III. p. 1308. Peculiare vanitatis sit argumentum, quod animalium cunctorum talpas maxime mirantur, tot modis a rerum natura damnatas, caecitate perpetua, tenebris etiamnum aliis defossas, sepultisque similes. Nullis aeque credunt extis nullum religionis capacius induant animal, vt si quis cor eius recens palpitans deuorarit, diuinationis & rerum efficiendarum euentus promittant.* Contrarium vero effectum tribuunt sanguini *hyaenae*, vt refert PLINIVS *l. XXVIII. c. VIII. p. 1243. Eodem tactis postibus vbicunque Magorum infestari artes, non elici deos, nec colloqui, siue lucernis, siue pelui, siue aqua, siue pila, siue quo alio genere tententur.* Platonicae scholae sectatores quibusdam animalibus daemonas magis gaudere crediderunt, conf. ORIGENES *contra Celsum l. IV. p. 163.* De animalibus, quae in sacrificiis valere credebantur ad vaticinia vel ad attractum spirituum vid. IAMBLICHVS *Sect. V. l. VIII. p. 123.* GALE ad *h. l. p. 265* & BOISSARDVS de *diuinat. p. 167.* conf. PORPHYRIVS de *abstinentia* & PROCLVS de *sacrificiis & magia*, qui multa mira in magicis ritibus recensent, v. g. de gallo, de corde corui, talpae, accipitris &c. Ob characterem hunc impressum quoque vtuntur *herbis*, quibus spiritus allici putant. Quod imprimis de Agleopti herba, quae & marmorites vocatur, refert PLINIVS *l. XXIV. c. XVII. p. 1120. At in his ille Democritus post Pythagoram Magorum studiosissimus, quanto portentiora tradit, Aglaopsotin herbam, quae admi-*

ratione hominum propter eximium colorem acceperit nomen, *in marmoribus Arabiae nascentem Persico latere. Qua de caussa & marmoritin vocari. Magos vtique ea vti, cum velint deos euocare.* De Aglaophtide, quam & Cynospastum vocat, miram historiam vid. apud AELIANVM *c. XXVII.* & *XXIV. lib. XIV.* de *animalibus*. Hanc Baharas nomine describi volunt a IOSEPHO *l. VII. belli Iudaici c. XXXV.* & *l VIII. antiqu. Iudaic. c. II.* vocarique AELIANO Cynospastum terrestre, DEMOCRITO marmarida, Cynocephalion & Osyritin APPIONI, HOMERO Moly, Paeoniam GALENO *l. VI.* & *X.* de *simpl.* Paeoniam autem non alliciendi sed fugandi daemones vim habere vult *Anonymus* vetus Poëta, de *viribus herbarum alicui consecrandarum* (quem cum versione latina notisque IO. RENTORFI edidit FABRICIVS *biblioth. graec. l. III. c. XXVI.*) *vers. 165.* ita canit: *Contra errores efficax est ac daemones:* & *v. 171. Hanc herbam sermo est olim in montibus radices agentem fugasse illinc daemones, qui in loco illo habitabant*, add. *not.* ad *vers. 190.* Sic & *Moly* vel *hypericoni* contra malos spiritus inesse antipathiam dicunt, indeque vulgo fugam daemonum nuncupant, vid. VVIERVS de *praest. daem. l. V. c. XX. p. 579.* & GEORG. VVOLFFG. VVEDELIVS *dissert.* de *fuga daemon.* Herba *Osirite*, quam diuinam non solum in viuos sed etiam in mortuos habere potentiam putabant, vmbras ad percuntandum vsos Aegyptios ex *Appione* grammattico refert PLINIVS *l. XXX. c. II. p. 1307.* Sic & *Cnebisiii* cardui, quem Cuus appellant Aegyptii, viribus spiritum in colloquium allici prodiderunt, DIOSC. *l. III. c. XV.* & *XXXVII.* & PROCLVS de *sacrif. & Mag.* dicens: *Nonnunquam herba vna vel lapis vnus ad diuinum sufficit opus, sufficit enim Cnebison, id est, Carduus ad subitam numinis alicuius apparitionem, ad custodiam vero Laurus, Ricinus, Coepa, Squilla, Corallus, Adamas, Iaspis; Sed ad praesagium cor talpae, ad purificationem vero sulphur & aqua marina* &c. Add. *liber* de *virtutibus herbarum*, qui vulgo APVLEIO inscribitur, & in eius *operibus* extat, nec non *liber* aggregatus, seu de *virtutibus herbarum, lapidum* &c. *12mo Francof. 1615.* sub nomine ALBERTI MAGNI. NICEPHORVS in *Synes. p. 360.* recenset quoque vim herba-

herbarum ad attrahendos daemones ex aëre vel terra, additque in his curiositatem exercuisse Chaldaeos & Aegyptios, quod & testatur PLVTARCHVS de *Isid. p. 369.* & *372.* Magos Persarum sectatos esse Pythagoram & Democritum, eosque primos magicas herbas in orbe celebrasse autor est PLINIVS *l. XXIV. c. XVII. p. 1119.* Hic quoque multa portentosa & vanitatis plena de herbis ex Magorum scriptis passim profert. Plurima etiam de iis collegit ATHANAS. KIRCHERVS *Oed. Aegypt. T. II. P. II. class. XI. c. II. p. 440.* & IDEM *Obil. Pamph. l. IV. Hierogramatismo XV. p. 331.* nec non LEONHARD THVRNEISSERVS *descript. plantar.* & *onomast.* Add. OLAVM BORRICHIVM *contra Conringium c. VII.* Sed egregius est locus GALENI *l. VI. de simplic. Med.* & alibi, vbi Pamphilum medicum taxat, quod *incantationes, transformationes, decanorum XXXVI. & daemonum sacras herbas venditaret.* Plura de his suggereret liber, si extaret, quem PHIL. LABBE describit *supplem. VII. Mss. n. MCXII.* add. HEVCHERI *diss.* de *vegetabilibus magicis VVittenb. 1700.* Mira quoque commenta fabulantur de semine *Felicis* & radice *Mandragorae*, quae non tantum ad vaticinia, sed & ad comparandos multiplicandosque nummos conducere dicuntur. Superstitiosas autem & periculo plenas ceremonias, quibus colligenda sint, pluribus refert BOISSARDVS de *diuinat. p. 23.* & *24.* Quae caeremoniae fere conueniunt cum iis, quas adhibendas esse in effossione radicis Baarae, vt IOSEPHVS de *bell. Judaic. l. VII. c. XXXV.* vel herbae Aglaophotis seu Cynospasti, vt AELIANVS *l. IV. c. XXVII.* narrant. Add. de iis VVIERVS de *praestig. l. V. c. XXII. p. 590.* & IAC THOMASIVS *diss.* de *Mandragora*; De vtrisque edita (*Cosmopoli 1703*) *Kurtze Betrachtung der Mandragora oder Allraun VVurtzel, des Fahren-Krauts nebst seinen Saamen und andern so genannten magischen Kraeutern von einem Membro des Collegii Curiosorum*; De radice, quae vulgo vocatur *Springvvurtzel*, vid. *Eiusd. geheime Vnterredung.* Porro ad hoc vinculum pertinent *Mineralia*, inter quae etiam metalla locum suum habent. Nam in sacris & in magicis plerumque aenea adhiberi solita docet MACROBIVS *Saturnal. l. V. c. XIX. p. 364.* *Omnino autem ad*

rem

rem diuinam pleraque aenea adhiberi solita, multa indicio sunt, & in his maxime sacris quibus delinire aliquos, aut deuouere aut denique exigere morbos volebant. ALEXANDER APHRODISAEVS *l. II. probl. 47. aeris sono malos genios seu daemones depelli ait, atque hanc esse causam, quare in defectu lunae aera moueantur, adeoque tinnitu isto aër lustrabatur, & a malis geniis purgabatur. Sicut in sacris magicis ad praesentiam Lunae aes pulsabatur.* THEOCR.

Dea adest in triuiis, vas aeneum quam primum pulsa.

Aeris vsum cum in materia, tum in sonitu & in sacris & in magicis spectatum fuisse pluribus probant MACROBIVS *Saturnal. l. V. c. XIX. p. 363.* & LOMEIERVS de *lustrat. c. XXV. p. 308.* Quae metalla planetis congruant, fuse deducit CARDANVS de *rer. variet. l. XVI. c. LXXXIX. Opp. p. 307.* add. AGRIPPA de *occult. philos. l. II. c. XXXV.* & *l. IV. p 438. seqq.* it. PETRI ARLENSIS SCVDALVPIS *sympathia septem metallorum & septem selectorum lapidum ad planetas* edita *Parisiis 1611. 8uo* & CONSTANTII ALBINI VILLANOVENSIS *Magia Astrologica.* Hic quoque referuntur *lapides*, quorum nonnullos vim habere attrahendi spiritus afferunt: quod & Chaldaei statuerunt de lapide *Mnizurim*, ut patet ex *orac. Quando conspexeris genium terrestrem accedere sacrifica lapidem Mnizurim inclamando.* PSELLVS *p. 109. Daemones circa terram volutantes natura sunt mendaces, vtpote procul a diuina cognitione remoti, & materia tenebricosa impleti. Quodsi ex his verum aliquem sermonem audire cupias aram appara, & sacrifica lapidem Mnizurim; Habet enim hic lapis vim aduocandi maiorem daemonem, qui occulta ratione materiali genio applicatus rerum inquisitarum veritatem insusurrat, quam ille porro homini interroganti profert. Indicat autem nomen ipsum, quo in prouocatione vtendum est, vna cum lapidis sacrificatione.* Hoc praeceptum magicum cum explicatione *Pselli* citatur in GREGOR. NICEPHORI ad *Synesium de insomniis scholiis p. 46. edit. Paris* de hoc lapide vid. AVGVST. STEVCHVM *l. VIII.* de *perenni philosoph. c. XXVIII.* Talem vim euocandi spiritus adscribunt quoque *Ananchitidi* & *Synochitidi*, vt refert PLINIVS *l. XXXVII. c. XI. p. 1598. Ananchitide in hydromantia dicunt euocari imagines deorum: Synochitide*

ebiti de umbras inferorum euocatas teneri. Add. AGRIPPA *de occult. philos. l. I. c. XXXVIII. p. 78.* & KIRCHERVS *Oed. Aegypt. T. II. P. II. class. XI. c. III. p. 441.* & imprimis BERN. CAESIVS de *mineralibus fol. Lugd.* 1636 qui *l. IV. P. VII. c. III. n. 17 p. 247.* recenset lapides, qui in conjurationibus spirituum aliisque actibus magicis vsurpantur. Eodem modo nonnullas *gemmas* magnam vim in magicis habere statuunt, de quibus multa portentosa narrat PLINIVS *tot. lib. XXXVII. c. IX. X. seqq.* Add. PSELLVS de *lapid. virtutibus 8uo Tolosae 1615.* Notae quoque sunt *gemmae Basilidianae*, quas exponit IO. MACARIVS in *peculiari diss.* cui titulus: *Abraxas* seu *Aristopistus*, quam edidit IO. CHIFLETIVS propriamque subiunxit sub titulo: *Abraxas Proteus seu multiformis gemmae Basilidianae portentosa varietas 4to Antuerp. 1657.* Quo pertinet etiam liber, sub titulo *Veterum Sophorum sigilla & imagines magicae seu sculpturae lapidum aut gemmarum ex nomine Tetragrammaton cum signatura Planetarum autoribus Zoroastre, Hermete, Salomone, Raphaële, Chaële, Thelete, ex Io. Trithemii Ms. erutae 8uo 1612.* Extat quoque apud CAMILLVM LEONARDVM *tract.* de *speculo gemmarum & lapidum l. III.* nec non a LVDOVIC. DVLCI de *gemmis* & a RVDOLPHO GORLINO in *libro* de *vnguento armario* editus est. *Annulis*, certis ceremoniis magicis fabricatis, magnam quoque virtutem tribuunt, quos & antiquitas magni fecit. Sic PHILOSTRATVS in *vit. Apollon. l. III. c. XIII. p. 148. Scribit praeterea Damis Iarcham septem annulos Apollonio dedisse, stellarum septem cognominibus, quorum singulos singulis diebus gestabat Apollonius iuxta dierum nomina illos distinguens,* Eudemum quoque Philosophum annulos magicos fabricatos esse tradunt, vid. PLATO *l. II. de Republ.* Alicuius annuli fatidici meminit CLEMENS ALEXANDR. *stromat. l. I. p. 334. Et Execestus Phocensium tyrannus, duos gestans annulos, qui inter se inuicem ab eis edebantur sonitu, sciebat tempus rerum gerendarum, mortuus autem est dolo interfectus.* Modum eiusmodi annulos construendi exponit AGRIPPA *l. I. c. XLVII. p. 96. quando videlicet stella aliqua ascendit fortunata, & a luna feliciter aspecta, vel sibi coniuncta, debemus lapidem herbamque huic stellae subditam accipere, atque an-*

nulum ex metallo huic stellae conformi fabricari, & in eo lapillum infigere herba vel radice subiecta, denique inscriptiones imaginum, nominum, characterum, praeterea non suffumigationes non praetermittere. Simili modo *sigillis* ex metallis, herbis, lapidibus sub certa constellatione collectis inuicemque efformatis applicatisue singularem vim in magicis inesse contendunt, de quibus vid. ISRAEL HIEBNER in *Mysterio sigillorum, herbarum & lapidum* & CONSTANNTII ALBINI VILLANOVENSIS *Magia astrolog.* vbi ratio conficiendi sigilla ad varios effectus obtinendos vna cum precibus & characteribus monstratur. Sic & LVDOVICVS DVLCI in *libro* Italico de *gemmis fictitii Salomonis & Hermetis* sigilla edidit, multa etiam congessit COSTA BEN-LVCAI *libro* de *ligaturis physicis* ab ARN. VILLANOVANO latine verso. IORD. BRVNVS *librum* scripsit de *imaginibus* nec non cui titulus *sigillum sigillorum*, quos vtrosque primum vt nondum editum, posterius vero vt iam editum, citat in *libro* de *Monade, numero & figura c. III. p. 32. seqq.* PIERRE BELON *obseruations de plusieurs singularites c. XXII.* proponit typos sigillorum, qui terrae in insula Lemno effosae sigillataeque dictae varias inde vires habentis imprimuntur. De sigillis sacris gentilium vid. IAC. PHIL. TOMASINVS de *donariis c. XXII. p. 161.* SAM. REYHERVS de *nummis Chym. c. XIV.* IO. SMETIVS in *antiquit. p. 126.* & IO. CHIFFLETIVS *comment.* in *Macarii Abraxas*, vbi multa de sigillis aliisque ineptiis magicis. Vtuntur quoque in hoc actu *suffumigationibus*, quas ad attractum spirituum valere credunt, de quibus etiam AGRIPPA *l. I. c. XLIII p. 87.* *Quantum vero suffumigationes in aëre possint, nemo miretur. qui sentiat cum Porphyrio certis quibusdam vaporibus a propriis suffumigationibus exhalantibus, aëreos daemones statim allici & insinuari* &c. *p. 88. Sic inquiunt, si ex coriandro & apio seu hyoscyamo cum cicuta fumigium fiat, daemones statim congregari* &c. *Idcirco imaginibus & annulis & similibus magiae instrumentis, & thesauris absconditis suffumigationes certae adhibentur, quas haud parum conferre Porphyrius testatur.* In hoc *cap.* nec non in *sequ. c. XLIV.* habet compositionem horum suffituum & *c. XLV.* agit de *Collyriis, vnctionibus* eorumque virtutibus, vbi *p. 93.* dicit:

dicit: *Et dicunt, si inungatur speculum chalibeum cum succo Arthemisiae & fumigetur, facit in eo videre inuocatos spiritus.* Et *l. III. c. LXIV. p. 556. Fumigia praeterea sacrificium & unctio penetrant omnia & aperiunt portas elementorum atque coelorum, vt per illas homo possit videre & cognoscere secreta creatoris, res coelestes, & quae supra coelos sunt, & quae descendunt de coelis, vt sunt angeli & spiritus speluncarum & profundorum, phantasmata desertorum locorum, vt veniant, appareant, compareant, & obediant.* Sic & BOISSARDVS sacrificia a Magis hic adhibita describit *p. 33. Sed quia visus humani acumen ferre non potest horum spirituum aspectum, sapientes hi vtebantur vnctionibus bdelii, gummi certarum arborum, thuris & tarri: vel vtebantur certis trociscis medicatis, ad recipiendum lumen diuinum, quod alioqui non communicabatur oculis corporalibus, nisi prius purificatum esset corpus & unctum adcuratis ceremoniis adiectis quibusdam characteribus ad hunc vsum accommodatis.* STRABO scribit apud Persas moris fuisse, dum diuinandum esset & euocandi essent spiritus, vt carnes sacrificiorum imponerent virgultis lauri & myrthi, quas simul comburebant addito oleo cum melle & lacte; dumque hæc fiebant fasciculos maricae colligatos manu tenentes, preces fundebant. Videntur suffumigationes instituisse eo, quod numine praesente vel loquente suauissimus odor omnia replere solitus sit. Hinc Orphicorum Thymiamata. Testimonia praebet PLVTARCHVS *lib.* de *defect. oracul* Odores quoque compositos colligebant in vnum, diuina symbola; PROCLVS de *sacrif. & Magia.* Hinc capiendus VIRGILIVS in *Ecloga Pharmaceutriae.*

Verbenasque adole pingues, & mascula thura.

Odores adhibitos memorat PAVSANIAS in templo Cereris, quod erat patris Achaiæ, quoties oraculum sciscitabant, vid. quæ KIRCHERVS collegit *Oedip. Tom. II. p. II. class. XII.* & TH. GALE *Sect. III. c. 24. p. 296.* Iudaeorum quoque Cabbalistae inciendis spiritibus suffumigationes necessarias ipsisque gratas esse sentiunt, vt patet ex *Pneumat. Kabbal. tract. I. diss. I. c. VI. §. 2. p. 217. Comestia eorum* (spirituum scil.) *talis est, quod lingant quaedam ex aquis & ex igne suffimentorum & humoribus: vnde etiam a*

ſicut falſum & abſurdum eſt, eiuſmodi rebus vim attrahendi ſpiritus ineſſe, ita iis vti ſuperſtitioſum pariter & impium eſt**).

§. IIX.

Negromanticis ſuffitus ex iisdem fiunt. Diligenter autem luſtrabant locum, vbi operatio magica fieri debebat. Sic apud AMM. MARCELLINVM *l.* XXIX. vbi Hilarius, qui de ſucceſſore Imper. per magicas artes quaeſiuerat, fatetur ſe in medio domus, *emaculatae odoribus Arabicis* collocaſſe menſulam ad ſimilitudinem Cottinae Delphicae conſtructam, & multis imprecationibus ritualiter conſecratam. Hanc menſulam cum Delphino ſuperincumbente infra vero coruum exhibet EZECH. SPANHEMIVS de *vſu nummiſm. p.* 179. *Melle & lacte* vtebantur quoque in ſacris magicis, de quibus vid. BOVRDELATIVS ad *Heliodor. aethiop. p.* 107. Peragunt plerumque hunc actum accenſis *luminibus*, rationem affert AGRIPPA *l. I. c. V. p.* 10. *Sicut ergo tenebrarum daemones in tenebris ipſis robuſtiores ſunt; ſic boni daemones, qui ſunt angeli lucis incrementa ſuſcipiunt a luce non ſolum diuina, ſolari & coeleſti, ſed etiam eius, qui apud nos eſt ignis; Hinc primi religionum & ceremoniarum ſapientiſſimi inſtitutores orationes & pſalmodias & ſacra quaeque nonniſi accenſis luminibus fienda decreuerunt. Hinc illud Pythagorae ſymbolum: Ne loquare de deo absque lumine; iuſſeruntque ad fugandos malos daemones apud cadauera lumina accendi.* add. PLVTARCHVS in *quaeſtion. Roman. T. II. Opp. p. m.* 281. vid. tamen PAVLVS GRILLANDVS de *ſacrilegiis qu. IV.*

**) Hoc vinculum non ſolum vanum, ſed & ſuperſtitioſum & damnabile eſſe ex ſequentibus patebit. Nam quod huius Magiae ſtudioſi in hoc actu certa *animalia* adhibeant ſacrificentque, exiſtimantes iisdem rebus ſpiritus allici, plane futile & abſurdum eſt, nec iuuat illos *Tob. VIII.* 2. quo abutuntur: differentiam enim vtriusque operationis ſatis oſtendit OSIANDER ad *h. l.* Idem dicendum eſt de *herbis*, quibusdam magicis, recte enim harum vanitatem docet VVIERVS de *praeſtig. daem. l. V. c.* XX. *p.* 580. *Spiritus ſunt daemones, qui vt nullis alliciuntur plantis vel terrena ſubſtantia, ita nec fugantur; etiamſi plerumque apud ſuos cultores ſe*

se aliquarum rerum potentia inuitari, allici, trahi, cogi, vel etiam abigi, vt impia credulitate eos sibi magis obstringant, fraudulenter simulent. Quod & affirmat CAMILLVS CAMPEGIVS in *addit.* ad *Zangini Vgolini librum* de *haereticis c.* XXII. in *tract. tractat. T.* XI. *fol.* 190. *Ipsi quippe per talia mendacia & vana inuocati veniunt, vt hominibus persuadeant, ea esse vera, & in talibus lapidibus seu herbis & characteribus esse virtutem aliquam ad fugandum vel constringendum daemones.* Add. THOMAS *P. I. qu. VI. art.* X. & *qu.* CXV. *art. V. Et alliciuntur his & diuersis animalium generibus, & herbis & lapidibus non vt animalia cibis, sed vt spiritus signis, quatenus eis exhibentur in signum diuini honoris, cuius ipsi sunt cupidi.* Herbarum adhibitionem in magicis non solum vanam, sed & iure Canonico prohibitam esse patet ex XXVI. *qu. VII. c.* XV. *haec esse laqueos & insidias antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur: Et si quid haec exercuerit clericus degradetur, laicus anathematizetur.* Sed *can. vlt.* XXVII. *qu. VII.* lapidibus & herbis vim aliquam adscribere videtur. *Lapides* quod attinet, iis magnam quoque vim hic tribuunt, ob characterem ipsis impressum: & ille vel natura inest, & dicitur naturalis, vel arte seu facto, & dicitur artificialis. In priori distinguit CARDANVS *l. VII.* de *subtilit. opp. p.* 467. An haec figura omnibus lapidibus eiusdem generis insit, vel non, priori casu vim quandam habere & aliquid significare, vt in plantis foliorum & fructuum, posteriori vero casu nullius esse virtutis, quod fortuito, non secus ac in nubibus generaretur. De factitio vero *p.* 468. dicit, non parua dubitatio: *Nulla enim ratio id suaderi potest & tamen vires habere videntur. Exemplo igitur potius id, quam vlla ratione comprobatur. Caussa igitur esse potest, vel quia vis illa lapidibus insita est, quam perperam figurae ignari tribuunt, vel quoniam fato id contingit: Nam nullus habet, quin, gratia exempli, tutus fuerit ab inimicis. Sed non ob id tutus, quia sculptum habet annulum, sed annulus id posse videtur, quoniam eius est, qui fortunam hanc fato consecutus est: vel quia tales natura sumus promti, fortes, sagaces, non quidem lapidis insculpti beneficio, sed natura hominis* &c. *Cum enim figurae mathematicae agere quicquam nequeunt, ne-*

que magis principia sunt rerum, quam numeri, manifestum est sponte nihil ac per se posse, ad actiones naturae agendas, aut permutandas. Quodsi a caelo per obseruationes vim consequi eas speres (hoc enim affirmant plerique) necesse est, vt principium aliquod sit formae: formae enim naturalis actio est. Formam igitur naturalem mutari, non figuram est necessarium. Sed putant alii lapides aut figuras vel characteres illis insculptos vires per se quidem non habere, sed eam accipere ab imaginatione vel a sympathia; quatenus vero illius sit efficacia *c. IV.* in *fine* exposuimus, nunc videndum de hac; Dicant, vt refert PIGNATELLVS *conf. LI.* eiusmodi res sympathiam habere cum rebus nonnullis vel inferioribus vel superioribus, astris nempe vel aspectibus, atque hac ratione mira interdum, & quae praeter rationem videntur, efficere. Sympathiam istam contingere existimant propter similitudinem, quam habent inferiores figurae & characteres naturales vel artificiales cum superioribus vel coelestibus. At decipiuntur: quia coelestia corpora neque figuras neque characteres habent, neque etiam similitudinem aliquam cum figuris, aut characteribus inferioribus, seu illae naturaliter, casu aut artificio rebus insint: Nam etsi leonis, anguis, vrsae, cancri, piscium, aut alterius rei figura in coelo ab Astronomis statuatur, non tamen id fit, quod re vera sibi huiusmodi animalium aliqua figura aut similitudo sit, sed tantum quia illis placuit, astris tale nomen, docendi caussa tribuere; Quod vrsae sidus demonstrat. Id enim aliquibus currus nominatur. An autem similitudinem habeat currus cum vrsa, iudicent, qui sunt sanae mentis. Fictitiae sunt figurae celestes, & nulla entia realia, & propterea nihil agere, aut cum rebus inferioribus conuenientiam nullam habere possunt. Conf. DELRIO *disquis. magic. l. I. c. III. qu. I. p. 9.* & PIGNATELLVS *consult. LII. p. 180. Figura autem*, inquit, *sola absque circumstantiis considerata, quatenus figura est nihil prorsus efficere potest. Quia figurae non inest perfectio effectus non formaliter, vel virtute. Deinde figura per se solo motu locali perficitur, qui, philosophorum sententia, producendi virtutem nullam habet. Praeterea nunquam experientia visum fuit, motum aliquem posse alteri adscribi, quam figurae; proinde potentiam mo-*

vendi

uendi nullam habere virtutem, *certissimum videtur*. *Tum demum quia figura siue sit geometrica*, *vt circulus vel triangulus*, *seu character alicui planetae*, *aut spiritus dicatus*, *seu actum aliquem humanum referat*, *aut figuram alicuius substantiae*, *duntaxat qualitas quaedam ipsius quantitatis est*, *ac nunquam actionis principium*, *neque comprincipium*, *in motu locali*, *qui per alterationem fit*, *esse potest*. Add. *conf.* LXXXII. *p.* 301. vbi imprimis *Pomponatium* & *Caietanum* refutat. De lapidum potentia vid. GER. VOSSIVS *Physiolog. Christ. l. V. c.* XXXVII. Porro *annulos*, vel quicquid est figurarum ex arte nihil operari ratione istius figurae asserit THOMAS *libro* de *occult. natur. oper.*: *neque enim ex illa figura maiorem vim recipiunt a corporibus coelestibus*, *quam non sic figuratum*, *quoniam quae arte fiunt non sequuntur materiam neque formam*; Idendidem de *imaginibus* dicendum: Verissime imagines ex aere, plumbo, auro, cera alba, rubra vel alia materia baptisatas vel adiuratas, consecratas, imo potius execratas, per Magorum artes & sub certis diebus, virtutes obtinere mirabiles, in eiusmodi artium libris recitatas, errorem esse scribit MARTINVS de ARLES *libr.* de *superstit.* add. THOMAS *Aqu. libro contra gentes* & *P. II. summae theologiae* & VVIERVS *l. V. c.* XXII. *p.* 552. *seqq.* Si contendant Magi, se rebus naturalibus vti, characteribus, figuris, herbis & verbis, publica alioqui daemonum commercia abominari: hinc refellentur, quum sit apud omnes naturales philosophos compertissimum, actiuas virtutes non posse figuris inesse, vti nec litteris vel quibuscunque characteribus, cum nihil aliud sint, quam compositio & ordo excogitatus ab artifice seu pingente seu fingente: praeterea & materiales imagines ultra suam speciem & formam operari non posse testatissimum est, multo minus admirabiles supra naturae legem producere effectus. Signa vero, si dicantur, ea quum diuinitus instituta non sunt, quin potius reiecta, & a natura abhorrentia, restat, vt plus quam superstitiosa sint, & a daemone inuenta, vel palam fabricante, vel clam in male credulorum phantasiam suggerente. Somnia item sunt, quod figuras & characteres in elementali materia impressos parere radios fingat Alchindus Arabs, quibus motiones in rebus aliis excitentur,

tentur, quum illi quatenus ex arte fiunt, nullo modo caussarum superiorum influxus commoueant. Nec non *sigillis* non leuem vim tribuunt, de quorum virtutibus agit CARDANVS de *subtilit. l. XVIII. Opp. p. 646.* Sed *idem* hoc pluribus refutat de *rer. variet. l. XVI. c. LXXXIX. p 307.* dicens: *Vtrum sigilla vim aliquam habeant iure meritoque dubitatum est; nam figura ad primas qualitates non attinet, nec inter agentia numerari meretur. Cumque in re mortua fiat, non videtur aliquid posse; ostensum enim est viuentium solum operationes & opera esse. Praeterea cum artificiosa res sit, sigillum opus naturale perficere non poterit. Aliter ensem licere fabricare, qui per se iugularet. Qui igitur sigillis figuram adhibent, superstitione vtuntur.* Licet quidem *cit. loc.* CARDANVS imagini seu figurae arte factae nullam adscribat virtutem, sigillis tamen naturalibus, si quatuor, nempe facultatis natura, & materiae & syderis, tum hominis, qui iis vti velit, in his conueniant nimiam tribuit vim, & putat quaedam ad bonum opus, quaedam ad malum, quaedam ad honesta, quaedam ad turpia licet non mala, vim habere, quaedam esse planetarum alia coelestium figurarum, nec non solum signiferi, sed & aliarum esse vel generalia, vel specialia, sed ipse *p. 308.* subiicit: *generalia parum vel nihil omnino prosunt, & si prosunt, ita prosunt, vt omnia in te sita sint, velut sigillum diuitiorum facit cautum, solicitum, auarum, nec statim illa consequuntur, sed post diuturnam gestationem*; deinde tot limitationes facit: Periculosam esse specialiorum tractationem, ne forsan dum diuitias augere studeamus sanitati aut nomini bono officiamus; tutius enim tractari naturalia & plus plerumque iuuare, quam sigilla, & generaliter omnem eorum, quorum vis non satis perspecta sit, periculosam esse admodum tractationem. *Quod vero talia efficere possint & experimentum suadere & rationem, nam dum sculpimus, dum fingimus vim astri influere, recipique.* Verum coelum & astra tanquam caussas communes vel vniuersales regunt quidem ista inferiora, ac vires per radios & calorem rebus immittunt, sed effectus qui inde proueniunt, semper inde proueniunt, nec propter figuram aut characterem (vel vt *Cardanus* vult propter factum sculpendi) promouentur

uentur aut impediuntur. Qui autem inde proueniunt facile experientia obseruantur, nec contra naturam aut rationem esse, deprehenduntur, etiamsi ratio fortassis intelligi non possit. Quid vero necessarium sit, vt quis experientia niti possit, explicat PIGNATELLVS *consf. LII. p. 175.* *Inprimis*, inquit, *tria obseruare debemus. Primum est, si effectus ab illa caussa, quam veram existimamus saepe factus fuit, & proprie non per accidens. Secundum si nulla alia caussa fuerit praesens, a qua effectus fieri potuisset. Tertium, si naturae non repugnet, neque absurdum sit talem effectum a tali caussa proficisci.* Haec requisita in *seqq.* latius explicat vrgetque. Denique thurificationes & *suffumigationes* nihil valere, sed idololatriam sapere ostendit IO. FILESACVS de *idololatr. mag. §. VII. fol. 63. Indi Orientales, licet se Christiani iactent, nec expressum pactum cum diabolo ineant, nihilominus tamen non sine alicuius sacrificii modo & ritu daemonem euocant, quem aliquid rogent, plane non audent, sed adhibent selectas quasdam herbas & plantas, & quod caput est huius mystici & malefici ritus, thure semper vtuntur, quod sacrificii, qualecunque illud sit certissimum argumentum esse nullo negotio docebimus;* Et quidem ex *Trithemio* refert, in sacris magicis seu cum daemone agatur ex pacto expresso seu tacito & meris euocationibus thus adhiberi. Quod vero ritus gentilitius sit, patet ex PLINIO qui *l. XXII.* dicit: *Thure supplicamus*, & OPT. MILEVITANVS *l. III.* duas memorat formulas, quas Ethnici vsurpabant in Christianis ad apostasiam impellendis, *aut Thus pone, aut basilicas dirue.* Opponant huiusmodi operatores suffumigationes fieri in honorem dei, eique placere, quoniam deus alias prohiberet & puniret; Sed respondetur, quod deus tales homines non semper statim puniat, eius benignitati longinquae adscribendum est, quod vero nonnunquam fiat, exempla satis tristia adsunt; De quibus *vid. §. vlt. not. 1.* Rationem cur daemones in hac operatione suffitus exposcant, exponit AVGVSTINVS de *ciu. l. X. c. XIX. p. 312. Qui ergo diuinitatem sibi arrogant spiritus, non cuiuslibet corporis fumo, sed supplicantis animo delectantur, cui decepto subiectoque dominentur, intercludentes iter ad deum verum, ne sit homo illius sacrificium cum sacrificatur praeter illum.* Hinc recte

 ait

ait MARTINVS de ARLES hanc superstitionem tanto peiorem esse; *quoniam vnde deberet honorari deus, honoratur diabolus. Colitur reuera daemon per orationes & sacrificia & thurificationes iussas fieri in artibus magicis. Transfiguratur enim angelus Satanae in angelum lucis, vt ait Apostolus, imitando doctrinas & obseruationes sanctas & amorem castitatis & virtutis causa, vt seducat facilius, quam vt veneretur & colatur sicut deus.* Nam vt dicit IO. GERSON de *passionibus animae P. III. consid. XVI. propter quid aliud iubemus in superstitionibus magicis fieri thurificationes & orationes deuotas & ieiunia, petit quoque fieri ministeria per pueros innocentes, nisi vt efficacius fallat & colatur sicut deus.* Hoc igitur vinculum, maxime superstitiosum esse ac idololatricum affirmat BODINVS *daemonom. l. II. c. I. p. 206. Imprimis vero si ritum satrificiorum animaduertamus, quae insignis ille magister praecipit, lapidem, plantam, animal, numerum, characterem, metallum, aspectum, & proprium Planetae tempus aptans carminibus, hymnis & inuocationibus quomodo sine damnanda idololatria constabit haec inuocatio.* Eos autem, qui harum rerum effectum non quidem spiritibus, sed virtuti imaginationis adscribunt, refutauit FRANCISC. BACO de VERVLAMIO de *augment. scient l. IV. c. III. opp p. 117.* monstrauitque etiam tunc earum vsum esse illicitum, dicens: *Atque hic oblique nec minus periculose, se insinuat palliatio quaedam & defensio maximae partis Magiae caeremonialis. Speciosus enim fuerit praetextus, caerimonias, characteres, incantationes, gesticulationes, amuleta & similia non ex aliquo tacito aut sacramentali cum malis spiritibus contractu vires nancisci; sed eo pertinere tantum, vt imaginatio illius, qui his vtitur, roboretur & exaltetur: Quemadmodum etiam religione vsus imaginum ad mentes hominum in rerum contemplatione defigendas & deuotionem precantium excitandam, inualuit. Attamen mea talis sententia est: Etiamsi detur, vim imaginationis esse vtique potentem, atque insuper caeremonias vim illam intendere & roborare, posito denique, quod adhibeantur caeremoniae ad hanc intentionem sincere atque tanquam remedium physicum, absque aliqua vel minima cogitatione de inuitandis per ipsas auxiliis spirituum: habere nihilominus debent pro illicitis, propterea, quod sententiae illae diuinae,*

aduersus

aduersus hominem propter peccatum latae, repugnent & recalcitrent. In sudore vultus comedes panem tuum. Siquidem Magia eius generis, egregios illos fructus, quibus deus pretium laborem constituit, adipiscendos proponit per paucas easque faciles & minime operosas obseruantias. Ceterum hic etiam referri possunt *amuleta* quae & periapta, nec non phylacteria dicuntur, ex variis rebus composita, & ex singulis vinculis magicis aliquid participantia. Haec enim non saltem certis herbis, metallis, lapidibus &c. constant, sed & iis saepe sacra verba, diuina nomina, characteres &c. immisceri & sub quodam coeli situ & influxu confici solent. Variis amuletorum generibus vsos esse christianos obiicit *Celsus* apud ORIGENEM *l. VI. p. 301. Quid recenseam eos, qui lustrationes docuerunt & incantationes pellendis arcendisue morbis, aut effigies formasque daemonum varias & praeter haec in vestibus, numeris, lapidibus, plantis, radicibus, amuleta diuersorum genera;* Sed hanc calumniam reiicit ORIGENES *c. l.* Hæc autem amuleta originem suam sine dubio habent a *Talismanibus*, quae erant imagines sub certis constellationibus in varios vsus seu auerruncandi, seu prædicendi, causa confectae; His instar amuletorum praedicandorumque futurorum caussa, usos esse Chaldaeos & Persas exponunt HOTTINGERVS *histor. orient. l. I. c. VIII.* & STANLEIVS *P. XIII. Philos. chald. Sect. II. c. XXVI. p. 1145. seqq.* Multos Arabum libros de Talismanibus extare patet ex MAIMONIDE *Mor. neu. l. III. c. XXIX*, quos & refert STANLEIVS *P. XV. Sab. Philos. c. III. p. 1171.* De hisce figuris Talismanicis vid. *Mercure galant T. IX. mense Ian. 1680. p. 177.* & *Supplement du Iournal des Sauans 1709, T. XLV. p. 382.* Aegyptios quoque huiusmodi vanitati deditos fuisse, non negandum, vid. ATHAN. KIRCHERVS *Oedip. Aegypt. T. II. P. I. class. VII. c. I. p. 144.* Add. PIGNORIVS in *characteribus Aegyptiacis*, vbi amuleta veterum ex antiquis sigillis & gemmis exponit; Graeci simulacra consecrata τελεσμένα vocabant, de quibus multa HOFFMANN de *consecrat.* & ex eo CALVÖR *rit. eccles. l. II. Sect. II. c. LIIX. p. 631. seqq.* Add. SALMASIVS *not.* ad *Vopiscum* & SELDENVS de *diis Syr. Synt. I. c. II. p. 104. 120. seqq.* Plura de amuletis ex antiquitatibus collegerunt

IO. SCALIGER *l. II. epist. 119.* & *180. l. III. ep. 226.* SPENCERVS *not.* ad *Origenem l. I. p. 18.* SMETIVS in *antiquit. p. 19. seqq.* FRANC. VALESIVS de *sacra philos. c. III.* HOFFMANNVS *annotat.* ad *orac. Sybill. l. I. not. 54. edit. Seruatii Gallaei p. 88.* G. PASCHIVS de *inuent. nou-antiquis c. VI. §. XXIII p. 394 seqq.* Describuntur amuleta in *l. IV.* de *occult. philos p. 437.* *Sunt autem pentacula tanquam signa quaedam sacra, a malis eventibus nos praeseruantia, & ad malorum daemonum constrictionem & exterminationem nos adiuuantia, bonosque spiritus allicientia, nobisque conciliantia. Constant autem pentacula ex characteribus & nominibus bonorum spirituum superioris ordinis, vel ex sacris picturis sacrarum litterarum seu reuelationum: versiculis adaptis, vel ex figuris Geometricis, sacrisque dei nominibus secundum multorum rationem inuicem compositis: vel ea omnibus iis, aut eorum pluribus mixtum compositis.* Rectius vero DELRIO *disquis. magic. l. I. c. IV. qu. IV. p. 45.* & *l. III P. II. qu. IV. Sect. VIII. p. 99.* dicit: *Amuleta huiusmodi nullam vim obtinent naturalem ratione verborum, characterum vel figurae, vel constellationis: sed duntaxat ratione materiae, si qua huic antipathiae vel sympathiae vis naturalis insit;* Licet in hoc peccet, quod sanctorum reliquiis, scripturae locis similibusque collo appensis virtutem & quidem supernaturalem tribuat. Optime igitur amuleta diuiduntur in naturalia vel superstitiosa, illa sunt licita & describuntur a GODELMANNO de *magis & venef. l. I. c. VIII. n. 49. quod sint res, quae sua forma substantiali seu occulta proprietate diuinitus in prima origine sui creatione indita, semper eodem modo agunt in corpora, quibus applicantur, seu sua sympathia seu antipathia. Superstitiosa sunt omnia illa, quae paullo ante de verbis, carminibus, herbis, lapidibus, metallis, cereis imaginibus, characteribus, sigillis & similibus rebus in certa syderum constitutione, aut certorum verborum, carminumque admurmuratione decerpuntur, colliguntur, finguntur, scribuntur, appenduntur & gestantur. Quae omnia a natura nullas habent vires, nec acquirunt a stellis, sed diabolus per ea tanquam per sacramenta sua operatur,* vbi *seqq.* vsque ad *n. 57.* contra *Paracelsum* aliosque his naturalem vel artificialem vim adscribentes bene disputat. Add. GODEFR. BIDLOO *exercit. anatom chirurg.*

rurg. decad. I. vbi agit de amuletis, eorumque nonnullas figuras exhibet, nullam tamen iis tribuit vim, nisi quam habent a natura. Et Io. RENDTORF in *not.* ad *Anatolii fragm. de iis, quae antipathia & sympathia fiunt* in FABRICII *biblioth. graec. l. IV. c. XXIX.* in *not. lit. E.* Sed IACOB GAFFAREL *curiosit. innouies sur la sculpture Talismanique des Perses c. VI.* & *VII.* varias virtutes hisce amuletis inesse sine operatione diaboli pluribus docere contendit, argumentis desumtis partim ex influxu siderum, partim ex sympathia, partim quoque ab experientia. Add. GREG. MICHAEL *n. LIX. p. 259.* Horum tamen amuletorum vanitatem demonstrauit REICHELT de *amuletis*, sed contra hunc BAVDELOT de DAIRVAL *de l'vtilité des voyages T. II p. 396.* defendere vult inesse iis virtutem naturalem sine interventu tamen diaboli, & figuras licet non sint ipsum principium operationis, esse tamen conprincipium. Sic enim *p. 406.* dicit ex mente Cardinalis CAIETANI. *P. II. qu. 96. art. 2. Car quoiqu'elles ne soient pas le premier principe de l'operation, elles concourent neanmoins souuent auec le principe: tèmoin les instrumens des ouuries, dont les differentes figures agissent d'une telle ou telle maniere, & qu'vn fer plat nage sur l'eau plus aisement, que s'il auoit vne autre forme, qui le feroit aller au fond.* Ipse tamen *p. 413.* statuit amuleta magica: *Les magiques ont quelque fois des figures auec des mots obscurs & des noms d'anges inconnus.* Amuletorum veritatem & falsitatem ex professo examinauit IACOB VVOLFIVS in *scrutinio amuletorum* &c. & *c. IV. Sect. I. p. 560.* dicit, quod talium adhibitio in operibus magicis sit superstitiosa, & occultam daemonis inuocationem contineat. Vnde & saepissime eorum vsus *iure Canonico* prohibitus est, sic *XXVI. qu. V. c. I. Si quis ariolos aruspices vel incantatores obseruauerit, aut phylacteriis vsus fuerit, anathema sit,* & *c. IV.* (ex *concilio Laodiceno c. XXXVI.*) *Non oportet sacris officiis deditos facere phylacteria, quae animorum suorum vincula probantur. Hos autem, qui talibus rebus vtuntur reiici ab ecclesia iussimus.* Nec non *c. nec mirum XIV. Ad haec omnia supra dicta pertinent ligaturae execrabilium remediorum, quae ars medicorum condemnat, seu in praecantationibus, seu in characteribus, vel in quibusque rebus suspendendis atque ligandis, in quibus omnibus ars*

§. IX.

Tertium vinculum coniurandi spiritus ex mundo coelesti desum-

ars daemonum est, ex quadam pestifera societate hominum & angelorum exorta. Vnde cuncta vitanda sunt christiano, & omni penitus execratione repudianda atque damnanda. Horum enim phylacteriorum seu amuletorum vsum non solum vanum, sed & idololatricum & execrabilem esse pluribus probat AVGVSTINVS *de doctrin. christian. P. II. c. XX. XXIX.* & ex eo ISIDORVS *l. VIII. origin. c. IX.* add. BALSAMO ad *Canon. LXI. Concil.* in *Trullo.* Mirum hac in re pietatis exemplum refert ADLZREITTER *Boioc. gent. annal. P. III. l. XXXV. n. 3.* de Maximiliano vtriusque Bauariae & Palatinatus duce & Electore, qui inter alia nummismata reperit nummum quendam magicum, cuius effigies extaret in scriptis Cornelii Agrippae, qui perpetuam rerum felicitatem pollicetur illi, qui seruaret istud numisma, contra denuntiaret infausta, si tale perderet amuletum, Maximilianum illico secedentem illud conflasse, maluisseque quasuis calamitates a Deo, quam res secundas ab orco expectare. Quin, quod magis mirandum huiusmodi amuleta, ab ipsis Imperatoribus gentilibus prohibita & eorum vsurpatores puniti fuerunt, vt de *Antonino Caracalla* tradit AELIVS SPARTIANVS in *eius vita c. V. p. 716.* ibique CASAVBONVS in *not.* Ac idem de ALEXANDRO SEVERO legimus apud *Eundem.* Deinde quoque ab Imperatoribus christianis talis superstitio seuerissime damnata fuit, vt de *Constantio* testatur MARCELLINVS *l. XIX. c. XII.* ibique FRID. LINDENBROGIVS. De Imperatore *Leone* hoc patet ex eius *Nou. LXV.* add. PHOTIVS *IX. Nomoc. XXV.* De *Karolo Magno* extat quoque lex *l. VI. c. LXXII.* Qua autem poena hodie afficiendi sint amuletorum vsurpatores tractat ADR. BEIER. *diss.* de *Amuletis.* Breuiter *amuletorum historiam eorumque censuram* exhibet AVG. NATH. HVBNER in peculiari *diss.* promisitque latiorem eorum expositionem cum illorum figuris. Alios scriptores hic spectantes recenset GOTL. SAM. TREVER in *ep.* ad *Hubnerum cit. differt.*

*) Hoc

desumtum est, constans ex peculiaris constellationis seu coeli aspectus, certi temporis, loci aliarumque circumstantiarum obseruatione: sicut enim in omni operatione magica eius operaturi certum coeli situm & influxum requirunt, ita quoque in actu coniurationis spirituum, singularem constellationem, nec non loca, dies horasue obseruanda esse praecipiunt. *) Cum autem

*) Hoc tertium vinculum coniurandi spiritus ex mundo coelesti petitum, licet in aliis quoque vinculis occurrat nec non in superioribus inprimis §. *praeced.* quaedam de eo iam dicta fuerint, cum exposuimus, quomodo non solum res naturales sed & quaeque artificiales, vt imagines, sigilla, annuli, specula & similia virtutem aliquam a corporibus coelestibus sortiri dicantur, de quibus AGRIPPA *l. II. c. XXXV.* & *c. L. p. 319.* dicit: *Illud autem scias, nihil operari imagines eiusmodi, nisi viuificentur, ita quod ipsis aut naturalis aut coelestis, aut heroica, aut animastica, aut daemoniaca vel angelica virtus insit aut adsistat.* Attamen in hoc actu illud speciale vinculum alliciendi spiritus constituit, adeoque specialiter quoque tractandum venit. Tradunt enim Magi, ut videre est apud AGRIPPAM de *occult. philos. l. I. c. XXXVIII. p. 77.* per inferiora superioribus conformia posse oportunis coeli fluxibus coelestia dona trahi. Atque sic quoque per haec coelestia coelestes daemones, quatenus stellarum pedissequos nobis conciliari & insinuari: Quare certis quibusdam materiis naturalem vim diuinitatis habentibus, h. e. quae naturaliter superis consentaneae sunt, rite collectis, partim physice, partim astronomice, vndique opportune conflatis dona non solum coelestia aut vitalia, verum etiam intellectualia quaedam daemoniaca & diuina desuper suscipi posse *Iamblichus*, *Proclus* atque *Synesius* cum tota Platonicorum schola confirmant & *Mercurius Trismegistus* scribit: *ex propriis certisque rebus certo cuidam daemoni congruentibus, compositam rite statuam confestim per daemonem congruum animari.* In omni autem operatione magica influxum siderum concurrere, hincque cuilibet rei conuenientem coeli situm obseruandum esse, iam docuerunt *Chal-*

Chaldaei, vt hoc ex eorum libris suo tempore extantibus refert R. MOSES MAIMONIDES *Mor. Neuoch. l. III. c. XXXVII. Nullum autem magicum opus sine siderum operatione perfici potest; Opinantur enim, cuiuis plantae suam esse stellam, quemadmodum etiam omnibus animalibus & metallis certas stellas attribuunt. Existimant quoque orationes illas esse proprios stellarum cultus, atque has ea actione, eo sermone, vel fumo delectari & propterea, quod ii optant, qui eos ritus peragunt, id a stella perfici.* Idem de influxu siderum in actionibus magicis tradit AGRIPPA *l. II. c. XXIX. p. 280. Obseruanda in quouis opere* (magico) *situs & motus, & aspectus stellarum & planetarum & signis & gradibus, & qualiter haec omnia se habeant ad longitudinem & latitudinem climatis: ex hoc enim variantur qualitates angulorum, quos describunt radii corporum coelestium super figuram rei, secundum quos infunduntur virtutes coelestes. c. XXXIII.* agit de 28. mansionibus lunae earundemque viribus, & *p. 288.* dicit: *secunda* (mansio lunae) *dicta est Allothaim seu Albocham h. e. venter arietis: & initium eius ab eiusdem signi gradu duodecimo, minuto quinquagesimo primo, secunda vigesima secunda completis, confert ad inueniendos thesauros* &c. & in *fin.* hui. *cap. p. 291.* dicit: *Et in illis viginti octo mansionibus latent multa secreta sapientiae antiquorum, per quae operabantur in virtutibus illorum variis modis*, de imaginibus mansionum lunae agit *c. XLVI.* & in *fin. p. 310.* dicit: *Praeterea vna cum imaginibus praedictis, simul inscribebant nomina spirituum, & characteres eorum, & inuocabant, & imprecabantur, ad id quod obtinere praetendebant.* Ratio autem, cur astris influxum quendam tribuerent, haec erat, quod credebant singulis sideribus praeesse spiritus seu intelligentias, quae tales virtutes a deo ipsis commissas per astra ad inferiora deducerent, vt hunc modum influendi explicat AGRIPPA *l. I. c. XIII. p. 30. Deus enim inprimis omnium virtutum finis & origo, sigillum idearum ministris suis praestat intelligentiis: qui tanquam fideles executores res quasque sibi creditas ideali virtute consignant coelis atque stellis, tanquam instrumentis, materiam interim disponentibus ad suscipiendum formas illas quae in maiestate diuina, vt ait Plato in Timaeo per astra deducenda resident; easque dator formarum distribuit per ministerium intelligentiarum, quas super opera sua consti-*

constituit rectrices & custodes, quibus ea facultas in rebus sibi commissis credita est, vt omnis virtus lapidum, herbarum, metallorum, & ceterorum omnium sit ab ipsis intelligentiis praesidentibus. Prouenit itaque forma & virtus primo ab ideis: deinde ab intelligentiis praesidentibus & regentibus: postea a coelorum aspectibus disponentibus porro ab elementorum dispositis complexionibus correspondentibus coelorum influxibus, a quibus ipsa elementa disponuntur. Hoc influxu vel hoc vinculo ex orbe coelesti opus esse Mago hic operaturo affirmat IDEM *l. II. c. LX. p. 339. Coelestes animae virtutes suas corporibus coelestibus influunt, quae deinde illas huic sensibili mundo transmittunt: Non enim ab alia caussa, quam a coelesti terreni orbis virtutes proueniunt. Huic magus per illas operaturus, vtitur inuocatione astuta superiorum trahens vnum ad aliud, vi tamen naturali per quandam conuenientem, inter illas mutuam, qua res sponte sequuntur, seu quandoque trahuntur inuite.* Cuilibet enim planetae tribuuntur, nempe mens diuina seu angelica, deinde anima & denique corpus. Sic FICINVS *argum. IV.* in *Platonem* de *Leg. p. 788. Mens ipsa facit, anima conficit, planeta portentit* Add. *eiusd. comment.* in *conuiu. orat. V. c. XIII. p. 393.* & *argum.* in *dial. V. p. 799.* & *VI.* de *Legib. p. 810. Cabbalistas* quoque talem influxum siderum statuere, eumque in magicis attrahi posse patet ex *Synops. libri Sohar Tit. X. e dict. in Exod. n 5.* in *Cabb. denud. T II. P. I. p. 91. Duobus modis Israëlitae Deum sanctissimum atque benedictum ad iram commouerunt; quod coniurauerint angelos supernos: & quod in se attrahere potuerint virtutem planetarum atque stellarum* & *Sect V. c. XXXIX. §. IV. p. 325. Et scito, quod quaelibet stella habeat alphabetum per se, nomenque vnum in ipsum dominium habet, & ex eo prodeunt plurimae turmae angelorum, & postea prodeunt ex illis stellae & planetae, & vortices, iuncta dominantia, quae sunt capita stellarum, sub quibus multae sunt stellae.* Quod autem in hoc actu certa coeli constellatio obseruanda sit, refert BOISSARDVS de *diuinat. p 45. Solet enim euocatus apparere aliquando, vel motu & signo aliquo annuere, vel articulata voce non visus docere, aut perficere postulata. Idque fit non simpliciter, sed carminibus certo ritu pronunciatis, vel superstitiosa obseruatione circumstantiarum temporis, locorum,*

 rum,

autem certum sit, sidera talem virtutem influxumue, qualem in

rum, personarum, certaque praeparatione per ceremonias impias, ieiunia, abstinentiam vel vsum ciborum; qui inseruiunt ad eliciendos spiritus familiares. Ex vellicatione plantarum praefixis anni temporibus, ex formatione imaginum ex cera, ligno vel metallo, quas efformant & consecrant ad praefixos & obseruatos coeli & astrorum positus. De tempore & loco aliisque circumstantiis in operationibus magicis obseruandis agit AGRIPPA *l. III. c. LXIV. p. 556.* Sic & in *libro Arbatel* seu de *Magia Sept. IV. aph. XXI.* extat: *Cum spiritus Olympici euocandi sint, obseruandus est ortus solis, de cuius natura spiritum magus desiderat.* De loco autem *Autor l. IV.* de *occult. philos. Agrippae operibus p. 446.* dicit: *Circa autem ea, quae accedunt ad hunc inuocandi ritum, primum est, vt eligatur locus mundus castus, occlusus, quietus semotusque ab omni strepitu nullis alienis aspectibus subiectus.* Talem quoque locum requirit IVLIANVS *Imp. epist. XXVII.* ad *Libanium opp. p. m. 400.* Add. TH. GALE ad *Iamblichum Sect. VIII. c. IV. p. 306.* Temporis obseruatio in operibus theurgicis valde necessaria. ARNOBIVS *l. I. Potestis aliquem ex magis monstrare, qui sine vlla aliqua obseruatione solicita temporum* &c. MAIMONIDES *Duct. dub. Operum magicorum secunda species consistit in determinatione & circumscriptione temporis, quo sit operandum.* Extat apud STOBAEVM *Pythagorae* παράγγελμα de opportunitate obseruanda in colendo deo, quod etiam puto SYRIANVM respexisse in iis, quae ad *XIII. Metaphys.* scribit, vbi ait opportunitati plurimum quidem tribuendum, nec tamen debere nos μόνῳ τῷ καιρῷ θαῤῥεῖν. PROCLVS in *Alcib. I.* notat primam caussam a Pythagoricis dici opportunitatem. Cur gentiles mysteria sua noctu plerumque celebrauerint, vid. IO. LOMEIERVS de *lustrat. c. XXXVIII p. 480.* & CRVSIVS de *noct. & nocturn. offic.* Alios ritus & apparatus, qui iam apud gentiles in euocationibus spirituum adhibiti fuerint, describit APVLEIVS *l. III. de asin. aur.* & *apolog. opp. p. m. 174.* nec non AMMIAN. MARCELLINVS *l. XXIX.* vbi fuse agit de eorum ritibus, & ceremo-

in operibus magicis iis vulgo tribuunt, non habere, ſpiritus quoque ſub certo quodam coeli poſitu, tempore vel loco ad apparendum allici poſſe, non ſolum falſum, ſed & ſuperſtitioſum & impium eſt. **) §. X.

remoniis, qui per artes illicitas quaerebant, qui Valenti in imperio ſucceſſor ſit. De iis quoque ritibus magicis latius ſcribit Io. TRITHEMIVS in *Antipalo malefic. l. I. c. III.*

**) Hanc magiam Aſtronomicam, quae certas quasdam imagines & figuras, annulos, ſigilla, ſtatuas & alia quaedam horum ſimilia fabricatur, in quibus eius cultores & defenſores affirmant coeleſtium corporum virtutes & influxus recipi, receptosque miros effectus praeſtare, vanam eſſe, nec modo a chriſtiana veritate & pietate, ſed etiam a philoſophica ratione & diſciplina longe remotam eſſe PERERIVS aduerſ. *fallaces artes l. I. c. IX. p. 76. ſeqq.* oſtendit; Et *p. 77.* concludit: *Nullus igitur nouus effectus ab huiusmodi Magia aſtronomica proficiſcitur, & ſi quis forte cernitur, aliquando, is non earum imaginum aut ſiderum potentia, ſed occulta daemonum opera, qua eiusmodi fraudibus mortales circumueniant, proficiſcitur.* Eandem Magiam Aſtronomicam refutauit ROGERIVS BACO de VERVLAMIO *P. IV. opp. cap. Manifeſtato quomodo Mathematica* &c. ſic procedit contra Aſtrologos, fatidicos & magos *Matématica* (hanc diſtinguit a Mathematica) *eſt ſecunda pars artis magicae. Haec ſibi vſurpat conſiderationem coeleſtium characteribus, carminibus, coniurationibus, ſacrificiis, ſuperſtitioſis, & fraudibus variis deformatam. Et ponit per virtutem conſtellationum omnia de neceſſitate contingere;* Paulo poſt: *iſta matematica damnata eſt non ſolum a ſanctis, ſed a Philoſophis,* infra: *nec solum damnantur quantum ad principale, ſcil. propter errorem, quem habent de coeleſtibus, ſed Matematici iſti daemones aduocant in adiutorium coeleſtium diſpoſitionum, per coniurationes & ſacrificia, quod eſt omnino nefandum: atque nihilominus maculant ſuas conſiderationes in coeleſtibus per circulos & figuras & characteres vaniſſimos, & carmina ſtultiſſima, & orationes irrationabiles, in quibus confidunt: Praeterea fraudes operum adiungunt, ſcilicet per conſenſum, per tene-*

§. X.

Finis eiusmodi operationis est Epiphania seu apparitio spirituum, quam multiuariam esse contendunt, & ex quorum prae-

bras, per instrumenta sophistica, per subtilitatem motionis manualis, in quibus sciunt illusionem esse. Origines Astrologiae alii Chaldaeis, alii Aegyptiis tribuunt, vtrosque hanc artem exercuisse nullum dubium est, quod etiam testatur CICERO de *diuin. l. I. c. I.* conf. CLAVDIVS SALMASIVS de *ann. climact.* IO. CLERICVS *Ind. philol.* ad *Stanleii hist. phil. orient.* voc. *Astrologia.* Huius vinculi vanitatem impietatemque detexerunt omnes illi, qui contra Astrologiam iudiciariam scripserunt, quorum praecipuorum catalogum dedi supra *c. V. §. I. p. 81.* Conf. inprimis IO. PICVS MIRANDVLANVS *l. XII. adu. astrologos.* G. I. VOSSIVS *theol. gentil. l. II. c. XLVIII.* P. GASSENDVS *l. VI. phys. Sect. II.* PERERIVS *aduersus fallaces artes tot. l. III. p. 210. seqq.* De superstitiosa horarum & dierum electione vid. TH. ERASTVS *P. I. disput. anti-paracelsic.* & P. GREGORIVS *Tholos. praelud. l. IV. c. IV. p. 412. Et vt semel dixerim omnes species Magiae, tempora, horas, improbato tamen modo obseruant, cum maxima in Deum impietate. Siue in electione locorum, rerum, siue in confectione sigillorum, seu in radiis habendis stellarum, siue asciscendis daemonibus, euocandis mortuis, & laruis siue innumeris Geomantiae proiiciendis* &c. Cur autem daemones non nisi sub certis quibusdam coeli constellationibus aduocentur a Magis, aduocatique veniant, nec aliter opera magica fiant, haec videtur esse ratio, vt inducant homines in eum errorem, vt credant, esse aliquod Numen & diuinitatem in stellis, easque pro deo adorent & colant. Quod & affirmat CAMILLVS CAMPEGIVS in *addit.* ad *Zanchini Vgolini librum* de *haereticis Tract. Tractat. T. XI. fol. 139. Vt homines in errores inducant, ad credendum videlicet numen aliquod in coelis esse, siue in astris.* Add. THOMAM *P. I. qu. 115. art. 5.* alias varias rationes allegant PERERIVS *l. I. c. V. p. 45.* & ex eo IAC. PIGNATELLVS *Consf. LII. p. 151.* & *consf. LXV. p. 229.*

*) Ap-

praesentia eorum coniuratores fortunata & stupenda sibi pollicentur; *) Verum, cum non tantum hae apparitionum formae,

*) Apparitiones spirituum visibiles apud gentiles notae sunt, easque appellabant ἐπιφάνειας, quibus dii gentilium in mysteriis cultoribus suis se praesentes sistere, eosque de hisce caeremoniis edocere credebant. Θεοφανεία, vt SVIDAS tradit, ἡ τῦ Θεῦ φανέρωσις i. e. *dei apparitio* seu *manifestatio*. Festum erat, quod eo die agebatur, quo deos hominibus apparuisse putabant; Meminit eius festi POLLVX *l. I. c. I.* De hoc festo vid. HORODOTVS *l. I.* CICERO *l. II. de natur. deor.* epiphaniam vertit praesentiam. Inscriptio Romae legitur.

PRAESENTIAE.
MATRIS. DEVM.
P. SEPTIMIVS. FELIX.
OB. CORONAM.
MILLESIMO. VRBIS. ANNO.

Calasiris, apud HELIODORVM *l. III. Aethiop.* de visis Apolline & Diana: *Non somnii visio, sed res ipsa sic se habebat*; Deinde Cnemoni Calasiris apparitionis modum exponit. *Eo modo*, inquit, *fili, quem sapiens Homerus quasi aenigmate significat; multi autem aenigma praetereunt;*

Namque pedum(*vt alicubi ille dicit*)*crurumque simul vestigia pone*
Perfacile agnoui remeante, aurasque secante:
Dii quoque cognosci possunt, certoque notari.

Postea: *Dii*, inquit, *& Numina Cnemon, venientia ad nos, & a nobis recedentia, in alia animalia rarissime, in homines autem vt plurimum sese transformant, similitudine magis, vt visum insomni esse opinemur, nobis imponentes. Quamuis igitur prophanos homines latuerint, tamen quin a sapiente cognoscantur, effugere non possunt; sed ex oculis notari possunt, cum continuo obtuta intueantur, & palpebras nunquam concludant: & magis etiam ex incessu, qui non ex dimotione pedum, neque transpositione existit, sed ex quodam impetu aëreo, & vi expedita, findentium magis auras, quam transeuntium.*

 Quam-

Quamobrem statuas quoque Aegyptii ponunt, coniungentes illis pedes, & quasi vnientes. Quae etiam Homerus sciens, vt Aegyptius, & doctrina sacra instructus, & occulte & inuolute versibus reddidit; relinquens intelligenda illis qui possent. De Pallade quidem:

Atque truces oculi fulsere tuenti.

De Neptuno autem:

Namque pedum crurumque simul vestigia pone
Perfacile agnoui remeante,

Tanquam fluente incessu; Hoc enim est perfacile remeante; *non vt quidam decepti,* perfacile agnoui, *putarunt:* Ex hoc incessu Dii apud Graecos serpere dicuntur, CALLIM. *Equos sacros frementes audio, & dea bene ornata serpit.* Plura adfert IO. LOMEIERVS de *lustration. veter. gentil. c. IX. p. 117.* Sic & MARSILIVS FICINVS *epistol. l. XI. fol. 183.* refert: *Tota religio & opera sacerdotum & historia, communisque hominum fama consentit: deos simpliciter apparere, multasque offerre formas variasque figuras: Et alias quidem lumen proferre non figuratum, alias figuratum, & nunc quidem humana figura, nunc alia.* De variis deorum gentilium epiphaniis multa docte disserunt IAC. GOTHOFREDVS *dissert. de mysteriis pietatis p. 105. seqq.* EZECH. SPANHEMIVS *diss. V.* de *vsu & praestantia numismatum p. 197.* & ad *Callimachi hymnum* in *Palladem v. 101* Add. LOMEIERVS *c. XVI. p. 206.* & SCHEDIVS de *diis germ. Syngr. II. c. XLVII.* Sed nobis dicendum est de apparitionibus spirituum, qui hisce vinculis eliciebantur, quas AVGVSTINVS *confess. X. curiosas* i. e. magicas *visiones* appellat. Et quidem Chaldaeos spirituum apparitionem in eorum euocatione tradidisse liquet ex *oracul. Chaldaic.* apud PSELLVM *p. 99. Si saepe me allocutus fueris, videbis vbique Leonem* (PLETHO *p. 87.* legit λεκτὸν memorabilem) *neque enim coelestis & conuexa moles tunc apparet, stellae non micant, lunae lumen occultatum est, terra non stat: fixa videntur autem omnia fulminibus plena.* Conf. PLETHO & PSELLVS in *scholiis c. l.* Sacerdotes Aegypti deorum videndorum vias & rationes docuisse constat ex IOSEPHO *l. I. contra Apionem,* quod & testatur MICH. PSELLVS *comment.* in *Nazianzeni orationem XLII. ad diuinas visiones percipiendas parabant se*

Aegyptii vt ferunt, vel farro, sic enim vocant oculos oblinentes, vel thuris liquore, vel bdellio. Assyrii vero tessaris quibusdam infandisque (ἀῤῥήτοις) *hominibus, mysticisque litteris, in sacerdotalibus, bracteis se ipsos sanctificantes. Haec Porphyrius & Iamblichus.* Add. IAMBLICHVS *Sect. II. c. I. sequ.* & PROCLVS in *Polit. p. 359.* Apud Graecos in sacris mysticis frequentes narrantur deorum apparitiones; Sic PLATO in *Phaedro p. m. 452. Qui nuper expiatus est sacris, quiue aliquando est plurima contemplatus, quando vultum diuina forma decorum videt, primo quidem horret, deinde inspiciens tanquam deum colit*, &c. Ibi plura habet de initiatorum epoptia; Add. *epistol. III.* Epiphanias autem duplicis generis esse asserunt, primum dicitur αὐτοψία, si quis animae intelligentia & claritudine spiritum, vt est in se videat, is & euocator & spectator αὐτόπτες vocatur: Alterum nominatur ἐπόπτεια, si quis animae imaginario vehiculo tantum res diuinas perspiciat, alio aliquo sacerdote deum inuocante, is ἐπόπτες dicitur. Sic enim PSELLVS in *oracul. p. 101. Inspectio* (αὐτοψία) *per se dicitur, quando qui sacris initiatus est, diuina videt lumina. At si hic nihil videat, sed ille qui sacra ordinat & disponit spectrum aliquod per se contueatur, id initiati respectu superinspectio* (ἐπόπτεια) *appellatur.* Ab vtrisque tamen differt, si quis nec mente, nec vi phantasiae, sed corporeis oculis res diuinas per aërem delatas speculatur, qui ἐνθεαστὴς audit; Hoc docet IAMBLICHVS de *mysteriis Sect. III. c. XIV. p. 77. Fit autem dupliciter hoc, vel cum dii sola praesentia sine medio animae adsunt, vel cum lumen aliquod praeuium in animum emittunt, sed vtroque modo separabilis permanet, tum praesentia deorum tum irradiatio.* Et IO. SCOTVS *Heruligena* (ita vere appellatur fuit enim gente Herulus non Hibernus) *libro III.* περὶ φύσεων μερισμοῦ *c. I.* de *apparitionibus causarum primortalium* i. e. naturalium separatim sic loquitur. *Modo quodam incognito, vltraque naturam reperto, in Theophaniis suis mentibus contemplantium conformantur.* Et alibi Idem: *Multipliciter & infinite diuino radio illuminante in Theophaniis suis solent apparere.* Add. TH. GALE ad *Iamblichum c. l.* Confundit igitur haec apparitionum genera STANLEIVS *histor. philos. orient. l. I. Sect. II. c. XXX.* incaute secutus *Psellum*, cum

cum non animaduertat, hunc in *scholiis* ad *orac. Chald.* saepe multa ex Graecorum mysteriis a Chaldaeorum nonnunquam diuersis miscuisse. Notat autem PSELLVS *p. 101.* imaginem in sacris euocari solitam mente perceptibilem esse debere, & a corpore omni prorsus separabilem. Naturae autem formam seu imaginem non esse vndiquaque mente perceptibilem, quia natura vt plurimum facultas corporum administratrix. *Ne igitur*, inquit, *in sacris ceremoniis aduoces naturae imaginem sponte conspicuam.* Sed aliter hoc oraculum, *ne vocaueris imaginem naturae per se conspicuam* explicat PLETHO *p. 87. Dei videlicet exemplar per se conspicuum & visibile, vt quod sub conspectum humanum non cadat, Nam quae iis apparent, qui sacris initiantur, vt ignis fulmina aut si quid aliud ea crediderunt, esse symbola & non dei naturam.* Chaldaei in euocationibus illud tantum numen, quod sub specie ignis sine tamen forma conspicui apparebat, verum esse putabant, quod patet ex *Oracul. Quando videris absque forma sacrosanctum ignem lucentem exsultando totum per mundi profunda, audi ignis vocem.* Dicunt enim, quodsi quis tale lumen certa aliqua forma & figura repraesentatum videat, huic vlterius nullam fidem adhibeat, nec vocem inde emissam veracem excipiat, contra si quid ab omni forma & figura liberum visui offeratur, illius vocem verissimam praecognitionem adferre, vt pluribus referunt PLETHO *p. 87.* & PSELLVS *p. 99.* sic & IAMBLICHVS *Sect. III. c. VI. p. 66. Quod autem longe maximum est, is qui deducit numen, aliquando videt spiritum descendentem insinuantemque se, & quantus sit & qualis, atque ab eo mystice docetur, & regitur. Qui autem numen concipit, ante susceptionem videt quandam ignis speciem; quam quidem etiam omnes praesentes aliquando vident, vel sub aduentum dei, vel sub excessum: vnde harum rerum periti optime iudicant de veritate, de potestate & maxime de ordine istius Numinis, & quibus de rebus verax esse possit, quas vires praebere, quid denique perficere valeat.* Sed obiicit PORPHYRIVS in *epistola ad Anebonem Aegyptium: Quo indicio possimus internoscere, quae sit dei apparitio, quae Angeli aut Archangeli aut Daemonis, aut e principibus alicuius, aut animae? nam, vt Dii & Daemones, & plane omnia superiora genera hoc habent*

com-

commune, vt iactabundi appareant, & phantasmata de se fingant. Quare in nulla re Dii antecellunt daemonibus. Huic respondet IAMBLICHVS *Sect. II. c. III. p. 41. Vno igitur verbo statuo, eorum Epiphanias respondere eorum essentiis, potestatibus & operationibus, quales enim sunt, tales inuocantibus apparent, operationesque ostendunt, & ideas sibi congruentes, & indicia sibi propria exhibent. Sed vt singulatim haec determinem, deorum quidem phasmata simplicia sunt; daemonum vero varia. Angelorum simpliciora sunt, quam daemonum, inferiora vero, quam quae sunt Deorum vel Archangelorum proprius paulo ad causas diuinas accedunt, Archontum phasmata, siquidem iidem tibi videantur, qui & mundi sunt rectores, quique sublunaria elementa gubernant, varietatem quidem habent, sed & ordinem & ornatum, si vero ii sunt, qui materiam moderantur, & praesunt, apparent quidem sub maiori varietate, sed & imperfectiores sunt quam principes: Animarum denique spectra omnigena apparent: Et Dii quidem salutares visui affulgent; Archangeli terribiles simul & mites; Angeli adhuc mitiores sunt. Daemones horribiles. Heroes (quos etiamsi in interrogatione praetermiseras, de his tamen veram responsionem applicemus) mitiores quidem sunt quam daemones: Archontes si mundo imperitent obstupefaciunt, si materiales sunt, videntibus noxii decurrunt & dolores afferunt: Animarum denique spectra Heroicis similia sunt, sed deteriora. Cap. seq. p. 43.* alias differentias illorum Epiphaniarum pro diuersitate proprietatum cuiuscunque ordinis, latius exponit; Tales proprietates sunt, celeritas & tarditas, autoritas, emphasis, magnitudo & latitudo imperii, claritudo, lumen, ignis. De differentiis ex vario comitatu & satellitio, quo stipantur diuina in apparitionibus agit *c. VII. p. 48. Quin in apparitionibus fit commonstratio ordinis, quem tenent, qui conspiciuntur Dii circa se deos vel angelos adstantes habent,* (hoc & docet PLOTINVS *Ennead. V. l. IIX.*) *Archangelos adsciscunt sibi alios angelos vel praecurrentes, aut simul in eodem ordine consistentes, aut sequentes, siue aliam aliquam angelorum turbam, tanquam satellites; Angeli prae se ferunt opera ordini suo, in quo sedent, congruentia. Daemones boni exhibent opera sua & bona, quibus nos donant conspicienda* &c. De differentia apparitionum ex varietate

Aaa luminis

luminis, subtilitate ignis, raritate aëris agit *c. IIX. p. 50.* Differentias ex varietate dispositionum & affectuum, quos in animis inuocantium procreant, quoties apparent, exponit *c. IX. p. 51.* Denique *c. XXV. p. 93.* ita respondet Porphyrio: *Sed nec comparare velis certissimas deorum conspectiones cum obscuris istis imaginibus arte Goetica paratis; Nam istiusmodi imaginem nec actionem, nec essentiam earum rerum, quae apparent, nec veritatem continent, vtpote quae vsque ad apparendum tantum imaginamenta producunt.* De apparit. diuersitate MARS. FICINVS ad *Procl. l. IV. Ennead. III.* postquam de ratione, quomodo sacerdos Aegyptius Plotini daemonem oculis monstrauit, egit, addit? *Sed quanam forma coniecit Magus Plotini daemonem esse supremum? Quia scilicet non difformi quodam instar Iridis fulgore venit, sicut infimi solent daemones in aëre misto; non pallore iterum vel rubore, sicut medii nonnunquam consueuerunt, sed lumini puro penitus atque clarissimo, quod aethereorum coelestiumque daemonum est proprium.* Varie autem spirituum apparitiones recenseat eorum Epoptæ; Sic formae familiares spiritibus praesidentibus planetis describuntur *l. IV.* de *occult. philos.* in AGRIPPAE *oper. T. I. p. 434.* Nec non autor libri *Empto* apud WIERVM *p. 913.* plura quam sexaginta spirituum nomina, cum eorum officiis & apparendi formis recenset; quae repetere operae pretium non erit: add. supra §. *V. not. 1. p. 301.* vbi de diuisione spirituum nonnulla quoque de eorum apparitionibus ex sententia Ophianorum nec non Iudaeorum relata sunt. Fructus, qui ex spirituum praesentia promittuntur, varii esse dicuntur pro diuersitate spirituum. Sic PETRVS de ABANO *element. magic.* in AGRIPPAE *opp. T. I. p. 467.* vbi spiritus secundum horas & dies diuidit, spirituum diei dominicae naturam esse dicit, *aurum, gemmas, carbunculos, diuitias, gratiam & beneuolentiam impetrare, inimicitias hominum dissoluere, hominibus honores tribuere, infirmitates inferre vel auferre;* & sic porro de aliis. Add. quoque Io. TRITHEMIVS in *steganograph l. III.* Autor *l. IV.* de *occult. philos.* & alii, qui varias potestates spiritibus tribuunt. Et imprimis *Autor* libri *Arbatel T. I. Sept. III. aph. XVI.* in AGRIPPAE *opp. T. I. p. 581.* spiritus secundum planetas diuidens,

dens, de primo, quem Arathron nominat, dicit, *habet in sua potestate ea, quae in Astronomia gratiae Saturninis viribus adscribuntur. Quae vero voluntate libera facit, sunt haec, 1) quaevis potest in lapidem conuertere etiam momento, velut animal aut plantam retinentem eadem obiecta visus. 2) conuertit thesauros in carbones, & contra carbones in thesauros. 3) dat familiares spiritus cum definita potestate, 4) docet Alchimiam, Physicam & Magiam. 5) Conciliat homini Pygmaeos, homines pilosos. 6) facit inuisibilem. 7) infoecundum reddit foecundum & donat longaeuitatem. Habet sub se quadraginta nouem reges, quadraginta duos principes, triginta quinque Satrapas, viginti octo duces, viginti vnum ministros coram se stantes, quatuordecim familiares, septem nuncios: Imperat legionibus sex millibus; Legio est numerus 490* Vbi de singulis seqq. In genere autem de Magiae effectu *aph. XVII. p. 585.* ait: *Verus & diuinus Magus potest omnibus creaturis dei & gubernatorum mundi officio vti ad nutum suum. Ideo illis obediunt mundi gubernatores, & vocati veniunt ac iussa exequuntur; Mediocribus Magis mittunt de suis spiritibus, qui in determinatis tantum quibusdam negotiis illis obtemperent. At Pseudo-Magos non audiunt, sed eos daemonibus illudendos obiiciunt;* Cum quo conuenit APVLEIVS in *apolog. opp. p. 470. Eum isti proprie magum existimant, qui communione loquendi cum diis immortalibus, ad omnia quae velit incredibili quadam vi contaminum polleat*, & MAIMONIDES *Mor. Neb.* seu *duct. dubit. P. III. c. XXXVII. persuadebant* (Magi) *hominibus & ipsimet credebant, quod illa arte* (magica) *admiranda in rerum natura in certis personis, tum in integris prouinciis faciunt opera.* Huius autem Magiae secreta potissimum in magna, mediocra & infima diuidit *Autor* libri *Arbatel Sept. IV. aph. XXIV. p. 588. Inter illa primum est curatio omnium morborum septem dierum spatio, vel per characteres, vel per naturalia, vel per superiores spiritus: secundum est, posse producere vitam in longum tempus, & hoc primi patres habuerunt ante & post diluuium; tertium est, habere obedientiam creaturarum, in Elementis, quae sunt in forma spirituum personalium. Item Pigmaeorum, Saganorum, Nympharum, Dryadum, & Syluaticorum hominum: Quartum posse colloqui cum intelligentiis omnium rerum visibi-*

mae, quae describi solent, sed & effectus, qui promittuntur, bonis angelis minime conueniant, nec iis tribui possint; potius dicendum est, quod si spiritus in hoc actu appareant, illi non tam boni sint, quam maligni, qui saepe bonorum formam praeseferunt: Sicut & ipsi eorum Epoptae fatentur, antequam dii seu spiritus boni adsint, solere malos daemones praecurrere; Sed quae societas bonorum cum malis? & quomodo certe sciri potest, hos locum reliquisse bonis? **)

§. XI.

---

lium & inuisibilium, ac de quauis re audire, & scire, quid cui praesit & conferat &c. & seqq. cuicunque classi septem secreta praecipua tribuuntur; Arrogantes quoque & plane absurdos effectus suae scientiae affingit LE COMTE de GABALIS *I. Entr. p. 7. pour essayer de deuenir le mâitre de la Nature, de renuerser les Elemens, d'entretenir les Intelligences suprêmes, de commender aux Démons, d'engendrer des Géans, de créer de nouueaux mondes, de parler a dieu dans son Trône redoutable; & d'obliger le Cherubin, qui defend l'entrée du Paradis terrestre, de me permettre d'aller faire quelques tours dans ses allées.* Et *II. Entr. p. 24. Vous allez apprendre à commander toute la Nature; Dieu seul sera vôtre mâitre, & les sages seuls seront vos egaux. Les suprêmes Intelligences feront gloire d'obeir a vos desirs; les demons n'oseront se trouuér, où vous serez, vôtre voix les fera trembler dans le puits de l'abime, & tous les peuples inuisibles, qui habitent les quatre Elemens s'estimeront heureux d'être les ministres de vos plaisirs.*

**) Concedimus quidem bonorum angelorum apparitiones piis hominibus adhuc hodie fieri posse, ac nonnunquam factas esse, quod & sub variis cautelis affirmant FRID. BALDVINVS *cas. consc. p. 559.* Io. VALENT. ANDREAE in *Selianis augustalibus p. 425.* MELCHIOR BRELERVS *Myster. iniquit. p. 107.* THEOPH. SPICELIVS in *Felice literat. p. 974. seqq.* Io. W. IAEGER *exam. theol. myst. c. XXVI. p. 121. seqq.* Add. supra *c. III. § III. p. 42.* Sed in hoc actu bonos angelos huiusmodi operatoribus apparere,

omnino

omnino negamus. Nam praeter ea, quae iam §§. *anteced.* demonstrauimus, hoc quoque patet ex eo, quod horum spirituum visiones, non tam ad humilitatem & rerum humanarum contemtum, quam potius ad curiositatem vanitatemque alliciant, quod sane certissimum signum est, apparitionis minus probae: Sicut & eiusmodi horrendae & plane absurdae, quibus spiritus in hoc actu apparere dicuntur, formae bonis angelis minime conuenientes facile produnt, eorum spirituum nequitiam. Ac etiamsi formae boni angeli conspiciatur, *Apostolus* tamen docet; daemonem quoque in bonum angelum se transfigurare posse. Non igitur dubitandum, quin si spiritus in hoc actu appareant, illi mali sint. Quod confirmat AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. IX. c. X. p. 300.* *Quid enim, quia has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulchras, sicut iste commemorat, vel angelorum imagines, vel deorum tanquam purgato spiritu vident: Si tamen vel tale aliquid vident, illud est, quod Apostolus dicit: Quoniam Satanas transfigurat se velut angelum lucis; Eius enim sunt phantasmata, qui miseras animas multorum falsorumque deorum fallacibus sacris cupiens irretire, & a vero veri dei cultu, quo sola mundantur & sanantur, auertere; sicut de Proteo dictum est, formas se vertit in omnes hostiliter insequens, fallaciter subueniens & vtrobique nocens.* Add. *c. XXVI. p. 319.* Sicut & horum mystae confitentur, quod antequam Dii appareant, daemones mali praecurrant, quod & patet ex *Orac. Chaldaic. Natura suadet, vt credamus malae materiae germina*, vbi PSELLVS *p. 101 Non quod ipsa natura suadeat, sed quod si quando illa euocetur, ante aduentum eius frequens daemonum coetus affluat, & varii generis formaeque spectra daemoniaca praecurrant, & appareant, ab omnibus partim elementis excitata, partim ab omnibus lunaris cursus portionibus composita & discreta, imo cum laetitia & gratia quadam blanditiae saepius occurrentia, speciem bonitatis initiato praebent.* Add. PLETHO *p. 87.* Hoc & confirmat aliud *oracul. Certe ex finibus terrae prodeunt canes terrestres nunquam demonstrantes verum signum hominum mortali*; vbi PLETHO *p. 87. Solent nonnunquam iis, qui initiantur sacris, apparere inter sacrificandum canina quaedam spectra specieque itidem alia*

prodigiose foeda; Haec omnia ait oraculum inania esse spectra affectuum animae in initiato dominantium & apparere sine subsistentia nec verum significare. Add. PSELLVS *p, 103.* & de *daemonibus p. 137.* qui idem affirmat: *Ab hisce*, inquit, *daemonibus in eos a quibus coluntur, ignei quidam coloris descendunt, quales sunt stellae cadentes, quas insani diuinas apparitiones vocitare solent, & qui nihil habent verum neque stabile neque firmum, sed sunt eorum ludibria, qualia sunt in oculorum fascinationibus, aut iis, quae fiunt a circulatoribus, qui spectatores deludunt.* Et IAMBLICHVS *Sect. V. c. XXI. p. 130. Antequam appareant dii, descendantque in terram, omnes subiacentes illis potentiae mouentur, & praecurrunt, pompaeque inseruiunt:* Nec non PROCLVS in *Alcibiadem* seu *libro* de *anima & daemone: Circa vnumquemque deum est innumerabilis daemonum multitudo, eademque cum ducibus cognomenta reportant: Gratulantur sane, quando Apollines aut Ioues nominantur, quippe cum propriorum deorum proprietatem in se ipsis exprimant.* IDEMQVE fatetur in sacris antequam Deus adsit terrenos quosdam daemones occurrere. *Quamobrem*, inquit, interprete FICINO, *dii iubent ne prius in illos aspicias, quam sacrorum potestate praestinxeris oculos. Sic enim aiunt diuina eloquia* (hoc oracul. non extat apud PLETHONEM & PSELLVM, sed apud STANLEIVM in *histor. philos. orient. p. 310.*) *Non expedit tibi illos aspicere, priusquam corpus expiaueris atque sacraueris, quoniam illi mulcentes animas a sacrificiis vbique deflectunt.* Hoc & docent nouiores hujus artis magistri; Sic PETRVS de ABANO in *element. magic.* AGRIPPAE *Oper. T. I. p. 463. Quibus*, inquit, *rite peractis, apparebunt infinitae visiones & phantasmata, pulsantia organa & omnis generis instrumenta musica, idque fit a spiritibus, vt terrore compulsi socii abeant a circulo, quia nihil aduersus Magistrum possunt. Post haec videbis infinitos Sagittarios, cum infinita multitudine bestiarum horribilium, quae ita se componunt, ac si vellent deuorare socios eo tamen nil timeant.* add. IO. FILESACVS de *idololatr. magic. §. 171. fol. 57.* Verum quis Mago euocanti bonum angelum mystica illa & magica ceremonia indicauit Alastores illos & nefarios spiritus, qui primi occurrerunt, cum serio postmodum res acta est, recessisse ac

locum

§. XI.

Coniuratio igitur spirituum non tantum tanquam operatio vanitate, periculo & impietate plenissima reiicienda; *) sed &

locum bono angelo concessisse, nisi forte daemones terrenos aliquos fateantur bonos & beneficos, quales finxerunt Cabbalistae. Conf. ORIGENES *l. III. contra Celsum p. 133.* vbi docet daemones se ostendere hominibus pro diis aut angelis dei aut bonis geniis aut heroibus &c. add supra *§. V. not. 2. p. 306. seqq.* vbi ex ipsis horum sacrorum hierophantis fuse probatum est, malos daemones apparere specie & forma bonorum, eosque sibi plura quam possint arrogare.

*) Cum in antecedentibus huius operationis magicae falsitas, impietasque quoad singula membra satis detecta refutataque sit, nunc in genere de toto actu coniurandi spiritus dicenda quaedam restant. Quamuis quidem non negemus angelorum commercia cum hominibus contigisse, & adhuc hodie deo ita volente contingere posse, sicut & hoc asserit EVSEBIVS in *Hieroclem. l. I. p. m. 439.* cuius vero verba hac in re tamen Platonismum redolent ex ratione supra *c. III. §. III. p. 43.* allata. Ex *quo intelligi nobis datur rationem nullam aduersari, quin natura ipsa diuina cum benefica salutarisque sit, rerum praesertim omnium curam gerens, in commercium sese hominum familiaritatemque demittat, diuina prouidentiae lege ita maxime permittente* &c. *Angelum quempiam de maxime sibi adiunctis ad eorum, qui in terris tegunt, salutem quandoque vsum demittens* (deus) *Quod si quem tanto munere fortunati contingat, tum ille mentem animumque purgatus mortalitatis labe omni depulsa, diuinitati facile transscribetur: ac velut magni cuiusdam imaginem dei anima circumplexus, tantus iam erit, vt vniuersum genus in se moueat & conuertat, atque hac demum ratione particeps homo fiet naturae sublimioris. Secus vero imbutum nequaquam fas sit metas finesque transire.* Non *inuolucri, inquam, corpore vias auium affectare, neque humanae conditionis oblitum, quae ad daemonas spectant curiosis indagare.* Attamen ea non expetenda esse statuimus, quia multum vanae gloriae plerum-

plerumque in talibus desideriis subest, & spiritus ille tenebrarum, sed affectator lucis se facile immiscet. Conf. IOSEPH. GLANVIL. *Saduceism. triumphat.* §. *XI. p. 45. & seqq.* & Io. W. IAEGER *examin. theol. mystic. c. XXVI. p. 121. seqq.* qui alias plures rationes afferunt. Add. supra *c. III. §. III. p. 42. seqq.* Amicitiam angelorum in hoc mundo non posse esse manifestam propter fallaciam daemonum, ac in eum incidisse eos, qui istos sibi conciliare studuerunt, egregie confirmat AVGVSTINVS de *ciu. dei l. XIX. c. IX. p. 648. In societate vero sanctorum angelorum, quam philosophi illi, qui nobis deos amicos esse voluerunt, quarto constituerunt loco, velut ad mundum venientes ab orbe terrarum, vt sic quodammodo complecterentur & coelum; nullo modo quidem metuimus ne tales amici vel morte nos sua vel deprauatione contristent. Sed quia nobis non ea, qua homines familiaritate miscentur: quod etiam ipsum ad aerumnas huius pertinet vitae, & aliquando Satanas, sicut legimus, transfigurat se in angelum lucis ad tentandos eos, quos ita vel erudiri opus est, vel decipi iustum est. Magna dei misericordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos daemones amicos fictos eosque tanto nocentiores, quando astutiores ac fallaciores patiatur inimicos. Et cui magna ista dei misericordia necessaria est, nisi magnae humanae miseriae, quae ignorantia tanta premitur, vt facile istorum simulatione fallatur? Et illos quidem philosophos in impia ciuitate, qui deos sibi amicos esse dixerunt in daemones malignos incidisse certum est, quibus tota ipsa ciuitas subditur aeternum cum eis habitura supplicium. Ex eorum quippe sacris vel potius sacrilegiis, quibus eos colendos & ex ludis immundissimis, vbi eorum crimina celebrantur; quibus eos placandos putauerunt, eisdem ipsis autoribus & exactoribus talium tantorumque dedecorum, satis ab eis qui colantur apertum est.* Multo igitur magis impium & superstitiosum est, spiritus siue boni siue mali sint, per quasdam coniurationes ad voluntatem suam saepius turpem euocare. Sicut & prisci Magi seu Theurgi rerum istarum scientissimi nihil certi statuunt & decernunt, quin potius totum istud negotium periculis plenissimum esse satis manifeste ostendunt, atque illud imprimis obseruandum, daemones omnem istam turbare scenam, si in his sacris magicis tan-

tillum peccetur, testante id APVLEIO de *deo Socratis p. m. 89. oraculis comperimus saepenumero indignata numina, si quid in sacris secordia vel superbia negligatur*, nec non IAMBLICHVS *Sect. V. c. XXI. p. 36.* non fine magno malo & periculo quemquam deorum inhonoratum praetermittendum. Et IDEM *Sect. V. c. XXV. p. 140. Quando igitur sub numinibus inspectantibus auctoribusque sacrorum sacrificia offeramus diis, omnino oportet caute obseruare Legem & ordinem diuinae sanctimoniae in sacrificiis, simul bono esse animo nos oportet, quoniam diis auctoribus operamur, interea etiam dignam adhibere curam, ne quod diis indignum munus aut alienum offeramus. Denique id summatim admonemus, vt singula quae in nobis & circa nos sunt, circumspiciamus diligenter; & quae in mundo, item deos, angelos, daemones gentibus distributos, & hac vnicuique ratione gratum sacrificium similiter offeramus. Hoc enim pacto duntaxat digna praesidente numine sanctimonia seruari possit.* Si vero talia non obseruentur, malos daemones seu antitheos occurrere asserit IDEM *Sect. III. c. XXXI. p. 103. Quae igitur impie fiunt peccantque contra religionem (cum & ipsa contra ritus afferantur in sacris operibus, & ipsi qui afferunt, contra ritus delinquunt) deumque, vt videtur, alium pro alio faciunt adesse; rursusque pro diis daemonas improbos insinuant.* AGRIPPA quoque in *epistola* ad *Aurelium ab Aquapendente libro III.* de *occult. philos. p. 564.* in fine adiecta dicit: *Quae omnia comperiuntur vana, ficta & falsa, quoties ad litteram practicantur. Alius est ergo sensus, quam litteris traditur, iisque variis obductus mysteriis, quem nemo sine fido magistro potest assequi, nisi fuerit diuino numine illustratus;* & paulo post: *Nam inauspicato ingenio a vero intellectu prolapsi in falsas imaginationes exteriorum spirituum vafRamentis irreriti, illorum quorum dominari datum est, periculosi serui effecti sunt;* & IDEM *l. III. c. VI. p. 360. Quicunque enim inuocatis diis illos non proprio honore prosequitur, nec illis, quod cuique congruit, recte distribuit illorum praesentiam & optatos ab illis effectus non assequitur*, conf. FILESACVS de *idolol. magica fol. 56. seqq.* Sed quis illorum tantae peritiae aut confidentiae est, qui nihil eorum, quae ad sacra sua necessaria videbantur omiserit? Nam & ipsi daemones per Magos innumera praescripserunt, & adeo

 imple-

implexa, obscura, intricata, vt qui in iis versatissimus sit, nondum tamen ea plane percepisse sentiat; Magistris seu daemonibus modo temporis articulum, modo loci situm, modo rerum appositarum quantitatem, qualitatem ceterasque eiusmodi nugas variatas causantibus. Hinc IACOBVS REX *daemonolog. l. I. c. V. opp. p. 49. Hoc solum addo comparente adiurato daemone, quod non nisi omnibus, quotquot sunt, precandi mussitandique peractis anxie caeremoniis continget, haud aliter fere, quam Papistarum sacrifici missas suas deproperant, eo inquam comparente, si quis ceremoniarum apex neglectus sit, aut eius praesentia pauidi, vel latum vnguem circulum transierint, continuo de vita eorum conclamatum est. Tibi nunc iudicandum relinquo, an sine ratione fiat, vt eiusmodi adiurationum taedio tandem capiantur; siue moram laboris spectes, & superstitiosam illarum dierum horarumque obseruationem, siue terrorem apparendi & praesentissimum ex minimo nugamento amisso periculum.* Confirmat illud REVCHLINVS artis huius non ignarus *l. II. c. I. de verbo mirifico: Ego haud parum temporis in eo praestigio contriui, quanquam vane, tamen eius nondum me poenitet, qui summis rationibus ceteros mortales hoc facilius a tanta pernicie possum auertere. Nam cum tota aetate in tam sacrilego negotio consumseris inde nihil quid sit, sed quid forte videatur, aegre tandem extorseris cum expectatione summi periculi vitae ac necis. Ita ipse Robertum Anglicum apud Heluetios misere mortuum. Et alterum quendam, cuius nomen taceo, miserius captum famaque mulctatum noui. Plures etiam florentissimos in ea arte, quam miserrime hoc mundo defunctos fuisse, testantibus fidelissimis hominibus audiui. At si qui sunt, qui non ligaturis aut adiurationibus malorum: sed quiete bonorum daemonum auxilio magicam* (quam paulo ante in Goetiam & Theurgiam diuidit) *se putat exercere; quod forsitan ita eis visum est; tamen sic habent inuoluta omnia, vt prius vniuersa quoque Astrologorum, quae supra paucis refutauimus vna cum praescriptis sacrorum suorum ritibus ad vnguem obseruare commiscereque oporteat. Ingenio quidem humano intolerabile nimium, ne dicam impossibile, vix enim tota hominum aetas ad eius facultatis libros tantum legendos suppetit, quorum Mercurius solum vniuersalia sacrorum complexus triginta sex millia*

quingentos & viginti quinque scripsisse perhibetur. Quid putatis de reliquis? Iam denique praetermitto, quid tandem longis vigiliis, multo conatu, diligenti obseruantia arcana fueris magicae admiranda secreta cum Astrologorum adinuentionibus abunde adeptus. Quibus obaudiant manes, turbentur sydera, cogantur numina, seruiant elementa, velisque cum inexpugnabili eius disciplinae potestate & coeca numinum coactorum violentia, vel si malueris oportuna candidorum deorum caterua expertem omnis ruditatis operationem conficere, tamen attonitus tunc quidem & stupefactus tanta daemonum turba, quae numen id, quo tu in sacris propitio ad obiectam actionem volens vti, tanquam praecursores & pompae quaedam praecedunt, abhorrebis opusque infectum relinques, detrimento tibi & ceteris ludibrio futurus. Quod sequentibus testimoniis *Iamblichi* & *Porphyrii* probat. Praeter ea exempla hominum, qui vitae & mortis periculum in coniurationibus spirituum subierunt, de quibus testatur citatus REVCHLINVS, adhuc alia narrantur. Sic & PLINIVS *l. XXVIII. c. II. p. m. 121.* ex L. PISONIS *Annalibus l. I.* refert, Tullum Hostilium ex Numae libris eodem, quo illum sacrificio deos euocare conatum, quoniam parum rite quaedam fecisset, fulmine ictum. Plura exempla tam priorum quam suorum temporum funesti quorundam interitus, qui spiritus coniurare voluerunt, recensent Io. FRANCISC. PICVS de *Praenot. superstit. l. IV. c. IX.* & WIERVS de *praestig. daemon. l. II. c. IV. p. 155. seqq.* Conf. quoque *Act. Apost. XIX. 13.* vsque ad 17. vbi: *quidam e circumeuntibus Iudaeis exorcistis, qui tentauerunt super eos, qui habebant spiritus malos, inuocare nomen Domini Iesu, dicentes: adiuramus vos per Iesum, quem Paulus praedicat: Erant vero quidam filii Sceuae Iudaei, principis sacerdotum, septem, qui hoc faciebant. At respondens spiritus malus dixit: Iesum noui & Paulum scio, vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo, in quo erat daemonium malum, & dominatus eis, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa.* Addi possunt CARDANVS de *subtilitate l. XIX. Opp. p. 658.* SCHMIT. in *vit. quorundam erudit.* in vita *Io. Dee.* & autor de *l'histoire de la Bastille* qui casus quosdam coniurationis spirituum referunt, qui & vanos & tragicos euentus habuerunt. Eiusmodi quo-

que mentio fit a BAYLE *lettr. choif. T. I. Lett. LXI. p. 220. Est il vray, qu'vn Iesuite ait été blessé, faissant l'esprit dans la chambre de Ms. l'Electeur Palatin & lui annoncant comme de la part de dieu, de chasser tous les heretiques.* Hic quoque referendus est casus ille tragicus, qui contigit Ienae in aliquot hominibus, spiritus thesaurum inueniendi causa coniuraturis, de quo mentio fit in *praefat.* Sane illi maxime sunt impudentes, qui coniuraturis persuadere volunt, nihil ipsis in hoc actu timendum esse a diabolo, quippe qui inferis inclusus sit, vt affirmat COMTE de GABALIS *IV. Entr. p. 137. Apprenez des Sages à ne donner aux demons aucune puissance dans la nature, depuis que la pierre fatale les a renfermez dans le puits de l'abime.* Et *V. Entr. p. 172. Le Prince du monde n'a-t-il pas été chassé de hors? n'est il pas renfermé? Peut il monter dans la region de la lumiére, & y repandre ses tenebres concentrées? Il ne peut rien contre l'homme.* Sed contrarium docet *Petrus I. epist. V, 8.* Et dubito, an vnquam casus euocationis spirituum possit afferri, qui felicem exitum & exoptatum effectum habuerit. Hoc vero fit, quia deus non solet facile permittere. Vnde Magi solent esse pauperes & miseri, qua de causa LIBANIVS Sophista *declam. XLIII.* lepidissime eos deridet & vanitatem artis coarguit. Exemplo quoque sit vnus Ptolomaeus Auletes, Aegypti rex, qui cum Magus esset teste ATHENEO *l. V.* & regnum opulentissimum possideret, tamen soluendo aeri alieno impar fuit. Hanc artem eliciendi spiritus intestabilem, irritam, inanem esse exemplo Neronis probat PLINIVS *histor, l. XXX. c. II. p. 1379. Praeterquam vmbrarum inferorumque colloquia: quae omnia aetate princeps Nero vana falsaque comperit,* &c. *Primumque imperare diis, nec quicquam generosius voluit. Nemo vnquam vlli artium validius fauit. Ad haec non opes ei defuere, non vires, non discendi ingenium aliaque non patiente mundo. Immensum & indubitatum exemplum est falsae artis, quam dereliquit Nero* &c. *Sunt quaedam Magis perfugia, velut lentiginem habentibus non obsequi numina, vt cerni non possint forte hoc in illo. Nihil membris defuit; Nam dies eligens certos liberum erat: pecudes vero, quibus non nisi ater color esset, facile. Nam hominem immolare etiam gratissimum* &c. vbi monstrat omnia alia requisita,

qui

qui in hac operatione desiderantur, in Nerone adfuisse, nec tamen eum vi huius artis aliquid efficere valuisse; Conf. quoque SVETONIVS in *Nerone c. LI.* add. PLINIVS *l. XXVI. c. IV. p. 1166.* vbi & ex aliis argumentis vanitatem artis magicae irridet. In eo autem a Plinio dissentimus existimantes hanc operationem vanam & inanem esse, non quod plane falsa sit, aut quasi nulli spiritus vnquam in hoc actu appareant, nec ii quicquam praestare possint, vt credidit *Plinius,* sed quia deus non facile soleat permittere, hanc operationem effectum suum habere, ob rationes, quae *c. IV. §. VII. p. 69.* allatae sunt. HENRICVS MORVS in *epistol.* ad *Glanuilum* extante in GLANVILI *Gespensten-Historie p. 164.* mentionem facit cuiusdam viri immortalitatem animae existentiamque spirituum negantis, qui omnes magicas ceremonias & coniurationes aliquoties adhibuerat ad euocandum aliquem spiritum, sed eum semper spe sua fuisse frustatum, nullumque ipsi apparuisse: Ex eo videtur colligi, quod plane nulla vel impossibilis sit coniuratio spirituum. Verum exinde non conuellitur, quod daemonum apparitiones in hoc actu nonnunquam contingere possint: Quod autem illo casu daemon non apparuerit, verosimile est, diabolum studiose hoc fecisse, quo hanc sententiam pestiferam in eo confirmaret, nec non aliis persuaderet, nam si apparuisset, ille ad resipiscentiam forte motus fuisset; aliud vero est in iis, qui daemones cupiditate aliquid obtinendi coniurant, quibus se faciles solent exhibere, nisi deus saepius prohibeat. Praeterea nihil quoque ab his spiritibus sperari potest, quoniam eorum responsa ab omni veritate aliena sunt, secundum ipsa *oracula Chaldaica,* vt refert PSELLVS in *schol. p. 101. Hi daemones secundum chaldaica oracula a diuinae vitae beatitudine longe positi & intellectuali contemplatione destituti, futura portendere nequeunt, vnde fit, vt omnia quae dicunt, aut monstrant, falsa sint & nulla certitudine suffulta.* Quin ipsos deos saepe mentiri & false respondere confitetur PORPHYRIVS *libro* de *orac.* apud EVSEBIVM *l. VI. c. V. p. 241. Sed quoniam,* inquit, *accuratam & exquisitam astrorum motus ac proinde ex eo pendentium cognitionem assequi non homines modo, sed ne daemonum quidem plerique possunt, fit vt ii praesepe multis de rebus consulti men-*

 tiantur,

tiantur. Mox ita subdit: *Et aërem quidem circumfusum in causa esse aiunt, quam ob rem falsa edantur oracula, non autem praesentes deos sponte mendacium attexere. Saepe itaque falsum dicturos se esse praenunciant. Haerent isti nihilominus atque illos, qua stultitia sunt, vel inuitos respondere cogunt, Apollo sane cum eiusmodi aliquando quam ante descripsimus ambientis coeli molestior difficiliorque tempestas, tunc in modum cecinit; Retine, retine vim istam quam mihi facis & potentia verba, quibus premor, ne ultra proferas. Si cogor & adigor, falsa eloquar; Ac nihil a nobis affingi vel oracula ipsa fidem facient. Sic enim euocatus a diis quispiam respondit:*

Non hodie licet effari, qui sidera cursus,
Quae sedes habeant: vis quippe futura canendi
Nunc astris constricta manet.

Tum ita concludit: *qua nimirum ex causa oraculorum saepe vanitas existat, ostendit.* Fuit olim quidam Oenomaus, qui responsis Delphici Apollinis saepe delusus atque deceptus diligenter & curiose collegit, quam plurima oracula atque vt vana futilia atque falsa confutauit, vt refert EVSEBIVS *c. l.* Quam vana, falsa & saepe contraria ac perniciosa responsa deorum fuerint ex OENOMAO de *ambiguit. oracul.* PORPHYRIO, PLVTARCHO, DIOGENIANO & aliis fuse probant EVSEBIVS *l. V. c. XV. p. 204. seqq.* & THEODORETVS de *curat. graec. affect. l. X. p. 630.* Bonos etiam angelos nonnunquam mendaces esse profitentur *Cabbalistae* vt patet ex libro de *reuolut. animar. tract. I. P. V. c. XXXIV. §. IX.* in *Cabbal. denud. p. 459. Alii vero annunciatores aliqua ex parte mendaces sunt; quamuis enim Angelus talis ipse sit sanctus, & factus sit e sanctitate, nihilominus tamen ipse homo cum studio suo vel operi aliquid mali vel mendacii immiscet, in causa est, vt Angelus exinde creatus ex bono constet & ex malo; vbi bonum illud, quod in ipso est, eloquitur verba veritatis, malum autem in ipso contentum mendacia profert.* Equidem dicant huius operationis defensores falsa, mala, horumque similia non a bonis spiritibus, sed a malis prouenire. Sed si verum est, vt dicant, se bonos inuocare, cur non isti, quos ea religione venerantur ad opem non probanda adiutores veniunt? & cur non isti illorum improborum vesa-

niam

niam & fallaciam a clientibus suis repellunt. Sane boni non sunt, qui talia procurant, hinc colligitur cultum etiam malis daemonibus praestitisse eos, qui operam dabant. Conf. EVSEBIVS de *praeparat. l. IV. c. XVI. p. 162.* & AVGVSTINVS de *ciuit. dei l. X. cap. XXVI.* add. PERERIVS *aduersus fallaces artes l. I. c. V. p. 41.* vbi pluribus euincit spiritus illos, quorum opera & auxilio eorum coniuratores vtuntur non bonos, sed malos esse. De quibus vere dicit CYPRIANVS de *idolorum vanit. Nec aliud in his studium est, quam a Deo homines auocare & ad superstitionem sui ab intellectu verae religionis auertere: & quum ipsi sint poenales, quaerere sibi ad poenam comites, quos ad crimen suum fecerunt errore participes. Ioannes* enim *Apocal. XIII, XVI. 14.* & *XX.* praedicit fore nonnullos in posterioribus temporibus, qui cum Cynope magno, qui est malignus daemon seu Satanas & seductor totius mundi *Apocal. XII. 9. XX. 2.* coniurationem ineant, illi pariter obediant, eumque adorent. Sed sicut illi salui & beati erunt, qui nullam familiaritatem cum daemonibus habuerunt, neque eos adorarunt *Apocal. IX. 20.* Ita eiusmodi Idololatrae, Magi, daemonumque coniuratores damnati & missi erunt cum eorum principe in paludem, igne & sulphure ardentem, vbi torquentur in aeternum *Galat. V. 20. Apocal. XX. 10. XXI. 8. XXII. 15.* Qui igitur & in hac & in aeterna vita sibi consulere volunt, omnino abstineant ab his impiis & periculosis spirituum coniurationibus aliisque magicis operationibus. Quod & bene monet PETR. GREGORIVS Tholosanus *comment.* in *l. I. Synt. art. mirabil. c. XII.* in *fin. ad extremum agnoscant salutem exemplumque ex similibus capiant, ex illius daemonis vocatione, non ideo veram alicui vel decantatam, & permanentem doctrinae famam vnquam contigisse. Sunt enim daemonum tantum vanae, insidiosae animi scientiae, & pollicitationes, & nascitur ridiculus scientibus mus, qui, corrodit animam incantatoris, quique ad omnem ventum eam pallescere facit, qui in bonis ignorantissimam & in vita hac corporali, iam tortoribus aeternis mancipat. Scio, quod vere loquor, & Deus testis, & ipsi, qui ista magica pertentant & experiuntur.* Et quidem experientia sua id probat AGRIPPA in hac arte versatissimus de *vanitat. scientiar. c. XLVI I.*

in

in *fine:* cuius verba hic transscribere operae pretium erit: *Verum* inquit, *de magicis scripsi ego iuuenis adhuc libros tres, amplo satis volumine, quos de occulta philosophia nuncupaui, in quibus quicquid tunc per curiosam adolescentiam erratum est, nunc cautior hac pallinodia recantatum volo. Per multum, per multum enim temporis & rerum in his vanitatibus olim contriui. Tandem hoc profeci, quod sciam, quem iis rationibus oporteat alios ab hac pernicie dehortari. Quicunque enim non in veritate, nec in virtute Dei, sed in elusione daemonum, secundum operationem malorum spirituum, diuinare & prophetare praesumunt, & per vanitates magicas, exorcismos, incantationes, amatoria agogima, & cetera opera daemoniaca, & idololatriae fraudes exercentes, praestigia & phantasmata ostentantes, mox cessantia miracula sese operari jactant; Omnes hi cum Iamne & Mambre & Simone mago aeternis ignibus cruciandi destinabuntur.* Idem confirmat REVCHLINVS harum rerum minime ignarus, sed earum experientissimus, *l. III.* de *verb. mirif. Ad summum nomen* (Iesus scil.) *res admirandas haud difficile pergimus, cui non resistit alia cuiuscunque nominis virtus cui ceterarum adiurationum cedunt potestates & secretorum vires & artium energiae, cui obediunt coelestia sydera, inferna numina, naturalia elementa, nocturna silentia, arcana Memphitica, Thessalica Pharmaca, Chaldica murmura, Zoroastri dogmata, & quicquid vsquam est, quod perhibet artis artificibus gratum, totum tremit, obedit, aut certe horret, fugit, abscondit. Quid opus est pluribus?* &c. *Frustra igitur ad ariolos & Magorum arcanos antistites confugimus, & Aegyptias disciplinas, & si quod est aliud superstitionis collegium, cum nos ipsi certiorem praesagii formulam teneamus,* &c. *Abiiciamus feralia carminum secreta & vanos furores, & exorandas artes, & philtra vim factura deis, & colchicos fucos, & daemoniacas factiones, Platonica denique volumina, & vmbrarum libros & stygas coniurationes, & acheronteos ritus membrana chartaue contentos, Pyriphlegethonti, hoc est igni focoque tradamus.* Concludimus hic cum notabili & grauissima dehortatione, quam habet EGVINVS BARO de *nobilit. c. IX.* in *fin. Igitur,* inquit, *studiosa nobilium artium, nobilis iuuentus, Memphitica arcana, Thessalica pharmaca, Chaldaica murmura, Zamolxis*

Zoro-

& crimen laesae maiestatis diuinae habendum est, quod in specie idololatrico-magicum dici potest. **)

CAP. IIX.

Zoroastrique praecepta, omnes denique infernas artes & daemoniacas adiurationes, Pyriphlegetonti committe, & quod christianum decet studiorum genus tibi delige. Quod, vt facias, te oro, in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui enim potestatem daemonum hic experiri cupiunt, reos apud mortales peractos, Alastores apud Rhadamantum Ditemque infernum deferendos manent. Add. GEORG. KÖNIG in *cas. conscient. miscell. cas. IV.* vbi in specie quaestionem, an Christianus spiritum familiarem bona cum conscientia comparare sibi possit? tractat.

**) Hic autem actus coniurationis spirituum non solum tanquam impius & superstitiosus exprobandus, sed & tanquam nefandum scelus & crimen legitimis poenis subiiciendum est. Per crimen autem intelligimus factum turpe, quod legibus punitur. Aliter definitur ab ANTON. MATTHEO de *criminib. prolegom. c. I. n. 1. p. 1.* vbi & eius differentiam a delicto docet. Ad crimen enim requiritur factum, *quatenus manu teneri potest*, vt dixit CICERO. Ex quo sequitur criminis naturam non consistere in sola animi propositione, sed assumpto actu externo crimina intelligenda esse docet TRYPHONINVS *l. 225. π.* d. *V. S.* & VLPIANVS *l. 18. π.* de *poen.* dicit: *cogitationis poenam neminem pati.* Ad delicti autem naturam non tantum sufficit factum turpe, sed & opus est sanctione legis, vt factum pro delicto habeatur. Sicut enim non omne, quod honestum, legibus, vt necessarium praecipitur, ita nec quicquid est turpe punitur. Plurima enim hominum conscientiae & verecundiae relinquuntur, vt exemplis probat HVBERVS de *iur. ciuit. l. II. Sect. VI. c. I. n. 18. p. 434.* vbi & contra *Hobbesium* disputat, qui ex sola lege ciuili vult esse colligendum, quid bonum, malum, fas aut nefas sit. Vbi igitur nulla sanctio legis reperitur, neque delictum dicitur, neque poena cadit, neque accusatio recipitur, neque inquisitio formatur, vt ait MARTA in *Dig. T. II. tit. delictum* c. 1. Quamuis vbicunque legibus punita non

sunt peccata, natura ipsa sumat poenas, & crudelius delinquentes vexet ac puniat, quam si latis legibus poenae inflictae essent, cum conscientia etiam in leuissimis peccatis tormento continuo facti supplicium inferat: Cum igitur coniuratio spirituum non tam in actu interno, sed in facto quodam nefario consistat, quod specialiter legibus prohibitum est, vt ex *cap. sequ.* patebit, recte quoque crimen quoddam dicendum est. Diuiduntur autem crimina, quod alia sint *diuina*, quae directe in deum committuntur, indirecte vero etiam rempublicam turbant, alia *humana*, quae directe in societatis humanae damnum vergunt, quamuis non minus diuinum numen laedant. Proprie quidem loquendo nullum non est delictum, quod non committatur in deum, laedatque maiestatem eius. At sunt quaedam, quibus specialiter offenditur deus. Quaeritur autem, an haec peccata legibus humanis subiiciant? negant id nonnulli, ex ea ratione, quod deus sufficiat vindicandis, quae in se commissa sunt, quos & iuuat TACITVS l. *Annal. LXXIII. n. 4.* dicens; *deorum iniuria, diis curae*, & IMP. ALEXANDER *l. 2. C.* de *reb. cred. iurisiurandi contemta religio satis deum habet vltorem.* Sicut & CICERO *l. II.* de *Leg.* scribit: *periurii poena diuina exitium, humana dedecus.* Vnde patet quod iure Romano poena periurii certa publicorum lege non dictata, sed vltioni dei commissa sit. Verum sciendum est, quod idem & de aliis dici possit, nam illis quoque puniendis deus haud dubie sufficit, & tamen ea ab hominibus recte puniuntur, nemine dissentiente, nec obstat, quod dicant: alia delicta ab hominibus puniri, quatenus homines alii inde laedantur, aut periclitentur; sed notandum per illa etiam laedi homines licet indirecte, etenim non tantum ab hominibus puniri delicta, quae directe, sed & quae per consequentiam probat GROTIVS de *iur. bell. & pac. l. II. c. XX. §. XLIV. n. 3.* Quae vero peccata nec directe nec indirecte spectant ad societatem humanam aut ad hominem alterum (hic tamen IO. TESMARVS in *not.* bene obseruat; illud interesse societatis humanae strictius sumi debere, cum in lata significatione nullum sit peccatum, quod eam non laedat, add. PVFENDORFFIVS *Iur. nat. & Gent. l. VIII. c. III. §. XIII.*) non sunt puniendi-

punienda, quia, vt inquit GROTIVS *c. l.* §. *XX. nulla est caussa, cur non talia peccata relinquantur deo punienda, qui & ad ea noscenda est sapientissimus, & ad expendenda aequissimus, & ad vindicanda potentissimus.. Quare ab hominibus punitio talis institueretur plane sine vtilitate, ac proinde mendose.* Add. CHRIST. WILDVOGELII *dissert.* de *deo commiss.* §. *XII.* & HENR. BODINI *dissert.* de *reseru. diu. maiest.* Competit quidem summae potestati ius circa religionem seu eius cultum externum aliquid statuendi, eiue contraria prohibendi, sed non in religionem seu cultum internum, quem proinde imperium ciuile nec imperare nec prohibere potest. Vnde & THEODORICVS Rex Iudaeis apud CASSIODORVM *l. II. variar. epist. XXVII.* permittens reficere templum: *Damus*, inquit, *siquidem permissum, sed errantium votum laudabiliter improbamus, religionem imperare non possumus, quia nemo loquitur, vt credat inuitus.* Et rursus apud *Eund. l. X. var. epist. XXVI.* Theobaldus rex Iustiniano Imperatori scribens, *cum diuinitus*, inquit, *patiatur multas religiones esse, nos vnam non audemus imponere. Retinemus enim legisse voluntarie sacrificandum esse domino, non cuiusquam cogentis imperio.* Et ipse IVLIANVS *Apostat. epist. LII. opp. p. 438. Oratione persuaderi docerique satius est homines, quam verberibus & contumeliis corporumque suppliciis. Ergo iterum ac saepius eos admoneo, qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua iniuria Galilaeos* (ita nominat Christianos) *adficiant aut contumeliis vexent; Etenim misericordia potius quam odio illi digni;* Valentinianus laudante MARCELLINO *nec quenquam inquietauit, nec vt coleretur, imperauit; nec interdictis minoribus subiectorum ceruicem ad id, quod coluit, inclinabat, sed intemeratas reliquit has partes, vt reperit;* Add. *l. IX. C. Theod.* de *malef. & mathemat.* Quod etiam probat TERTVLLIANVS *Apolog. c. XXIV. Videte, ne & hoc ad irreligiositatis elogium concurrat, adimere libertatem religionis, & interdicere optionem diuinitatis, vt non liceat colere, quem velim, sed cogar colere, quem nolim: nemo se ab inuito coli vellet, ne homo quidem.* Et LACTANTIVS *l. V. c. XIV. Quis enim imponat mihi necessitailtem vel credendi, quod uolim, vel quod velim, non credendi, nihil tam voluntarium, quam religio, in*

qua si animus aduersus est, iam sublata, iam nulla est; & *cap. XX. non est opus vi & iniuria, quia religio non potest, verbis potius quam verberibus res agenda est, vt sit voluntas* &c. Nam licet maxime erronea sit religio, error tamen non est crimen vel delictum, vt *cap. praeced. §. vlt. p. 247.* seqq. ostendi. Confer. GROTII tractatus posthumus de *imper. summ. potest. circa sacra*, CONRINGIVS de *maiest. ciuil. autorit. & offic. circa sacra th. 116.* seqq. GERHARDVS loco de *magistratu politico* a *§. 165.* vsque *213.* M. ANTONIVS de DOMINIS de *Republ. eccles. l. VII. c. IIX.* inprimis contra Pontificios, qui tamen caute legendus est. Competit vero principi ius, ea, quae vero cultui numinis aduersantur, impediendi & puniendi. Hinc HVBERVS de *iur. ciuit. l. I. Sect. V. c. III. n. 16.* p. 157. ait: *Nec tantum in atheos animaduertere possunt, sed & omnes, qui euidenter secus quam fert, publicus ecclesiae consensus docere instituunt, cohibendi atque coërcendi ius habere videntur.* Quamuis igitur haeretici, si publicae quieti non sint aduersi nec aperte blasphemi, nullis poenis affici posse HVBERVS *c. l. n. 22.* affirmet. *Idem* tamen *n. 60.* subiicit, quod nihilominus tales heterodoxi saluis vita atque fortunis ciuitate interdici possint, si expedire iudicetur: quoniam hoc praemunimenti aduersus propagationem potius, quam supplicii rationem habeat; Quod tamen non in infinitum extendi debere asserit *c. IV. n. 23.* nec ad eos, qui deum eiusque verbum & Christum agnoscentes, ad sententias tamen vnanimiter a Christianis damnatas & impias deficiunt, de istis enim *n. 24.* ait: *Talibus enim non modo ciuitate ne veniant, interdici potest, sed etiam dum ibi sunt, omnibus sacrorum caussa conuenientibus, idque mulctis aut corporalibus poenis, vel exilio saltem interdici potest.* Habet igitur princeps ius puniendi impietatem, quatenus, vt inquit GOTTL. GERH. TITIVS *specim. iur. publ. l. III. c. VI. §. 37.* & IDEM *Probe des teutschen geistlichen Rechts l. III. c. V. §. 23.* seqq. societates humanas turbat, aut deum externo actu contemnit, non vero quatenus in omissione honorantis consistit; Add. CHRIST. THOMASIVS *iurispr. diuin.* Cum itaque coniuratio spirituum consistat non in nuda omissione cultus diuini, sed in actu externo in contemtum dei omnino vergente, societatemque humanam turban-

turbante, summo quoque iure non tantum ea legibus prohibi, sed & illam exercentes poenis affici possunt. Et quanquam GROTIVS de *Iur. Bell. & Pac. l. II. c. XX. §. XLVII. n. 4.* eos qui nullam legem a deo habentes spiritus aut mentes quasdam incorporeas colunt, inprimis si nec ipsi talem cultum commenti fuerint, nec summum dei cultum deserant, excusabiles esse & ab hominibus non puniendos esse statuit; Loquitur tamen de hominibus nullam legem dei habentibus seu ethnicis, quos omnino extra poenas hominum existimamus; Sic enim *Paulus I. Corinth. V. 12. 13. Quid mihi de his, qui foris sunt* (extra ecclesiam) *iudicare? Deus iudicabit.* Non vero prorsus excusabiles coram deo sunt, vt quidem *Grotius* vult, sed *Paulus* ad *Rom. I. 20.* eos inexcusabiles esse dicit. Ergo Christiani vtpote homines legem a deo habentes, si spiritus colunt, quanto magis si eos simul coniurant, etiam secundum mentem *Grotii* puniendi sunt. Ad quod accedit, quod tales homines raro sint ignorantes loco bonorum malos spiritus hic subesse, de quibus ibi GROTIVS dicit: *Ita impiis magis quam errantibus adnumerandi sunt, qui aut cacodaemonas, quos tales esse norunt, aut vitiorum nomina, aut homines quorum vita fuit flagitiis plena, diuinis honoribus colere instituunt.* Ex his igitur patet, quod coniuratio spirituum crimen quoddam sit, & quidem quia illud primario in deum committitur, & indirecte quoque respublica inde laeditur, crimen laesae Maiestatis diuinae dicendum veniat, secundum *l. 4. §. 1.* & *4. C.* de *haeret. & manich.* vbi illud dicitur crimen publicum, quia quod in religionem diuinam committitur, in omnium fertur iniuria; & *§. 4.* tale crimen aequiparatur crimini laesae maiestatit humanae, add. *l. 4. C.* de *apostat.* & *l. 1. §. 1.* *π.* de *colleg.* illi enim, qui religionis caussa coëunt, si fiat contra Senatus consultum ea poena tenentur, qua homines tenentur, qui armatis hominibus publica loca vel templa occupasse iudicati sunt *l. 2. π. eod.* Add. MATTHAEVS ad *l. XLVIII. Dig. tit. 1.* de *public. iudic. cap. 1. n. 5. p. 297.* & *c. II. n. 2. p. 300.* qui tamen hanc diuisionem laesae maiestatis diuinae & humanae tanquam iure ciuili non fundatam reiicit. Licet ipsi facile concedamus, quod illius diuisionis expresse in legibus non fiat

mentio, sufficit tamen, quod implicite & sana ratione fundata sit, modo ad crimina laesae maiestatis diuinae non referantur omnia peccata, sed ea saltem, quae simul respiciunt societatem humanam. Cum vero variis modis diuina maiestas laedatur, quibus & per consequentiam iniuria societatis ciuilis infertur, varia quoque censentur eiusdem crimina, vt periurium, blasphemia, magia, impietas, superstitio, idololatria, apostasia &c. de quibus vid. IO. ALTHVSIVS *dicaeolog. l. I. c. II. p. 382. seqq.* & PETR. THEODORICVS *colleg. crim. disp. V. aph. VIII.* & *X.* Ad quodnam vero crimen coniurationis spirituum sit referendum, non minima est dubitatio; Communi quidem schola, quae omne delictum, speciem concursus seu commercii cum diabolo habens, vel saltem eius captum excedens, indistincte ad magiam, tanquam ad tegumentum ignorantiae refert, hoc quoque crimini Magiae adnumerandum esset. Verum cum crimen Magiae semper innitatur pacto, eoque expresso vel tacito, ad quod vtrumque requiratur consensus, qui consistit intellectu & voluntate vel expresse cum daemone paciscendi, vel eiusmodi factum & actionem adhibendi, quam sciant daemonem pro tessera suae efficientiae posuisse, vt *c. IV. §. VI. n. 2. p. 63.* demonstratum est, hoc vero crimen vtroque pacto destitutum sit, quia ignorantia, quae hic saepius adest, cum huiusmodi operatori putent, bonos spiritus hic versari, consensum excludit; Illud minime sub crimine Magiae comprehendi potest. Quod autem nonnunquam nonnulli sine pacto, neque expresso, neque tacito Coniurationem Spirituum susceperint, patet ex historia *Helmontii* & *Io. Deui*, quam *c. VI. §. XII. n. . p.* . descripsimus, qui firmissime crediderunt, se rem cum bonis spiritibus, quos certis ceremoniis coniurauerunt, habuisse, hinc illi neque expressum neque tacitum pactum cum diabolo fecisse dici possunt; Add. IOS. GLANVIL. *Saducism. triumph. oppos. XII. p. 66.* & *p. 186.* qui de quodam nomine *Edvvardo*, artium Magistro in Trinitus collegio Cantabrigiensi refert, quod ille a coniurationibus reclamatus, ipse confessus sit, se nullum pactum cum diabolo habuisse. Qua de causa nobis videtur crimen coniurationis spirituum optime

optime referri posse ad idololatriam, quae describitur a PIGNATELLO *consult. nouiss. XXX. p. 58.* & *cons. XLIX. p. 138.* quod sit *superstitio falsi cultus, quando cultus exhibetur ei, cui non debet exhiberi, nimirum creaturae,* vbi nec non *cons. XXIX. p. 56.* probat idololatriam non dici tantum cultum imaginum, sed & cuiuslibet creaturae quin & spirituum; Add. *cons. XXXI. p. 60.* MARTINVM BONACINAM *Theolog. moral. Tom. II. disput. III. qu. V. punct. I. p. 213.* seqq. BVDDEVM *instit. Theolog. Moral. P. II. c. III. Sect. I.* & de *Atheismo & superstitione c. IIX. §. III. not. III.* Cum autem omnis latria siue cultus sit vel internus vel externus, hicque consistat non tantum in veneratione, sed & in imploratione & inuocatione vid. B. Auus GEORG. ADAM. STRVVIVS de *inuocat. nom. diu. aphor. III.* Coniuratio spirituum magis circa hanc versari videtur: Vnde & patet eius differentia ab Angelolatria in specie sic dicta, quippe quae circa illam occupata est. PIGNATELLVS quidem *c. l. p. 138.* putat inuocationem creaturae, quae consistit in petitione consilii vel auxilii ab ista ferendi non inuoluere idololatriam, sed saltem aliquam superstitionem, quae committatur solum, si quis inuocet creaturam v. g. angelum ad id, quod soli deo competat, praestandum, & quod illius naturam excedat. Verum rectius dicendum, quod idololatria sit, si inuocetur angelus ad aliquid praestandum, siue illud eius naturae subsit, siue illam excedat, quia supplicatio & inuocatio per se cultum prae se ferunt, nam per orationem exhibetur cultus ac reuerentia illi, cui fit oratio, cum qui petit adiuuari, se illi subiiciat, cultumque illi exhibeat: Inuocare idem est, quod colere & deprecari *Genes. IV. 26. Ioël II. 32. Iesaia LV. 6.* & in *Psalm. Inuoca me in die tribulationis, eruam te & honorificabis me.* It. *Iudic. X.* inuocatio vt actus latriae prohibetur; *Reliquistis,* inquit *commat. 13. me & coluistis deos alienos,* & *14. & inuocate deos, quos eligistis.* Et *I. Reg. XIIX. 24.* Elias Prophetis Baal, *inuocate nomina deorum vestrorum, ego inuocabo nomen dei mei.* Confirmat quoque *Paulus Rom. X. 13. omnis, quicunque inuocabit nomen dei, saluus erit.* Vnde nec cultu duliae afficiendi sunt angeli, vt quidem PIGNATELLVS *cons. XXXIII. p. 70.* & BONACINA *Theolog. moral. T. II. disp. III.*

qu. I. punct. II. p. 171. statuunt, quia & talis cultus idololatriam sapit, vt notat STRVVIVS *c. l. aph. IX. n. 13. p. 17.* Est itaque coniuratio spirituum quaedam idololatria, sed quia in illa multi ritus in Magia alias occurrentes adhibentur, magica dicenda est. Tales enim ceremonias manifestam continere idololatriam asserit DELRIO *disquis. magic. l. 1. c. IV. qu. 1. p 30. Quibusdam adhibendas docent suffumigationes & incantationes, & per quinquaginta quatuor angelorum nomina exorcisationes, & alia quae perfida sunt & manifestam continent idololatriam;* Quod etiam pro idololatria definiuit *Facultas Theologica Lutetiana,* cuius articuli extant apud FILESACVM de *idolol. mag.* in *fin.* & BODINVM de *daemonom. p. 48.* Coniurationem spirituum originem suam habere ex idololatria, & quidem cultu spirituum *ostendi §. I. h. c. p. 250.* Et Theologiam gentium mysticam plerumque nihil aliud fuisse, quam Magiam seu Theurgiam, docui *cap. VI.* add. HIERONYMVS in *epist.* ad *Ephesios,* AVGVSTINVS de *ciu. dei l. X. c. IX.* conf. FILESACVS de *idol. magic. §. VI. fol. 39.* & BAYLE dans la *Reponse aux questions d'vn Prouincial c. XXXIII.* vid. *Nouuelles de la Republ. des lettres au mois Nouembr. 1703. p. 576.* Magia igitur, quae hodierno sensu subsistit aliquo pacto cum daemone, si illa fiat cum exhibitione cultus, idololatriam quidem in se comprehendit, sed idololatria non continet magiam. Hanc distinctionem bene obseruauit GOLDASTVS *im Rechtlichen Bedencken von Confiscation der Hexen Güther §. VII. lit. ss. p. 26.* vbi loquitur de *Plotino, Porphyrio, Iamblicho* aliisque Theurgis, dicit: *Andere aber vvollen, daß diese Philosophi nicht allein Magi vnd Weisen nach dem alten Verstand, sondern auch Sorciers, Zauberer, vnd Teuffels-Künstler gevvesen seyn, das lassen vvir so vveit gelten, vvenn die Pythagorische vnd Platonische Magie, Weisheit vnd heydnischer Aberglaube, für eine Zauberey, nach ietziger Arth zu reden, zu halten ist. Es ist zvvar eine Abgötterey, aber nicht alle Abgötterey ist gleich für eine Zauberey zu halten. Alle Zauberer sind Abgötter, aber nicht hergegen. Demnach bekand, daß diese Pythagorische Philosophi die Zauberer zum hefftigsten verfolget vnd gestrafft haben.* Differt igitur haec idololatria Magica a magia in specie sic dicta, quod ista semper

CAP. IIX.

DE PROCESSV CRIMINIS CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

§. I.

POstquam demonstrauimus, coniurationem spirituum esse quoddam crimen, nunc quoque huius criminis processum considerabimus, ita tamen, vt de iis, quae cum communi procedendi modo conueniunt, saltem remissiue agamus, ista autem, quae in huius criminis processu singulariter obseruanda sunt,

per innitatur pacto expresso vel tacito cum daemone. In coniuratione vero spirituum licet re vera daemones subsint; Attamen quia eorum coniuraturi sibi persuadent, se rem habere cum bonis spiritibus, non dici potest, quod pactum aliquod siue expressum siue tacitum cum diabolo fecerint, cum & in tacito certus consensus (a quo differt praesumtus, vt ostendit venerandus *Parens* in *annotat.* ad *Struuii Synt. Iur. ciu. Exercit. V. th. 34.*) adesse debeat, quem vero ignorantia excludit. Hanc differentiam bene obseruandam esse quoque monet Io. BODINVS de *daemonom. l. I. c. III. p. 115. Ex his igitur Platonicos & alios ethnicos, statuimus fuisse quidem idololatras, qui simplice animo per ignorationem Iouem adorauerint supplicauerintque, Saturnum, Martem, Apollinem, Dianam, Venerem, Mercurium & alios semideos, viuendo sancte, orando, ieiunando, quaeuis iustitiae charitatis & pietatis facta exercenda. Sed Magos neque hos esse credimus, neque eos, qui errore pari detinentur, quamuis res futuras diabolicis modis conati sint praenoscere, quia rem deo gratam, a se fieri existimauerunt. Quam ob rem etiam has voces sciens prudens, in definitione Magi posuimus. Sed quisque notitia legis diuinae praeditus intelligit, omnibus illis diabolicis diuinationibus interdictum esse, & iis, tamen ad assequendum aliquid vtitur, hic magus dicendus est.* Add. *c. VI. p. 180.* & *l. II. c. I. p. 210.*

ſunt, & quae a communi procedendi modo recedunt, paullo accuratius tractemus, varias ſimul nonnullorum vel in exceſſu, vel in defectu commiſſas hallucinationes notantes.

§. II.

Antequam ipſum procedendi modum examinabimus, inquirendum eſt, quale ſit Iudicium competens in hoc crimine, ſeu ad quemnam iudicem eccleſiaſticum vel ſecularem huius criminis cognitio ſpectet: Diuiduntur enim vulgo delicta ratione fori competentis in eccleſiaſtica, ſecularia & mixta, & ſicut crimen ſortilegii, vel magiae aliaque huius farinae crimina, ſecundum communem opinionem, ſi haereſin aliquam inuoluant, quin & iure nouo, etiamſi ea non ſint hereticalia ſeu qualificata, ſed ſaltem ſimplicia, eccleſiaſtici fori habentur, adeo, vt eorum cognitio pertineat ad Epiſcopos vel Inquiſitores cumulatiue, priuatiue vero quoad Iudices laicos, ita crimen coniurationis ſpirituum, quia ſemper haereticale dicitur, iudicii eccleſiaſtici cenſetur. *) Verum cum Iuriſdictio eccleſiaſtica tam

*) Proceſſus criminalis, vt nullitate careat, inſtitui debet in foro competente; Licet autem hic forum competens quatuor potiſſimum modis dicatur, vel ratione domicilii, vel ratione loci, in quo reus vel deliquit, vel deprehenſus eſt, vel ratione perſonae puniendae, vel ratione cauſae; locum tamen delicti principaliorem & potentiorem eſſe euincit PETR. THEODORICVS *colleg. crimin. c. X. th. V. n. 48. p. 1380.* Diuiduntur autem crimina ratione fori in eccleſiaſtica, ſecularia & mixta, vt hanc diuiſionem latius perſequuntur TIBERIVS DECIANVS *tract. crimin. l. IV. c. XXVI.* PROSPER. FARINACIVS *crimin. quaeſt. IIX.* & IVLIVS CLARVS *prax. crim. qu. XXXVII. n. 1. ſeqq.* Crimina mere eccleſiaſtica dicuntur, quae principaliter reſpiciunt potentiam & reuerentiam Dei, vt ita deſcribit DECIANVS *c. l. n. 65.* ſeu vt ANTON. MATHAEVS *introd. ad Ius Canonic. l. III. tit. IV.* ait: quae

quae tantum spectant fidem, religionem & sacra. Mixta vero, quae simul respectum delicti ciuilis continent. Crimina mere ecclesiastica solum pertinent ad Iudicem ecclesiasticum. Est autem Iudex ecclesiasticus Episcopus loci ex sua ordinaria potestate, vt patet ex GREGORII *l. VII. epist. 66.* ad *Ianuarium Episcopum causs. XXV. qu. V. c. X. contra Idolorum cultores, vel aruspices atque sortilegos, fraternitatem vestram vehementius pastorali hortamur inuigilare custodia, atque publice in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque a tanti labe sacrilegii & diuini intentione iudicii & praesentis vitae periculo adhortatione suasoria reuocare. Quos tamen si emendare a talibus, atque corrigere nolle reperis, feruenti comprehendere zelo te volumus; & siquidem serui sunt, verberibus, cruciatibus quibus ad emendationem peruenire valeant, castigare, si vero sunt liberi, inclusione digna districtaque sunt in poenitentiam redigendi* &c. Eadem cognitio horum delictorum reseruata Episcopis *c. IIX. Peruenit*, & *c. XII. Episcopi*, *eod.* add. *Innocentius III. cap. Excommunicamus XIII. §. 7. X.* de *haeretic.* BENEDICTVS *XI. extrauag. commun. c. inter cunctas* de *priuilegiis*, & in *concilio Tridentino Sess. XXIV. c. VI.* de *reformatione.* Praeter Episcopos ordinarios concessa quoque est iurisdictio Inquisitoribus in caussa haeresis. Illi igitur de sortilegiis aliisque horum similibus delictis non indistincte habent cognitionem, sed demum, quando excessus talium superet haeresin manifeste, vt constituit ALEXANDER *IV. cap. IIX. accusatus §. sane* de *haereticis* in *VIto.* *Pestis Inquisitores haereticae a sede Apostolica deputati, de diuinationibus aut sortilegiis (nisi haeresin saperent manifeste) intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis iudicibus puniendos.* Idem tradit LANCELLOTTVS *Institut. Iur. Can. l. IV. tit. V. §. 1.* Licet quidem Inquisitoribus iurisdictio in iis delictis, quae sunt haereticalia, commissa sit, ea tamen illis non priuatiue, sed cumulatiue cum Episcopis concessa est: Episcopi enim procedunt de iure communi non solum contra suspectos de haeresi, sed etiam contra haereticos per textum in *c. VI. praesidentes* & *c. XIIX. vt inquisit.* de *haereticis* in *VIto.* Imo contra praedictos procedere posse seorsim Episcopos liquet ex *c. XVII. per hoc* de *haeret.* in *VIto.*

vt dictum inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat concedimus, quod per Episcopos ipsos, & per Inquisitores de facto eodem inquiri valeat vel communiter, vel diuisim, & si diuisim processerint, teneantur sibi inuicem communicare processus, vt per hoc melius veritas possit inueniri. Ideoque iurisdictio Inquisitorum nullo modo praeiudicat iurisdictioni Episcoporum, vt pluribus docent DECIANVS *T. II. l. V. c. XXI. n. 10.* FARINACIVS de *haeres. qu. CLXXXVI. n. 38.* & PIGNATELLVS *consult. can. nouiss. T. I. cons. CXXXIIX. p. 529.* & *T. II. cons. CXXXIX. p. 29.* vbi recenset casus, in quibus vnus sine altero possit procedere. Add. Io. a ROYAS de *haereticis P. I. §. 439.* in *Tract. Tractat. T. XI. P. II. fol. 224.* & Io. a MEIMBORCH *historia Inquisitionis l. II. c. XVII. p. 153.* qui ex ipsis fontibus, capitulis scilicet, directoriis, aliisque libris inquisitorum paucis & perspicue explicat, quid Inquisitores soli possint, quid coniunctim cum ordinariis agere debeant. Habent igitur Episcopus & Inquisitor in crimine mere ecclesiastico iurisdictionem coniunctim, & cumulatiue quoad se inuicem, exclusiue vero quoad Iudicem laicum, ille enim in tali crimine nec contra laicum potest cognoscere, vel iudicare, aut quoquomodo se ingerere, vt constituit *Bonifacius IIX. c. XIIX. vt Inquisit.* de *haereticis* in *VIto.* *Prohibemus quoque districtius potestatibus, dominis temporalibus & rectoribus, eorundemque superofficialibus supradictis, ne ipsi de hoc crimine (cum mere sit ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant vel iudicent, siue captos pro eodem crimine absque dictorum Episcoporum seu Inquisitorum aut saltem eorundem licentia vel mandato a carcere liberent, aut executionem sibi pro huiusmodi crimine a dioecesano vel inquisitoribus seu inquisitorie iniunctum prompte (prout ad suum spectat officium) facere seu adimplere detrectent, vel alias dioecesanorum aut inquisitorum iudicium, sententiam seu processum directe vel indirecte impedire praesumant.* Laicus enim solam executionem habet facta degradatione in clericis & traditione, ac ita vt nequidem possit iudicialiter cognoscere, an sententia lata a iudicibus fidei sit iusta, anue sit valida, anue inualida, nec de processu, neque de delicto, nec principaliter, neque incidenter, nec de quaestione iuris, neque nudi facti, aut quodammodo, etiamsi

damnato imponenda sit mortis poena, sed id omne iustitiae ac prouidentiae iudicum fidei remissum, nullumque dari recognitioni locum, pluribus autoritatibus allegatis asserit PIGNATELLVS *conf. CLXII. p. 188.* & *p. 189.* dicit: *Si Iudex siue magistratus secularis sciat etiam sententiam esse iniustam, quia a falsis testibus delictum fuit probatum, vel nullam, quia necessarius ordo non fuit seruatus, non idcirco posse ipsum processum discutere, ac de iniustitia vel nullitate sententiae iudicialiter cognoscere, nequidem supersedere ab executione sententiae, sed debere illam exequi. cap. XXVIII. Pastoralis. §. Quia vero,* de *offic. & potest. iud. deleg.* Adeo vt Inquisitor contra talem iudicem executionem detractantem tanquam fautorem haereticorum inquirere possit; *Idem p. 190.* asserit: Licet ab hac sententia nonnulli dissentiant, vt LOPEZ *prax. crim. canon. c. CXLIV. n. 2.* & DECIANVS *tract. crim. l. IV. c. IX. n. 121.* Et Episcopos cognoscere de his criminibus, non tantum si clerici, sed & si laici talia commiserint, patet ex *c. III cum ab ecclesiis,* de *offic. iud. ordin.* Crimina mixti fori sunt de quibus vterque iudex tam laicus, quam ecclesiasticus cognoscere potest, de quibus CLARVS *l. V. §. 1. n. 17.* FARINACIVS *qu. crim. VIII. n. 129.* & DECIANVS *l. IV. c. XXVII.* per *tot.* In quibus tamen praeuentioni locus, vid. SIGISM. SCACCIAS de *indic. l. I. c. XXIV. n. 14.* & GODOFR. a BAVO *tract. real. qu. XVI. n. 75. seqq.* Quando autem & per quos actus praeuentio inducatur, vid. apud DECIANVM *tract. crim. l. IV. c. XXI.* SCACCIAM *d. l. n. 58.* HILLIGERVM *l. XVII. Donell. enucleat. c. XVIII. lit. C. & E. p. 170.* Idcirco etiam punitus a laico in caussa mixti fori regulariter ab ecclesiastico alia poena affici non debet. Inter crimina mixti fori communiter quoque referunt sortilegium, ita vt eius cognitio tam ad iudicem laicum quam clericum spectet, vt affirmant PAVL. GIRLANDVS de *sortileg. qu. IX. n. 4.* in *Tract. Tractat. T. XI. P. II. fol. 394.* BINSFELD de *confess. maleficar. praelud. XIII. p. 141. XIV. p. 146.* FICHARD in *Syntagm. commun. opinion.* in verbo *Sortilegii crimen.* PIRRHING in *method. iur. canon. ad tit. de Sortilegiis p. 321.* Si vero cum hoc crimine admiscentur facta, vtpote homicidia, isto casu soli iudices seculares, etiam non

vocato Inquisitore cognoscere possunt; plurimum ita decisum esse affirmat IO. GRIVELLVS in *Dolan. Senat. decision decis. XXXIII. p. 106.* Ast si sortilegium est qualificatum, & simpliciter haereticale, tunc huiusmodi crimen dicitur mere ecclesiasticum, & spectat ad Episcopos vel Inquisitores priuatiue quoad iudices laicos, vid. FARINACIVS de *haeres. qu. LXXXI.* & PIGNATELLVS *consult. CXXXIV. T. II. p. 5.* Vbi autem sortilegium non sapit manifeste haeresin, ad quem Iudicem de illo cognoscere pertineat, dissentiunt, vid. IDEM *cons. CXXIII. T. I. p. 502.* In dubio tamen Inquisitorem de competentia cognoscere, & si ad eum pertinet pronunciare & declarare se iudicem vult FRANC. PEGNA in *Annot.* ad *Ambros.* de *Vignate* de *haeres. qu. XI.* in *Tract. Tractat. T. XI. P. II. fol. 9. fac. b.* Iure nouo sortilegia etiam simplicia pertinent ad Episcopos vel Inquisitores; & iudices laici ab eorum cognitione excluduntur, vt hac ex constitutione *Innocentii VIII.* quae incipit *summis desiderantes* & *Alexandri VI.* incip. *cum acceperimus*, ac *Sixti V.* cuius initium; *Coeli & terrae creator* declarat FARINACIVS de *haeres. qu. CLXXXI. n. vlt.* & ita praxi seruari dicit PIGNATELLVS *cons. XLIX. p. 138. cons. LII. p. 171. cons. CXXXIV. T. II. p. 5.* Et licet nonnulli existiment sortilegia simplicia, quae nullo modo ea committentes reddunt suspectos, de aliqua haeresi non comprehensa esse sub constitutione *Sixti V.* aliorumque; contrarium tamen asserunt SCACCIAS de *iudic. l. I. c. XII. n. 53.* & PIGNATELLVS *cons. CXXXVI. T. II. p. 10.* & *p. 12.* allegat ex decreto *Pauli V.* sub *anno 1606. Kal. Septembris.* hodie haec delicta pertinere ad Inquisitores priuatiue quoad alios indices praeter episcopum. Crimen coniurationis spirituum, quod attinet, quia illud non simplex sed qualificatum seu haereticale esse dicitur, ecclesiastici quoque iudicii censetur. Nam in *can. XXXIX. caus. XXIV. qu. 3.* vbi haereticorum sectae numerantur, Angelici recensentur, qui angelos colunt, ex quo arguitur, quod si adorantes & colentes angelos, inter haereticos computantur, multo magis spiritus seu daemones colentes & coniurantes de quibus *Extrau. Io. XXII.* quae incipit: *super specula:* Vnde & ARNOLDVS ALBERTINVS de *agnoscendis adsertionibus catholicis qu. XI. n. 7.* in *tract.*

tractat.

tractat. T XI. *P. II. fol. 61.* dicit: *Si vero coniuratio fieret ad malum, & tunc est consideranda intentio: quia aut coniurans inuocat daemonem credens eum habere a se potestatem operandi aliquid principaliter, & sic potestate actiua, prout dicebat Lappus, vt referunt scribentes in cap. accusatus §. sane de haeret. in 6. & tunc haec coniuratio sapit haeresin manifeste, quia attribuit potestatem daemoni* &c. Nec non CONRADVS BRVNVS de *haereticis l. I. c. II. n. 37.* primum edito in *Tractat. tractat. T. XI. P. II. fol. 272. Qui autem daemones inuocant, tum pro haereticis habendi sunt, vt eos adorandos esse existimant, funesta sacrificia eis offerentes, rursus ab ipsis, velut a praescriis futurorum petentes, nam hi idololatrae sunt, honorem deo debitum daemonibus tribuunt.* Sic & CAMILLVS CAMPEGIVS in *addit.* ad *Zanchin. Vgolinum* de *haeretic. c. XXII. n. 6. lit.* ꝯ in *Tract. Tractat. T. XI. P. II. p. 257.* late disputat, an spiritus seu daemones inuocantes tanquam sortilegii vel tanquam haeretici vel suspecti de haeresi sint habendi, & positis fundamentis de triplici modo inuocandi daemones ex *directorio Inquisitorum P. II. qu. XLIII.* tribus conclusionibus respondet, quas vtpote iam dicta multo illustrantes exscribere licet, & quarum prima haec est: *Si inuocantes daemonem honorem latriae his exhibuerunt, & de hoc conuicti fuerint, non vt sortilegi, sed vt haeretici in omnibus habendi,* quod seqq. tam per canones, quam per auctoritates Theologorum Pontificiorum, & ICtorum latius probat. *Secunda* conclusio est. *Etsi daemonum inuocatores honorem latriae daemonibus inuocatis non exhibeant, sed quidpiam ad cultum duliae duntaxat agant, nihilominus veluti haeretici habendi, & puniendi sunt. Id autem fit, cum quis daemones inuocans aliorum falsorum deorum nomina inter nomina spirituum bonorum vel faustorum in suis quibusdam nefariis orationibus miscendo mediatores in illis orationibus a Deo exaudiendos eos appellat, vel cereos accensos apponit, aut deum per eorum nomina vel merita obsecrat, vel quidpiam simile facit.* Sed *l. III. adnotat.* in *direct. schol. 50.* § *secundus casus* subiicitur: *non facile veniendum est in hanc sententiam, sed plurimum spectanda est personarum qualitas, & conditio & caussa, ob quam inuocant, & modus inuocandi, quae & augere culpam & suspicionem, & minuere plerumque*

rumque solent. *Tertiam* conclusionem *directorium* constituit, *nempe inuocantes & consulentes daemones etiamsi in inuocationibus & consultationibus manifeste non appareant, quod honor latriae seu duliae ipsis exhibentur, non vt sortilegi, sed vt haeretici iudicandi sunt. Quae conclusio ideo posita est, quia quam plures actus isti daemonum inuocatores exercent, in quibus non ita plane percipitur, an ipsis daemonibus honorem latriae vel duliae exhibeant, imo nullus quandoque videtur honos in his reddi aut dari.. Nam circulum in terra faciunt, quem signis aliquibus celestibus exornant, & aliis ignotis characteribus muniunt, puerum, virginem in circulo ponunt, ensem, speculum, amphoram vel aliud corpus planum vel lucidum aut perspicuum coram virgine statuunt, & super his Necromanticus artis magister seu minister librum tenens daemonem inuocat.* &c. Ast iterum *l. III. addit.* in *direct. schol. 50.* § *tertius casus* subiungitur: *Haec tertia conclusio multam habet difficultatem, nec est facile admittenda, ad quam intelligendam vide tradita.* Deinde *fol. 258.* asserit, quod si hi actus fiant sine errore intellectus & pertinacia in voluntate, illos facientes non sint haeretici, praesumantur tamen haeretici, adeoque in inquisitione ea de caussa quaerendi. Conf. ZIEGLERVS ad *Lancellotti institut. l. IV. tit. V. p. 957.* vbi nonnulla de quaestione, an & quando sortilegium sit haeresis, differit. Quod autem Inquisitores etiam huius criminis cognitionem sibi vindicent, patet ex litteris monitoriis, quas *Edictum fidei* appellant, quibus omnes cuiuscunque conditionis & status iubentur sub poena excommunicationis intra sex aut duodecim proxime sequentes dies Inquisitori reuelare, si quem nouerint haereticum aut de haeresi suspectum, sic in forma *Edicti fidei* in Hispania vsitati, quam exhibet LVDOVICVS PARAMVS in *histor. inquisit. l. III. qu. V.* §. *43.* & in latinam vertit PHILIPP a LIMBORCH *histor. inquisit. l. V. c. II. p. 252.* inter cetera dicitur post *medium. Aut si scitis vel auditu accepistis alias haereses, quod habeant aut habuerint daemones familiares, eos inuocando, & circulos fecerint eos interrogando de aliquibus rebus, & responsum eorum exspectando: aut sortilegi sortilegaeue fuerint: aut pactum tacitum vel expressum cum daemone inierint, miscendo in eius confirmationem sacra prophanis, tribuendo*

creatu-

tam rectae rationi, quam S. Scripturae & legibus humanis contraria sit, & ratione fori competentis nullum crimen ecclesiasticum dici possit, hocce quoque crimen non tam iudicii ecclesiastici, quam secularis dicendum est. **)

§. III.

---

creaturae, quod solius creatoris est peculiare. Ad inquisitores haereticae prauitatis pertinere de magia vtriusque sexus secta cognoscere ex multis Romanorum Pontificum sanctionibus autoritatibusque Inquisitorum probat LIMBORCH *histor. inquis. l. III. c. XXI. p. 231.* Et licet in processibus contra tales personas tutius ac decentius sit, vt Inquisitores perinde ac in caussis haereticorum procedant, & processus conficiant requisitis Dioecesanis secundum iuris dispositionem in *cap. per hoc* de *haeret.* in *VIto*, *Extrauag. ex eo Clement. I.* de *haereticis.* Nihilominus tamen ex his constitutionibus manifestum est, si soli velint procedere, quod id quidem facere possint, & quod soli procedentes fecerint, ac decreuerint, siue condemnando, siue absoluendo, id validum erit.

**) Haec, quae *not. praeced.* de iurisdictione ecclesiastica & exemtione clericorum ex principiis Canonistarum & Criminalistarum Pontificiorum tradidimus, tanquam iuri naturae, diuino & legibus humanis contraria non sine caussa in dubium vocantur. Quod ius *naturae* attinet, sana ratio dictitat, quod in vna Republica, si illa felix esse velit, vnum saltem caput esse debeat, penes quod sit summa potestas, vnde talis respublica, vbi duo sunt capita, nempe seculare & ecclesiasticum, tanquam biceps & monstrosa censenda est. Nihil quoque tam contrarium est saluti & quieti publicae, quae finis est omnium rerumpublicarum, quam si in republica quidam reperiuntur, qui exemti a Principis potestate, & alterius, qui saepius illi est aduersus, iurisdictioni subiecti esse praetendunt. Hac enim duplici iurisdictione optimas respublicas esse perturbatas historiae Impp. & Pontificum imprimis Gregorii VII satis docent. Quod ius *diuinum* spectat, *Veteri Testamento* summa potestas tam in sacris quam in ciuilibus Regibus adscribitur, nec vnquam inuenitur,

nitur, quod separata quaedam iurisdictio ecclesiastica a ciuili minime dependente esse debeat. Quod enim apud Iudaeos nullum speciale iudicium ecclesiasticum fuerit, ostendit IO. SELDENVS de *Synedr.* & *praefect. iuridic. veter. Ebraeor. l. II. c. IX. §. 5. seqq.* nec *Nouo Testamento* exemtio clericorum, separataque eorum iurisdictio inducta, sed potius prohibita est, vt patet ex locis S. Scripturae *Matth. XX. 25. Marc. IX. 34. Luc. XXII. 24. Rom. XIII.* sicut & *iure Canonico* antiquo ipsi Pontifices seculari iurisdictioni sese subiectos agnouerunt, vt liquet ex *c. IX. de capitulis,* & *c. vlt. dist. X.* nec non *c. XLII. Nos si incompetentes Causs. II. qu. VII.* vnde & saniores Pontificiorum hanc iurisdictionem ecclesiasticam exemtionemque clericorum neque iure diuino neque obseruantia priorum seculorum esse fundatam agnoscunt, quos magno numero citat OSVVALD HILLIGER *l. XVII. Donell. Enucleat. c. X. lit. X. p. 124. seqq.* vbi IAC. ANT. MARTAM de *iurisdict. ecclesiast. P. II. c. VI.* & alios, qui in extollenda autoritate clericorum nimis sunt impudentes, pluribus refutat. Nec in contrarium facit autoritas aliorum canonum, variorum conciliorum, nouiorumque decretorum Pontificum exemtionem Clericorum iurisdictionemque ecclesiasticam corroborantium, quia haec decreta conficta, postquam legitimo Magistratus iugo excusso, pontifices tyrannidem suam stabilire coeperunt, vid. THEODORICVS *colleg. crimin. disp. X. th. V. n. 48. p. m. 1387.* Quod in specie iurisdictionem ecclesiasticam attinet, certum quidem est disciplinam ecclesiasticam sacris litteris praeceptam esse, *Esaiae LVIII. 1. Ezech. III. 18.* & XXXIII. *7. I. Timoth. V. 20.* & *II Timoth. II. 25.* Sed haec disciplina ecclesiastica in primitiua ecclesia nullam inuoluebat iurisdictionem, nec iurisdictioni politicae quicquam derogabat, erat enim mere conuentionalis, & sic non per modum imperii, sed pacti exercebatur. Quod bene illustrat SELDENVS de *Synedr. l. I. c. IX.* in *fin. Nec disciplinam, quam sic exercebant, reuera in se iurisdictionem aut imperium habuisse dicendum,* (*vtpote quae auctoritate carebat publica*) *sed tantum ex pactis illis ac reuerentia, iurisdictionis ac imperii imitationem.* Add. IDEM *l. III. c. VII.* Hancque disciplinam confoedera-

tam

tam per tria priora secula non Episcopis & Presbyteris propriam, sed ecclesiae fuisse pluribus ostendit IVST. HENNING. BOEHMER *dissert. III.* ad *Plinium II.* & *origin. iuris eccles. c.* XX. §. *VII. p.425. seqq.* Etsi iam seculo III. Paulus Samosatenus Episcopus Antiochiae iurisdictionem priuatiue sibi vindicabat, quod tamen plerique improbabant, vid. EVSEBIVS *histor. eccles. c.* XXX. *Seculo* vero *IV.* cum religio christiana sub Constantino M. publici iuris fieret, Episcopi quoque maiorem potestatem affectarunt, & quaeuis pro imperio agere coeperunt. vid. SOCRATES *histor. eccles. l. VII. c. IX.* Episcopos enim ex eo tempore sub doctrina de Sacerdotio, quod in *V.T.* fundatum erat, omne Ius circa sacra & disciplinam, quae antea ecclesiis propria erat, priuatiue sibi vindicasse prolixe docet BOEHMER de *origin. iur. eccles. c. III.* §. X. *p.375.* seqq. Non tamen negandum est, ipsos Imperatores, *Constantinos, Theodosios* & *Iustinianum* Episcoporum potestatem nimis promouisse, vt constat ex *tot. tit. C.* de *Episcop. & Cler.* & inprimis ex *Nou.* LXXXIII. *c. I.* in qua Episcopis cognitio delicti ecclesiastici exclusis iudicibus secularibus est tributa. *Si vero ecclesiasticum sit delictum, agens castigatione ecclesiastica & multa, Deo amabilis episcopus hoc discernat, nihil communicantibus clarissimis prouinciae iudicibus, neque enim volumus talia negotia omnino scire ciuiles iudices: cum oporteat talia ecclesiastice examinari & emendari animas delinquentium per ecclesiasticam multam secundum sacras & diuinas regulas, quas etiam nostrae sequi non dedignantur leges.* Quamuis vero Episcopis in criminibus ecclesiasticis iurisdictio priuatiua esset concessa, in criminibus tamen ciuilibus nullam habebant cognitionem, ne quidem in clericos, illi enim si talia crimina commisissent, a iurisdictione seculari nondum fuere exemti, sed prouinciae praesidibus relicti, vt patet ex *cit. Nou.* LXXXIII. *praef.* §. 2. Ast sensim Clerici propria autoritate exemtionem in omnibus caussis a iudicio seculari sibi arrogarunt, vsque dum IMP. FRIDERICVS II. publica lege *Auth. statuimus C.* de *Episc. & Cler.* in totum Clericis exemtionem concessit, ita vt neque in ciuilibus, neque in criminalibus ad iudicium seculare traherentur; Certo certius est *Honorium III.* Friderico hanc constitutionem

extorsisse dilata per sexennium coronatione; De historia huius constitutionis vid. CONRING. de *iudiciis germ.* §. 72. & SCHILTER de *libert. eccles. germ. l. V. c. VIII.* §. 15. Hoc iure postea Pontifices strenue vsi sunt, vt patet ex *c. VIII. clerici* & *c.* X. *cum non* de *Iudiciis*. Quod ipsam iurisdictionem in laicos a clericis quoque sibi arrogatam attinet, notum quidem est, quod antiquis temporibus Episcopi non tantum lapsus clericorum, sed etiam laicorum ad forum ecclesiasticum traherent, sub specie de omnibus delictis poenitentiam esse agendum, qualem imponebant Episcopi huius intuitu in omnia delicta inquirentes. Ast cognoscendis criminibus non solenni vtebantur processu, sed per modum disciplinae procedebant, vt omnia ad forum internum referre viderentur, vid. MORINVS de *administr. sacram. poenit. l. I. c.* IX. Paulatim vero multa, quae ad processum pertinent, adhibita sunt, vsque tandem forum externum *secul.* XII. extructum sit. Cum enim *Innocentius III.* forum poenitentiale delegauit presbyteris, Episcopi criminalem iurisdictionem modo quodam politico sibi asseruerunt, quae tandem occasionem dedit, vt distinguerentur inter delicta clericorum & laicorum, ita vt illa ad forum Episcopi pertinerent, non haec nisi essent ecclesiastica vel mixta, vid. ESPENIVS de *iur. eccles. P. III. tit. IV. c. I.* & BOEHMER. *annot.* ad *Schilteri Institut. Iur. Can. l. I. tit. XIX. p. 192. seqq.* Et IDEM *iur. ecclesiast. l. II. tit. II. §. XXXV. p. 1007.* Imprimis mirandum est, quod clerici etiam quaedam delicta ciuilia ad suum forum pertraxerint, sub praetextu: quod & talia respectum ecclesiastici delicti contineant, ea de caussa mixta dixerunt; Sed bene notat ANT. MATHAEVS de *criminibus prolegom. c. IV. §. VI. p. 52.* hoc factum esse *magno legum principumque ludibrio, dum aut crimina, quae non poterant sine manifesta calumnia sibi solis vindicare, callido commento mixta dixerunt, aut constitutionibus diuinis humanisque conculcatis, clericos iurisdictioni magistratuum subduxerunt;* Plura de historia iurisdictionis ecclesiasticae vid. apud PAVERMEISTER de *iurisdict. l. II. c. IV.* & *VII.* & MATH. STEPHAN. de *iurisd. l. I. c. XXXI.* & *l. II. c. III.* qui tamen saepius nimis sunt Papizantes. Hodie quoque adhuc Episcopi exercent iuris-

iurisdictionem ecclesiasticam in terris principum pontificiorum sacris addictis, & quia Episcopi multitudine rerum aucta expediendis negotiis impares fuerint, vicarios, qui specialius officiales, vel ab aliis Missi Dominici appellantur, sibi constituerunt, qui iurisdictionem exercent, & Consistorio Episcopi praesunt, vid. BOEHMER *annot.* ad *Schilter. Instit. iur. can. l. I. Tit. V. membr. I. p. 21.* & PETR. LEVREN de *Vicar. Episc.* Quae iura vero Vicario sub iurisdictione concessa competant, & quae reseruata sint Episcopo, de iis plenius agit LEVRENIVS *cit. tr. qu. XCVI. seqq.* & LINCKIVS de *iur. Episcop. c. XV. n. 18. seq.* In Germania vero Episcopi pontificii quia plerumque simul sunt Principes Imperii, praeter ecclesiasticam iurisdictionem simul secularem exercent, a quibus tamen in caussis secularibus non ad iudicia superiora ecclesiastica, sed ad Cameram Imperii, vel ad iudicium aulicum appellandum est, vid. *Reichs-Abschied de anno 1654.* §. *164.* & *Capitulat. Caroli VI. art. XIV.* Et licet criminalis iurisdictionis exercitium ad infligendam poenam sanguinis Episcopi per se non habeant, *c. X.* de *excess. Praelat.* & *c. V. ne clerici vel monachi secular. negot.* per suos tamen seculares iudices merum imperium hodie exercent, quod & permissum est in *c. final. Ne clerici vel monachi secular.* in *VIto.* Verum apud Protestantes sublata omni Episcoporum potestate, quin & sublato omni imperio papali, quod adhuc maius quid inuoluit, non solum per *Transactionem Passauiensem* de *anno 1552.* & per *Pacem religiosam anno 1555.* in Comitiis *Augustanis* conclusam §. *XI.* sed etiam per *Pacem Westphalicam art. V.* §. *XLVIII.* ad Principes protestantes omnia iura circa sacra, quae ipsis, qua talibus iam competebant, & saltem a Papa & Episcopis iniuste hactenus vsurpata erant, iure quasi Postliminii rediere, ita vt hi principes cognitionem & punitionem tam in sacerdotes & personas ecclesiasticas, quam in reliquis caussis spiritualibus iure territorii habeant; Interim tamen principes consistoria constituere, in quibus huiusmodi lites & caussae ad Episcopalem iurisdictionem olim pertinentes, plerumque expediuntur, grauiorum excessuum animaduersione iudicibus loci secularibus commissa, quod in Electoratu & Ducatibus

 Saxo-

Saxonicis obſeruari teſtatur THEODORICVS *c. l.* Communiter quidem ſtatuunt, vt OSWALD. HILLIGER *Donell. enucleat. l. XVII. c. X. lit. cc. p. 129.* MATH. STEPH. de *iurisdict. l. II. P. I. c. XVII. n. 471. ſeqq. l. III. c. l. n. 15.* & CARPZOV. *iuriſprud. conſiſt. l. I. defin. II.* & *IV.* quos & alii ſequuntur, Principes non iure proprio, ſed conceſſione Imperii, vigore dictae transactionis, iura epiſcopalia cum iurisdictione eccleſiaſtica habere, & quaſi ex fiduciario contractu iis credita & commiſſa eſſe; exiſtimant enim Principes duplicem gerere perſonam eccleſiaſticam & politicam, eſſe Epiſcopos & ſimul Principes in ſuo territorio, indeque iurisdictionem eccleſiaſticam non tanquam Principes, ſed tanquam Epiſcopos exercere, & tales cauſſas in conſiſtoriis omnino cognoſci & definiri debere, nec iudicio ſeculari committi poſſe. Verum haec doctrina ſapit tectum Papiſmum, & fluit ex erroneo conceptu de republica eccleſiaſtica & ciuili, qualem in quouis ſtatu effingunt Pontificii, vt conſtat ex MARC. ANTON. de DOMINIS *tract.* de *Republ. eccleſiaſt.* quo & collimat PETR. de MARCA *tract.* de *concordia Sacerd. & imper.* aliis tamen adhuc moderatior. Hanc autem hypotheſin ſolide refutauit PVFENDORFFIVS *tract.* de *hab. relig. ad vitam ciuilem*, oſtenditque eccleſiam quidem in Republica, ſed non partem Reipublicae eſſe. Licet quidem Noſtrates in eo a Pontificiis recedant, vt eccleſiam reipublicae coordinent, cum illi Rempublicam ei ſubordinent, duplicem tamen adhuc iurisdictionem eſſe ſtatuunt, eaque de cauſſa duplices perſonas in principe fingunt. Sed hic duplex reſpectus neutiquam admittendus, competit enim cuilibet Principi, qua tali omnis iurisdictio & ius ſacrum, quod iniuſte ab Epiſcopis occupatum, cum primitus illud non haberent, vt ante docuimus. Hinc & principes Pontificii tale ius habent, & ſaltem ipſorum culpae eſt adſcribendum, quod illud ſibi non vindicent, ſed clericis relinquant. Habent autem Principes Imperii proteſtantes hoc ius ſacrum iure ſuo, quia ſunt Principes, non demum ex conceſſione pacificationis, alias enim ſequeretur, quod Reges Daniae Sueciae &c. id non haberent, quia nihil ipſis conceſſum eſt; Omnino tamen neceſſe fuit, vt Principes proteſtantes per adductam

transactionem & instrumentum pacis sibi prospicerent, ne Pontificii eos in exercendo iure suo perturbarent, conf. STRAVCH. *differt. Acad. III.* §. *36.* KVLPIS. ad *Monzambanum c. V.* §. *XII. p. 98.* & L. B. de LYNCKER de *superioritate sacra.* Ex professo autem STEPHANVM & CARPZOVIVM *c. l.* refutauit IAC. FRID. LVDOVICI *Einleitung zum Consistorial. Procefs c. II.* §. *IV. p. 17. seqq.* add. *Autor meditat. ad Instrum. Pac. art. V.* §. *XLVIII. p. 709.* & BOEHMER *annotat.* ad *Schilter. l. I. Tit. VII.* §. *VI. p. 120.* nec non *diss.* de *iure episcopal. princip. euangelic. 1712. Halae 4.* qui erroneam opinionem de duplici respectu Principis reiicit, ostenditque, quid intersit, si illa hypothesis admittatur. Hoc ipso tamen non eo dilabimur, vt asseramus, Consistoria plane non esse toleranda; Sed sicut Princeps saepius in aliis caussis separata iudicia ad meliorem earum indagationem constituit, ita & in caussis, quae res vel personas ecclesiasticas concernunt, separatum iudicium erigere potest, inprimis si eius terrae sunt amplae, & alia iudicia caussarum negotiis sunt obruta, vt ita melius & citius caussae ecclesiasticae possint expediri, recte & bene Princeps separatis iudiciis seu consistoriis ea de caussa constitutis earum cognitionem committit, reseruato tamen sibi iure supremae cognitionis. Quod autem in specie delicta & excessus clericorum attinet, si sint leuiora, eorum cognitio & punitio hodie in plerisque terris protestantium referri solent ad consistoria, si vero sint grauiora, generalis quidem eorum inquisitio relinquitur consistorio, specialis vero committitur magistratui seculari, quod in foris Saxonicis & Brandenburgicis obseruari patet ex *Chur-Sächsische Kirchen Ordnung c. X.* & *Magdeburgische Procefs-Ordnung c. L.* §. *20. seqq.* quod & testantur CARPZOV. *Iurispr. Consistor. l. III. defin. V. n. 4.* & *prax. crimin. P. III. qu. CX. n. 87.* nec non BRVNNEMAN. *iur. eccles. P. II. c. XIX.* §. *29. seqq.* & *l. III. c. I.* §. *20.* Quod delicta secularium personarum spectat, licet eorum cognitio & punitio nulla distinctione habita, magistratui ciuili competat, attamen delictorum in disciplinam ecclesiasticam impingentium & modicorum excessuum coërcitionem ad consistoria spectare affirmant CARPZOV. & BRVNNEM. *c. l.* add.

ordinat.

ordinat. Consist. Ienens. tit. X. Cum igitur crimen sortilegii aliorumque huius farinae in foris protestantium non a consistoriis, sed a secularibus inquirantur & puniantur, vid. SCHRADER de *causs. for. ecclesiast. c. I. tit. XI. §. 12. seqq.* & BRVNNEMANN. *l. II. c. XVIII. §. 4.* ibique STRYCK. in *notis* hoc quoque crimen secularis fori iudicandum est; Sicut iam antiquis temporibus nonnulli inter pontificios extitere; qui huiusmodi criminis cognitionem ad secularem magistratum spectare pluribus vindicarunt, vt IO. FRANCISC. PONZINIBIVS *tract. de lamiis n. 2. 7. seqq.* in *Tract. tractat. T. XI. §. II. fol. 357.* Equidem contra ipsum scripsit F. BARTHOL. SPINEVS de *praeeminent. Theolog. super alias scient.* in *Tract. tract. fol. 369.* ast huius argumenta multo infirmiora illius rationibus esse, quilibet facile videt. Sic & in Gallia horum criminum cognitio & punitio non ad ecclesiasticos, sed ad seculares iudices pertinet, vt testatur IO. BODINVS *Daemonom. l. IV. c. I. p. 538 olim ad ecclesiasticos iudices non autem ad laicos haec cognitio pertinebat: quam sententiam prosequente Episcopo Parisiensi decretum Parlamenti factum est anno MCCLXXII. Postea vero iudicibus laicis cognitio attributa, ecclesiasticis ademta est sancto eiusdem Parlamenti decreto anno MCCCXC.* Idem in Germania apud Pontificios obseruari affirmat MELCH. GOLDASTVS *von Confiscation der Zauber Güther §. XL. p. 104.* Vt & iam ante reformationem Principes Germaniae iudicibus ecclesiasticis eiusmodi causas ad ipsorum forum trahentibus se opposuerunt, quod liquet ex *Constitutione criminali Bambergensi, Moguntiae 1508.* edita, vbi Episcopus Bambergensis statuit de crimine Magiae coram iudicibus laicis agendum esse. Sic & *Carolus V. constitut. criminal. 1521.* composita, sed *1532.* demum promulgata, in qua plurima ex Bambergensi depromta, *c. XLV. L. LII.* & *CIX.* cognitionem criminis Magiae iudicio seculari tribuit, excluso ecclesiastico. Vnde & inter grauamina Statuum Imperii in comitiis *Noribergensibus 1523.* exhibita apud SCHILTERVM de *libertat. eccles. Germ. l. VII. c. II. p. 859.* extat *grauamen LXX. quibus artibus iudices ecclesiastici causas promiscuas solis sibi vindicare conentur.*

*) Regu-

§. III.

Processum criminalem communiter diuidunt in ordinarium, & extraordinarium, hunc dicunt, quando extra ordinem seu non seruato iuris ordine proceditur, eumque obtinere volunt in criminibus exceptis, inter quae ob delicti enormitatem pernitiem, & obscuritatem Sortilegium vel quamlibet Magiae speciem referunt; *) Sed sicut haec diuisio criminum in excepta,

*) Regulariter quidem processus ordinarius dicitur, qui fit per modum accusationis solennis: extraordinarius vero, qui fit per inquisitionem, vt hoc affirmat CARPZOV. *prax. crim. P. III. quaest. CIII. n. 21. p. 20.* Sed cum hodie processus inquisitorius sit remedium ordinarium vt IDEM *c. l. n. 50. p. 24.* probat; processus extraordinarius hoc loco vocatur, quando tam in accusatione, quam in inquisitione plane extra communem & legitimum ordinem processus criminalis, vel iure priuilegiorum & consuetudinis locorum, vel ex natura ipsorum criminum exceptorum proceditur. Et ita processum criminalem diuidit HERMANN GOEHAVSEN *process. iurid. contra Sagas praeloqu. p. 4. quomodo sequitur, daß der Ordinarius rerum criminalium processus, welcher sonsten in gemeinen Brauch vnd Vbung ist, dupliciter instituiret werden, entweder durch die Obrigkeit, praeuia inquisitione procedendo ad capturam, vnd darauf vermitelst eines Fiscals ausgeführet, oder aber durch Priuat-Personen als peinlichen Anklägern angestellet vnd geendiget. Extra ordinem vero verfahren in Criminal-Sachen, vel certi quidam Magistratus, welche hierüber sonderliche Freyheiten, auch Königliche vnd Kayserliche Priuilegia oder Begnadigungen haben, wie gemeiniglich bey vornehmen Erb- Frey- vnd Reichs-Städten also Herkommens, oder ex concessione imperatoria im Gebrauch gehalten wird, vel magistratus omnes veluti in criminibus exceptis praesertim veneficii, crimine, vt ita loquar, exceptissimo, ob ipsam scilicet eius enormitatem, pernitiem & obscuritatem.* Hancque esse multorum Criminalistarum sententiam pluribus allegatis Autoribus probat *p. 6.* Modum autem procedendi extraordinarium in criminibus exceptis

ptis obtinere ſtatuunt: in iis enim iudicem transgredi poſſe communes iuris regulas putant DECIANVS *tract. crimin. l. IX. c. XXIV. n. 16.* & CVNRAD HARZ de *reor. & inprimis venefic. inquiſ. iurid inſtit. concluſ. IV. n. 7. ſeqq.* ibique *Anonymus* in *not. intercal.* Dicuntur vero crimina excepta, vt FARINACIVS de *delict. & poen. l. I. Tit. III. qu. XVIII. n. 60* ait: *quae ſub generali legis diſpoſitione non continentur, ſed ſemper excepta cenſentur, qualia ſunt illa, quae directe vergunt in corporale vel ſpirituale damnum publicum, vt eſt crimen laeſae maieſtatis, coniuratio haereſis, veneficium* &c. quae refert & enumerat FARINACIVS *d. n. 60. Non excepta autem ſunt illa, quae veniunt in generali diſpoſitione legis.* Dd. valde inter ſe diſceptant de eo, quod dicit *Farinacius* SEMPER EXCEPTA cenſentur. MARTINVS DELRIO *diſquiſ. magic. l. V.* in *append. II. qu. I.* haec crimina non quoad quaedam tantum, ſed quoad omnia, nimirum iuris poſitiui decreta, atque ita non tantum reſpectu poenae grauioris, ſed etiam reſpectu proceſſus & ordinis iudiciarii excepta cenſeri voluiſſe *Farinacium* dicit. Sed MASCARDVS de *probat. vol. III. concl. 1311.* & alii ab ipſo citati haec crimina non quoad procedendi modum, ſed quoad poenae exceſſum excepta vocari ſtatuunt. Alii vt loquuntur DECIANVS *conſ. conſ. XVIII. n. 42.* MENOCH. *conſ. C. n. 66.* concedunt quidem exceptionem quoad modum procedendi, ſed ſaltem in inquiſitione, non vero in tortura. Alii vt TANNERVS de *proceſſu aduerſus Sagas* ad *II. 2. Thomae qu. 67. a. 2. & 3.* iſta crimina a communi proceſſu in plerisque rebus excipiunt, non vero in iis, quae rationi & aequitati naturali conſentanea, quaeque in criminibus priuilegiatis ſeu exceptis tum iura communia, tum particularia ſtatuta locorum, ſi qua de his extant praeſcribunt, cui ſententiae etiam accedere videtur autor *cautionis criminalis* (quem fuiſſe FRIDERICVM SPEE Ieſuitam iudicat LEIBNITIVS in *epiſtola* ad *Mad. Scudery* apud IOACH. FRIDER. FELLERVM *monument. inedit. Trim. IV. p. 254.* add. LEIBNITII tractatus *ſur la bonté de dieu & la liberte de l'homme P. I. p. 115.*) *qu. V.* ex verſione *Hermanni Schmidii p. 5. Daſs man in keinem Laſter, es ſey exceptum oder non exceptum, gemein oder auſſer der*

Ord-

Ordnung den Process anders führen könne, oder solle, als wie es die rechte regulirte Vernunfft erfordert, wie es denn auch zweytens ein gantz falscher Wahn ist, dass man in den ausgenommenen Lastern schlechthin von alle deme abweichen müssen, was in den allgemeinen beschriebenen vorgeschrieben ist; Ich gestehe zwar, dass man dessen etwas unterlassen vnd vorbeygehen können, aber nicht alles; vnd wird man mir aus keinen Rechten ein anderes erzwingen oder beybringen. Licet hic autor re ipsa istam diuisionem criminum in excepta & non excepta passim in dicto tractatu reiiciat, vt ex *sequenti nota* patebit. De hac distinctione criminum mentem suam ita exprimit HERM. GOEHAVSEN in *decis. qu. XVI. p. 160. Quare quod dicuntur crimina excepta, ist nicht dahin zu verstehen, dass eine iede Obrigkeit bloss ihres Gefallens vnd Willens, vnd also absolute hierin handeln vnd verfahren solle, sondern dass gleichwohl extra ordinem, seu non seruato iuris ordine die Missethäter erkundiget, darüber erkand vnd geurtheilet werden möge, secundum tamen leges & iura, das ist nicht ex propria conscientia & affectu, sondern nach Auswreisung der Rechten, vnd deren Lehrer; Hinc magis proprie haec priuilegiata crimina extraordinaria, siue irregularia, quam excepta vocantur, equidem etiam haec appellatio admitti potest, sed sensu congruo, vt intelligantur a iure communi, in Plerisque excepta, ac ita non statim exceptum crimen sit, quod speciali aliquo casu a sua regula transit, & exceptionem parit.* Add. IDEM in *processu contra Sagas, praeloqu. p. 6.* & *7.* Inter ista crimina excepta cum propter difficultatem consuetae probationis, tum propter enormitatem ac ingentem pernitiem aduersus bonum commune, inprimis quoque referunt crimen Magiae seu sortilegii, inque illo extra ordinem procedi debere statuunt; Sic HERM. GOEHAVSEN *decis. quaest. XVI. p. 159.* affirmat. *Atque in his criminibus potissimum esse videtur veneficium siue Magia strigum, quod sua natura admodum est contagiosum, ita vt instar haeresis velut cancer serpat, semperque plures in societatem pertrahere moliatur, & insuper clam & proditorie in locis solitariis & plerumque nocturno tempore absque omni teste, qui particeps criminis non sit, idque continuato quasi studio perpetrari solet, atque hinc fit manifeste, ordina-*

excepta & non excepta, vt eam vulgo explicant, nullo iure nec ratione fundata est, quin & in crimine Magiae aliisque huius similibus, quo grauiora & occultiora illa sunt, eo cautius procedendum, ne innocentes arripiantur; ita & in illis, nec non in crimine coniurationis spirituum non processus extraordinarius, sed ordinarius locum habere debet; Vnde non mirandum est, quod superioribus seculis talis extraordinarius, vel potius inordinatus processus in crimine Magiae tanta peperit mala, sed magis allaborandum, vt illi abusus corrigantur, & in eo legitime procedatur. **)

§. IV.

---

rium processum in hoc crimine veneficii inquirendo & puniendo, vndequaque locum habere non posse. Qua de caussa crimen hoc, inter excepta, vt ita dicam, exceptissimum, ob ipsam scilicet eius enormitatem, pernitiem ac obscuritatem recte vocaueris. Quotupliciter autem crimen occultum dicatur, docet IAC. SIMANCA de *catholicis instit. tit. XLII. n. 1.* in *Tract. Tractat. T. XI. P. II. fol. 173 fac. b.* Sic & in aliis Magiae vel superstitionis speciebus, ad quas etiam crimen coniurationis spirituum certo respectu referri potest, ordinarium processum criminalem non admittendum esse statuunt IO. BODINVS *daemonom. l. IV. c. III. p. 583.* FRANC. de PONZINIB. *tract.* de *lamiis n. 19.* in *Tract. Tract. T. XI. P. II. fol.* & PETR. BINSFELDIVS de *confession. maleficor. membr. II. conclus. VI. p. 325.*

**) Haec distinctio criminum in excepta & non excepta, quod nempe illa tam quoad poenam, quam quoad processum semper excepta sint, non solum legibus est contraria, sed & omni rationi & aequitati aduersatur. Quod leges attinet, illae communem procedendi modum in omnibus delictis in genere nulla exceptione habita praescribunt, vt patet ex *l. 16. C. de poen.* & ex *Constitut. crim. art. LXXXIII. In allen peinlich-gerichtlichen Händeln sollen Richter vnd Schöpfen diese vnsere Ordnung vnd Satzung haben, vnd darnach handeln*; Cum igitur leges & constitutiones, quae de processu crimi-

nali

nali loquuntur, in genere de omnibus delictis disponant, nec ab istis regulis quaedam crimina sunt excipienda, donec expressa exceptio doceatur, quae in dubio non praesumitur. Equidem ad defendendam suam sententiam citant *l.7. C.* de *Malef. & Mathem.* vbi dicitur, quod etsi regulariter corpora honoribus praeditorum tormentis excepta, in crimine tamen Magiae praesidio dignitatis exutus tormenta non fugiat. Sed ab hac singulari exceptione non potest argumentari, quod crimen Magiae in aliis quoque articulis sit exceptum. Sic quoque porro ad stabiliendam sententiam allegant *c. V. In fidei fauorem* de *haeret.* in *6to.* vbi excommunicati participes & socii criminis admittuntur in testes contra haereticos, si praesumantur, verisimiliter veritatem deponere. Ast iterum haec est specialis exceptio, quae non extendenda ad reliquos articulos processus, inprimis lege tacente, ne dicam, quod haec constitutio plane sit reiicienda, cum procedat ex nimo Pontificum zelo contra haereticos quouis modo licet etiam iniusto grassandi, quos deinde nonnulli Protestantes hac in re incaute secuti sunt, non animaduertentes se gladium illis porrigere ipsos iugulandi. Non solum autem nulla lege, sed & nulla ratione illa sententia est fundata. Quod enim *primo* dicunt ideo crimen Magiae esse exceptum, ac in eo non seruato legitimo ordine procedi posse, quia hoc crimen maxime sit enorme & detestabile, & per consequens a communi iuris regula exceptum; Equidem verum est, quod in huiusmodi criminibus enormibus ratione poenae extraordinarie procedi possit, ita vt illa propter delicti enormitatem exasperari possit, quo eo magis delinquentes ab eo deterreantur, ex eo autem non potest colligi, quod in huiusmodi criminibus leuioribus indiciis contra talem, de quo nondum constat, an eiusmodi sit reus, ad inquisitionem, torturam, vel condemnationem procedendum sit; Sed sicut in aliis delictis certa sufficientia indicia & probationes requiruntur ad inquisitionem, torturam vel condemnationem, cum non solum tortura medium sit admodum fragile, sed & valde metuendum, ne sine sufficientibus indiciis & probationibus praecedentibus innocentes pereant; ita in criminibus exceptis, & in specie in crimine Magiae indicia esse

debent non leuiora, sed adhuc maiora, quia in istis maius periculum imminet, cum concernat vitam & famam hominis, hinc & maiori cautione opus est. Quod etiam confirmat HIPPOLITUS RIMMINUS *consil. Vol. I. consil. LXXXVIII. n. 43.* & *Vol. III. cons. CCCLXI. n. 32.* dicens: *quo maius & grauius crimen est, eo maiora & grauiora indicia quoque esse debent, quia maius periculum metuendum est, cap. 3. vbi periculum de elect. in 6to* cum hoc conuenit FARINACIUS *quaest. XXXVII. n. 88.* etsi hanc exceptionem subiicit, nisi tale crimen sit occultum & difficilis probationis, quae tamen minime admittenda est, vt ex *seqq.* patebit. Licet enim crimen Magiae sit occultum & obscurum, ex eo tamen non inferendum est, quod hic vel ille reus sit illius delicti, adeo vt contra eum leuioribus indiciis procedi possit. Potius dicendum est, quod in tali crimine, quia est occultum, maiori cautione opus sit, cum enim in ordinariis & pene notoriis delictis certa indicia desiderentur, multo magis in delictis occultis sufficientia indicia esse debent, quo difficilius sensibus humanis deprehendi possunt. Eleganter hoc exprimit FRIDER. SPEE autor *caution. crimin. qu. XXXVII. n. 4. p. 137. Ia das gerade Wiederspiel folgt vielmehr daraus, dann ists ein verborgen vnd verdunckeltes Laster, so muss ich nichts vveniger, sondern desto mehr Schein vnd Licht haben, dass ichs erfinden könne; Ists schvver zu bevveisen, so muss ich nicht geringere, sondern stärckere Gründe zum Bevveissthum haben, auf dass ichs, vvo nicht gantz, doch bey nahe vollkömlich auf einen bringe. Dann ich vveiss nicht, vvie ich das verstehen oder begreiffen solle, dass man sagt: ein Ding sey schvver zu bevveisen, vnd man könne es doch leichter bevveisen. So man dann in gemeinen Lastern, so nicht also schvver zu bevveisen sind, die blosse Muthmassungen zurück vviese, so muss mans vielmehr in solchen Lastern thun, vvelche schvverlich zu bevveisen sind.* Add. *qu. VIII. n. 2. p. 8.* Quod denique *tertiam* rationem attinet, crimen Magiae ideo esse exceptum & in eo ordinarium processum non esse obseruandum, quia maxime pernitiosum sit saluti publicae, illa pari modo falsa & absurda est, vt iterum bene explicat laudatus SPEE *cit. loc. n. 10. p. 138. Ich bin nicht in Abrede, dass man den gemeinen*

Nutzen

Nutzen helffen solle, *sondern sage vielmehr*, *dass so bald man dieses Lasters halber den geringsten Schein oder Verdacht haben kan*, *man schuldig sey sich des gemeinen Bestens anzunehmen, iedoch dass selbig nit auf eine iede Weise, wie einen gelüsten möge, es geschehe mit Recht oder Unrecht, mit oder wieder Vernunfft; dem gemeinen Nutzen soll und muss man helffen, doch also, dass niemand wieder Vernunfft handele, noch auch den natürlichen Rechte, noch der Christlichen zuwieder thue, oder selbige verletze, welches aber ohne allen Zweiffel geschehen würde, wenn man aus so liederlichen Uhrsachen, Anzeigungen und Gründen seinem Neben-Christen ein so grosses Unglück, darauf seine Ehr und Leben stehet, als die Tortur ist, über den Halss führen, und der Vernunfft zuwider, ie grösser das Laster ist, du dennoch aus desto geringern Grund wieder ihme procediren, und dir einbilden woltest, dass ie heimlicher und verborgener es ist, ie leichter du so weit dahinter kommen wärest, dass du zur Tortur schreitenköntest.* Idem in *seqq.* eorum opinionem, qui in crimine Magiae, aliisque, quae appellant excepta, leuiora indicia & probationes sufficere putent, latius refutat, simulque ostendit, illam legibus, rationi, aequitati, & christiano amori plane aduersari, vnde & in *fine cit. quaest.* subicit: *Bleibts demnach dabey, dass diese Meynung falsch und irrig sey, welche da will, dass man in den ausgenommenen, heimlichen und verborgenen Lastern auf geringere indicia gehen könne, als bey den andern gemeinen Lastern, so gar, dass ich dafür halte, dass man darinnen desto stärckere und gewissere Gründe und Anzeigungen haben müsse.* Cum igitur in hoc crimine potius maiora indicia requirantur, maior quoque & extraordinaria cautio in modo procedendi habenda est, & hoc respectu modum procedendi extraordinarium appellari posse admitto, non vero eo sensu, quod in illo crimine, omisso ordinario & legitimo ordine agi possit; Et contra illos processum ordinarium etiam in crimine sortilegii obseruari debere recte probant IO. GE. GODELMANNVS de *Mag. & Venef. l. III. c. I. n. 20. seqq. p. 5.* DAN. MOLLERVS in *comment. ad constit. Saxon. P. IV. const. II. n. 17.* MATH. BERLICH. *conclus. practicab. P. IV. conclus. V. n. 4. p. 67.* & alii ab ipsis citati. Sic & ERNEST. COTHMANN *Respons. iur. Resp.*

XII.

XII. n. 59. p. 118. & apud ADAM. VOLCKMANNVM *Processf. crimin. P. III. Sect. XII. conf. XLVI. c. I. n. 14. p. 274.* ita statuit: *Wir vvollen aber hierbey betrachten, ob es der Wahrheit gemäss sey, dass von etlichen vorgegeben vvird, als vvenn es bey den peinlichen Sachen, sonderlich aber bey gegenvvärtiger Missethat der Zauberey des ordinarii processus nicht bedürffte; Vnd zvvar meinem Gutdüncken nach halte ich dafür, dass solche Meynung nicht allein irrig, sondern auch allen Geistlichen vnd Weltlichen Rechten zuvvieder vnd gantz gefährlich sey,* quod in *seqq.* rationibus & autoritatibus probat. Nec obstat *l. 8. π.* de *iud. publ. Ordo exercendorum publicorum capitalium in vsu esse desiit, durante tamen poena legum, cum extra ordinem crimina probantur.* Loquitur enim PAVLVS ibi de veteribus iudiciorum formulis & scrupulosis solennitatibus, quae iam sub Imperatoribus sublatae, vid. BRISSONIVS *l. II. select.* Et hoc sensu omnia delicta sunt extraordinaria & arbitraria ratione modi procedendi. Sicut & *Constit. crim. art. XVIII.* & *XXIV.* quia propter tantam rerum, factorum circumstantiarumque varietatem, omnia legibus definiri non possunt, plurima arbitrio iudicis commissa, & saltem quaedam indicia tanquam exempla notata sunt; Ratione poenae diuiduntur delicta adhuc hodie in ordinaria, quae vniformes & taxatas poenas habent & extraordinaria, quae arbitrarias poenas habent, vid. FOLLER. *pract. crim. c. XVI. n. 18.* Et licet in *titulis π.* quibus extraordinaria crimina tractantur, nonnunquam poenas expressas legamus, certae tamen poenae non certis legibus definitae sunt, sed constitutionibus & responsis prudentum variae poenarum species commemorantur, quae peccantibus extra ordinem infligi solent, vt bene monuit ANT. MATHAEVS de *crim. proleg. c. IV. n. 10. p. 57.* Speculum ergo, quod intueatur iudex, non legem, quam sequatur, certam habet; Quod vero omnia delicta hodie arbitraria dicantur, non ita crasse accipiendum, vt totus processus poenaeque prorsus pro lubitu in arbitrio iudicantium sint, sed possunt iudices in casibus eorum arbitrio relictis vel non expresse decisis pro personarum & admissi qualitate variisque circumstantiis, & in procedendi modo & in poenae irrogatione arbitrari, modo eorum arbitrandi

potestas

potestas neque iuri naturae, neque Legibus ciuilibus contrarietur conf. ANT. MATTHAEVS de *crimin. prolegom. c. IV. n. 2.* & *10. p. 58. seqq.* DELRIO *disquis. magic. l. V. Sect. I. p. 8.* & MENOCHIVS de *arbitr. iudic. quaest.* Quod vero DELRIO *c. l.* GOEHAVSEN supra *c. l.* & alii tam quoad procedendi ordinem, quam respectu indiciorum & torturae, nec non, ratione excessus poenae, ab his adhuc excepta imo exceptissima arbitraria statuant, interque ea sortilegium referant, id tacentibus & renitentibus legibus, saltemque Pontificiorum inquisitorum autoritatibus suffulti faciunt, casus vero, in quibus excepta ab ordinariis recedant, contra omnia iura & aequitatem esse in ipsa processus disquisitione §§. *seqq.* docebitur. Quam pernitiosus & execrabilis superioribus seculis extraordinarius iste, vel potius inordinatus & perversus modus contra tales magiae suspectos procedendi fuerit, historiae illorum temporum satis testantur. Iisdem tamen jam temporibus nonnulli extitere, qui iniustitiam & crudelitatem horum processuum satis animaduerterunt, eaque de caussa summam cautionem in ejusmodi casibus obseruandam esse suaserunt. Sic. FRANC. BALDVINVS *comment.* in *Tit. XVIII. libr. IV. Instit. Iustinian. p. m. 696. Sed quo grauius & ab hominis ingenio magis alienum est hoc malum, eo maior adhibenda est cautio, ne quis eius praetextu ab aduersariis temere obruatur. Facile enim hic quiduis confingere potest ingeniosa simultas, ut & multitudinem credulam statim commoueat, & attonitos iudices irritet aduersus eum, quem cum daemonibus rem habere mentitur. Ante annos sexaginta sensit infelix nostra patria magno suo modo huiusce generis calumnias. Magna erat Valdensium mentio, quos aduersarii tractabant, nescio quid commercii habere cum immundis spiritibus. Huius criminis praetextu optimi quique statim opprimebantur. Sed tandem Parisiensis Senatus causa cognita vidit meras esse Sycophantias: infelices reos liberauit, improbos Sycophantas cum iniquis iudicibus damnauit, extatque adhuc eius hac de re Arrestum edictum 20. Maii 1491.* Iniustitiam processus Inquisitorii contra hos Valdenses demonstrauit quoque PHIL. a LIMBORCH *histor. inquis. l. 1. c. XXIII. p. 76.* Add. BOXHORNII

histor. Belgic. p. 42. Hinc multi, qui tot abusus hac in re commissos perspexerunt, statuerunt talem processum contra Magos vel Sagas plane abolendum, eosque potius iudicio Dei relinquendos esse, qui optime in iudicio nouissimo Zizania a tritico dignosciturus sit. Alii huiusmodi homines non indistincte poena afficiendos, sed contemtu excipiendos esse monent. Cum haec sit omnium commodissima methodus, ut numerus eorum decresceret, quod vult MALLEBRANCHE *recherche de la verité l. II. c. vlt. p. 337. Dans lex lieux ou l'on brûle les Sorciers, on ne voit autre chose, parceque dans les lieux où l'on les condamne au feu, on croit veritablement qu'ils le sont, & cette croyance se fortifie par les discours qu'on entient. Que l'on cesse de les punir, & qu'on les traite comme des fous, & l'on verra qu'auec le temps ils ne seront plus Sorciers, parceque ceux, qui ne le sont que par imagination, qui sont certainement le plus grand nombre, deuiendront comme les autres hommes.* Et IDEM *c. l. p. 338. Mais en punissant indifferemment tous ces criminels, la persuasion commune se fortifie, les Sorciers par imagination se multiplient, & ainsi vne infinité des gens se perdent & se damnent. C'est donc auec raison que plusieurs Parlamens ne punissent point les Sorciers. Il s'en trouve beaucoup moins dans les terres de leur ressort. Et l'envie, la haine & la malice des mèchans ne peuvent se servir de ce pretexte pour acabler les innocens.* Et hunc morem jam olim in Parlamento Parisiensi obseruatum probauit FR. DVARENVS in *tit.* ad *leg. Corn.* de *Sicariis.* Vnde & PETR. AERODIVS *rer. jud. l. V. tit.* de *malef. c. XI.* & *l. VIII. tit.* de *malefic. c. XIV.* processum & poenam contra Sagas reprehendit. Nihil dicam de illo Philosopho Sceptico MONTAIGNE, *Essais l. III. c. XI. p. 448* qui eiusmodi homines tanquam non sanae mentis magis elleboro, quam cicuta vult esse curandos, MALEBRANCHII sententiam amplecti videtur PETR. BAELIVS *dans la Reponse aux questions d'un Prouincial T. I. c. XXXIX. p. 372.* qui multos abusus processus contra Sagas detigit, & ex historiis docet multos innocentes tanquam Magiae reos periisse, hinc *idem* suadet, eiusmodi homines contemtu esse excipiendos, quia tunc numerus eorum decresceret,

cresceret, provocat ea de caussa ad Hollandiam, in qua neminem sortilegiis fidem habeat, neminem quoque ibi magicae suspicione onerari. Cum e contra in iis prouinciis, vbi lamiarum supplicia frequentantur & rogi crebrius fumant, strygarum examen multiplicetur: Ad minimum perquam caute in inquisitione procedendum esse suadet, probationes fallaces eliminandas, abrogandas insimul confiscationes bonorum, quibus interdum tum delatores, tum iudices inhiare soleant, quod ita exprimit p. 377. *En tout cas on ne peut nier, qu'il ne se commette de tres-grans abus dans le proces de sortilege, que si les Souverains ne veulent pas interdire aux Magistrats la connoisance de ce crime, il faudroit pour le moins qu'ils fissent faire un nouveau code la dessus, & qu'ils ne la commissent, qu'a des iugez éclairez, integres, & vuides de toute preoccupation. Il faudroit abolir plusieurs manieres de preuve, qui n'ont rien de convaincant, & qui sont tres propres à oprimer l' innocence. Il faudroit de plus, s'il etoit possible, couper chemin a l'avidité, qu'on a de profiter des confiscations, & a cent autres desordres, que la malice de ceux qui accusent, & l'ignorance, la prevention, la cupidité de ceux qui iugent, ont introduits.* Quamuis quidem eorum sententiae, qui processum in Magia plane abolendum vel saltem restringendum esse statuunt, non subscribamus, attamen eorum allatae rationes & cautelae bene obseruandae sunt; cum istae occasionem praebeant, ut eo cautius in eo progrediamur. Qua de caussa & Potentissimus *Rex Borussiae* FRIDERICVS WILHELMVS inter multa alia laude dignissima *Edictum* quoque sub dato *d. 13. Dec. 1714.* ad abolendos abusus in processu criminis Magiae occurrentes promulgauit, in quo hactenus obseruatum processum inuestigandum ac emendandum esse constituit, cuius verba haec sunt: *Nachdem vvir glaubvvürdig berichtet, dass vnter denen Missbräuchen, so bey den Criminal-Sachen sich zuvveilen finden, vnd auf deren Abstellungen vvir bedacht seyn, eine der gefährlichsten sey, vvelche sich vielfältig bey den Hexen-Processen zeiget, da nicht allemahl mit der behörigen Behutsamkeit verfahren, sondern auf vngevvisse Anzeigungen gegangen, auch darüber mancher*

vnschuldiger Weise auf die Tortur, auch gar vm Leib vnd Leben, vnd dadurch Blutschulden auf das Land gebracht vverden. Vnd vvir vns nun zvvar Krafft tragenden hohen Amts und von dem Höchsten vns verliehener Macht, iedesmahl angelegen seyn lassen vverden, daſs Gottes Nahme vnd Ehre in dergleichen Fällen in vnserm Königreich vnd Landen nicht gelästert, vnd da es von boſshafften Leuten vnternommen vverden mögte, gegen die Vbertreter die verdiente Straffe nach Schärffe der Rechte exequiret vverde. Weil vns aber gleichfals oblieget, dahin zu sehen, daſs niemand zur Vngebühr beschvveret vnd vnschuldig Blut aus einem vnzeitigen Eyfer, vud vvegen übelgefasten Processes vergossen vverde, so haben vvir entschlossen, den biſsherigen Proceſs in Hexen-Sachen genau zu vntersuchen, vnd so viel möglich, verbessern, und dergestalt einrichten zu lassen, daſs dergleichen gefährliche Folgen künfftig daraus nicht entstehen mögen. Et in *fine* huius *Edicti* Idem Clementissimus *Rex* collegiis suis Iuridicis mandat, aliosque hortatur, vt consilia & monita sua proponerent, quibus curatus processus hac in re edi posset. *Wir befehlen auch vnsern Collegiis, vor vvelche dergleichen Criminal-Fälle kommen, vvie auch vnsern Facultäten vnd Schöppenstühlen hiermit gnädigst, doch ernstlich, daſs sie ihre Gedancken vvegen guter Einrichtung dieses Processes zusammentragen, vnd darüber gevvisse vnvorgreiffliche Monita nebst ihren pflichtmäſsigen Gutachten fordersamst einsenden, da vns dann zu besondern gnädigsten Gefallen gereichen vvird, vvenn von iemand etvvas vvird herbeygetragen vverden, so zu Einrichtung des obgedachten heylsamen Zvvecks dienen kan.* Hac igitur occasione HERM. AD. MEINDERS conscripsit: *Vnvorgreiffliche Gedancken vnd Monita, vvie ohne blinden Eyfer vnd Vbereilung mit denen Hexen-Processen vnd der Inquisition vvegen der Zauberey zu verfahren, Lemgoniae 1716.* Sicut & iam antea huius Potentissimi Regis Parens *Fridericus* gloriosiss. memoriae multos abusus in processu criminis Magiae hactenus commissos speciali *Edicto d. 7. Nou. 1706.* notauit, abrogauitque cuius contenta exhibet LVDOVICI in *praefam. der Einleitung zum Criminal-Proceſs.* Eosdem agnouit doctissimus atque cor-

datus

§. IV.

In hoc autem crimine, prout etiam in aliis caussis criminalibus proceditur duobus modis, vel per viam accusationis, vel per viam inquisitionis. Accusatio in hoc crimine nihil aliud est, quam eius apud iudicem competentem delatio ad vindictam publicam solenniter facta. Nihil speciale in eo crimine

---

datus ICtus GVIL. HIERON. BRVCKNERVS in quodam *programmate inaugurali* occasione recitationis publicae IO. REINH. WEGELIN. *ad l. 4. C.* de *Malef. & Mathem. 1712.* emisso ita disserens; *Plerumque soli clerici, & ex his Inquisitores haereticae prauitatis sibi vindicarunt eius cognitionem, qui non seruato iuris ordine, prout ipsis aequum videbatur, aut affectibus ducebantur, omnia expediuerunt, & sic magnos excessus commiserunt. Etiam post Lutherum inter protestantes abusus non defuerunt, ad quos euitandos vtile foret, si summi principes viris piis, prudentibus & experientia instructis mandarent, casus ambiguos resoluere, accuratam formam Processus contra Magicas personas formandi praescribere, & poenas infligendas pro diuersitate circumstantiarum determinare;* Vbi in antecedentibus nonnullas cautelas hac in re obseruandas suppeditat. Eundem abusum huius processus animaduertit BACHOVIVS *comment.* ad §. *3. I.* de *publ. iudic. Multa illis* (scil. lamiis) *vane affingi, multa falsa per tormenta illis exprimi, nec paucos per iniuriam igni tradi, mihi sane persuasum est.* Cautelas in processu contra Sagas iam olim dederunt autor *mallei iudicum*, it. autor *cautionis criminalis*, (quem esse P. SPEE supra iam indicauimus) & IO. MATH. MEYFART *in der christlichen Erinnerung an Regenten vnd Prediger, wie das Laster der Zauberey mit Ernst auszurotten vnd bescheidentlich zu verfolgen sey;* Edidit hos tractatus denuo IO. REICHEN. Halae 1704. Optandum sane esset, vt & alii quibus iustitia & salus hominum curae cordique est, omnem operam darent, quo mala per abusus eius.

mine hic notandum est, quod non habeat, commune cum ceteris, nisi quod nonnulli in hoc crimine tanquam excepto eos, qui alias ab accusationibus arcentur, admittendos esse velint, omni tamen lege & ratione destituti. *) § V.

eiusmodi processuum causata e medio tollerentur, & e contra iusta & accurata forma in tali crimine procedendi euulgaretur. Nobis iam propositum est, vt varios errores, quos in tali processu hactenus commissos fuisse obseruare licuit, pro virili notemus, ac corrigamus.

*) Iste duplex procedendi modus confirmatus est *Constit. Carol. cap. XI. von Annehmung eines angegebenen Vbelthäters, so der Kläger Recht begehrt*, & *cap. VI. von Annehmung der angegebenen Vbelthäter von der Obrigkeit vnd Amts wegen.* Adde commentatores ad *h. l.* Inprimis BERNH. ZIERIZIVM *p. 24.* & MATH. STEPHANI *p. 31.* conf. quoque IVLIVS CLARVS *l. V. Sentent. §. vlt. qv. III. & X.* Via accusationis iam fundata est in iure ciuili: via inquisitionis autem iuri canonico unice debetur, vt *seqv §.* docebitur. Iure canonico tertius modus additur per denunciationem, vt hoc innuit *Innocentius III c. qualiter & quando XXIV. X.* de *accusat. c. Licet Heli XXXI. X.* de *Simonia, contra quos etsi tribus modis procedi possit, per accusationem videlicet, denunciationem & inquisitionem ipsorum. Vt tamen in omnibus diligens adhibeatur cautela, sicut accusationem legitimam praecedere debet inscriptio, sic & denunciationem charitativa correctio, & inquisitionem clamosa debet insinuatio praeuenire.* De denunciationis differentia ab accusatione vid. *c. XVI. X.* de *accus.* add. *c. XIII. X.* de *iudiciis.* Diuiditur denunciatio in Euangelicam, Iudicialem & Canonicam. vid. ENGEL. ad *tit.* de *accus. n 28.* Verius est denunciationem olim fuisse praecursorem processus inquisitorii, eo introducto eius praeparationem. vid. ZIEGLER ad *Lancellot L. IV. Tit. I. §. 1.* conf. CHRIST. FRID. IANI *dissert.* de *denunciatione euangel. Witteb. 1673. 4.* & THOMASII *diss.* de *vsu pract. denunc. euang.* qui fraudes clericorum sub hac latentes bene detexerunt. Re vera ille modus ab inquisitione non est separatus: Nam denunciatio

ciatio nihil aliud operatur, nisi quod succedat loco diffamationis & querelae, & sic aperit viam iudici ad inquirendum ex officio contra aliquem, quod alias de iure facere non posset, absque denunciatione & praecedentibus indiciis, vt recte sensit IVLIVS CLARVS *l. V. sentent. §. vlt. qu. VII. n. 2.* Reliquos modos a DECIANO in *tract. crim. l. III. c. 1.* propositos plane reiiciendos esse censemus cum LVDOV. GILHAVSEN *arbor. iudic. crimin. c. III. P. I. n. 1. p. 250.* Communem accusandi processum in delictis tradunt THEODORICVS *colleg. crim. disp. IV. aph. II.* usque ad *VIII.* CARPZOV. *prax. criminal. qu. CIV. CV. seqq.* & MATTHAEVS de *crimin. l. XLVIII. Dig. tit. XIII. c. I. p. 653. seqq.* Eundem accusandi processum, quomodo in specie locum habeat in sortilegio seu Magia tractarunt GODELMANN *l. III. c. II. n. 3. p. 8. seq.* LVD. GILHAVSEN *arbor iudic. crimin. c. III. P. I. n. 2. seqq.* BERLICHIVS *P. IV. conclus. IV. n. 10. p. 59.* SCHROETERVS de *lamiis p. 88.* Sunt tamen nonnulli eorum, qui alias ad accusandum inhabiles in hoc crimine, quia sit exceptum, admittendos esse asserunt. Sic *mulieres* ab accusatione repelluntur *l. 1. & 8. π.* de *accusat. l. 12. C.* de *his qu. accus. non poss. c. 14. caus. II. qu. I.* In crimine tamen Magiae tanquam excepto ad accusandum eas admittunt PROSP. FARINACIVS *prax. crim. l. I. tit. II. qu. XII. n. 15.* & alii citati. Sed haec sententia nulla ratione est fundata; Cum enim ideo femina ab accusatione repellatur, quia publicorum munerum & iudiciorum non est particeps, vt ait VLPIANVS *l. 2. π.* de *reg. iur.* nec in crimine Magiae accusare potest, quia eadem ratio obtinet. Nihil autem valet in contrarium, quod hoc crimen sit exceptum, hic enim praetextus iam *§. anteced.* refutatus est. Nec obstat *l. 8. π.* ad *L. Iul. Maiest.* cum illa admittat feminas ad indicandum & testimonium dicendum, non vero ad accusandum: insuper loquitur *Lex* de crimine laesae Maiestatis humanae, ab illo autem ad crimen Magiae non valet consequentia. Porro *excommunicatus* accusare nequit, etiamsi suam, vel suorum iniuriam prosequatur DECIANVS *l. III. c. XX. n. 4.* CLARVS *qu. XIV.* quia excommunicatus aequiparatur mortuo & bannito. *gloss. fin. in c. 53.*

pasto-

pastoralis de *appell.* & quia excommunicatus in iudicio ſtare non poteſt, ipſique petenti ius denegatur. *c. 7. intelleximus X de iud.* Eum tamen, etiamſi maiori excommunicatione excluſus ſit, in hoc crimine accuſando habilem eſſe ſine omni ratione affirmat DELRIO *diſquiſ. magic. l. V. Sect. VI. p. m. 38.* Deinde *inimicum* capitalem, etiamſi lex eum mentiri praeſumat & a dicendo teſtimonio prorſus repellat *l. 3.* π. de *teſtib.* ita vt & in crimine laeſae Maieſt. excludatur, nec non *c. 7. 13. 19. X.* de *accuſat.* ab accuſatione expreſſe repellatur, tamen in hoc crimine ad accuſationem admitti aſſerunt GILHAVSEN *arbor. iudic. crim. c. III. P. II. n. 6. p. 270.* SCHROETER *c. l.* & alii. Sed DELRIO *c. l.* eum etiam in hoc crimine excepto, quia impedimentum ſit iuris naturalis excludit, omnes tamen alios ad accuſandum alias inhabiles v. g. impuberes, infames, liberos, alumnos, vaſallos &c. hic admittit, quem multi tam Pontificii, quam proteſtantes ſequuntur. Verum cum hi omnes expreſſis legibus accuſare prohibeantur, quae etiam in *c. 19. cauſ. VI. qu. 1.* confirmatae: *Nos ſequentes Patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcunque ad accuſationem perſonas leges publicae non admittunt, his impugnandi alterum & nos licentiam ſubmouemus, & nullae accuſationes a iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quae legibus ſeculi prohibentur* add. *c. 14. cauſ. II. qu. 1.* vbi inhabiles recenſentur. Nec nos quaedam crimina in accuſandi modo a reliquis diſtincta ſine lege & ratione excipere debemus, cum odioſa non extendenda ſint. Et quanquam tales inhabiles in crimine haereſeos de iure canonico expreſſe admittuntur, hoc tamen venit ex cupidine maioris licentiae iuſte ſ. iniuſte contra eos procedendi. Vnde non tam mirandum, quam potius deplorandum eſt, multos proteſtantes hac in re ſaepius incaute Pontificios ſecutos eſſe. Opponunt denique, quod inhabiles, quando ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur, accuſare poſſint *l. 1.* & *2.* π. de *accuſ.* & *l. 4.* & *5. C. qui accuſ. n. poſſ.* delicta vero in Deum ad omnium iniuriam reſpicere per *l. 4. §. 5. C.* de *haeret.* Sed reſpondetur haec delicta non proprie & immediate feruntur in iniuriam hominum, ſed ſaltem per conſequentiam. Interim recte IMP. CONSTANTIN. *l. 3. nullus*

C. de

§. V.

Alter modus procedendi criminalis eſt proceſſus inquiſitorius, qui eſt ordo iudicialis crimen aliquod commisſum, eiusque autores a iudice ex officio legitimo modo indagandi. Originem quidem procesſus inquiſitorii nonnulli ex iure Romano, vel longe vlterius petunt, ſed verius eſt, illum originem ſuam debere iuri Canonico, eumque initio ſeculi XIII. ſub Innocentio III. eſſe introductum, quo vel ſtatim eodem tempore ortus, vel mox ſecutus proceſſus inquiſitorius in crimine Magiae aut ſortilegii, qui deinde in Germania per iudicia ſecreta Weſtphalica ſec. XIV. exorta, vlterius promotus, & denique ſec. XV. per Ordinationem Criminalem Carolinam ad certam formam redactus eſt. Sicut autem proceſſus inquiſitorius hodie in omnibus criminibus tanquam remedium ordinarium receptum eſt, ita quoque in hoc crimine ſine dubio obtinet. *)

§. VI.

C. de *malefic.* conſtituit; *accuſatorem autem huiusmodi criminis non delatorem eſſe, ſed dignum magis praemio arbitramur.*

*) Quod inquiſitio nihil aliud ſit, quam legitima iudicis ex officio procedentis ſuper delicto informatio, plenius docent IODOCVS DAMHOVDER *prax. rer. crim. c. VII. n. 1. ſeqq.* PETR. THEODORICVS *colleg. crim. diſp. IV. aph. VIII. ſeqq.* & CARPZOVIVS *prax. crim. P. III. qu. CVII. n. 5. ſeqq.* Diuiditur in generalem & ſpecialem, illa eſt, qua in delicti auctorem incertam adhuc perſonam generaliter: haec, qua in delicti modum & autorem perſonam certam ſuſpicionibus grauatam, in ſpecie iudex inquirit, vt latius tractant citati autores Add. BRVNNEMANN. de *proceſſ. inquiſ. c. II. n. 6.* De iuſtitia inquiſitionis multa diſſerit GONZALEZ TELLEZ in *Comment. decretal. l. V. Tit. 1.* de *accuſat. cap. XXI. n. 9. ſeqq. p. 47.* eamque in iure ciuili fundatam eſſe contendit, inprimis in *l. 13. π.* de *Offic. praeſ. l. 1. C.* de *cuſt. reor.* & *N. 128. cap. 21.* Verum allegatae leges aut praeſupponunt ſem-

per accusatorem, aut iubent saltem Praesidibus & iudicibus conquirere facinorosos, qui tales notorii sunt, ita vt non opus sit aliquo processu, non vero volunt, vt iudices in delicta occulta inquirant, vel contra homines, qui non sunt notorie facinorosi, per modum inquisitionis ex officio procedant: quia sine accusatore nemo est condemnandus, vt expresse dicitur *l. 6. §. si quis accusatorem π.* de *muner. & honor. l. 38. §. incestum π.* ad *l. Jul.* de *adulter.* & *l. vlt. C.* de *accusat.* nec porro obstat *l.* 7. C. de *accusat.* vbi dicuntur, ea quae per officium Praesidibus denunciantur & citra solennia accusationum posse perpendi. Enimuero illi denunciatores, qui alias Irenarchae, Curiosi, Stationarii appellantur, quique elogia, quae notoria dicebantur, hoc est omnium criminum commissorum annotationes, vicem accusatoris sustinebant cum eodem periculo, vt patet ex *tit. 23. lib. XII. C.* de *curiosis & stationariis.* Add. *l. 6. π.* de *custod. reor. l. 6.* §. *3. ad SCt. Turpillian.* neque hoc per *Nou. 128. c. 21.* sublatum est, quae vetuit saltem praeter curiosos & Irenarchas, latrunculatores & tribunos in prouincias mitti, ne hoc obtextu prouinciales vexarentur. Equidem CARPZOVIVS *prax. crim. P. III. qu. CIII. n. 29. p. 21.* ANTON. MATTHAEI de *crimin. l. XLVIII. digest. tit. XX. c. 1. p. 955.* HVBERVS *praelect. ad π. titul.* de *custod. & exhib. reor. n. 3. seq.* SCHILTERVS *Exercit. XLIX. §. 154. seqq.* & alii originem processus inquisitorii ex iure Romano petunt, IACOBVS BASNAGIVS *histoire de l' Eglise l. XXIV. c. IX. p. 1429.* primam originem Inquisitionis Iustiniano demum tribuit. THOMASIVS vero *diss.* de *orig. process. inquisit. Halae 1711.* contra eos, qui processum inquisitorium partim ex iure naturae, partim ex Scriptura sacra, partim ex iure Romano derivare volunt, late disputat, ostenditque eum soli iuri Canonico & clero pontificio originem debere. Nobis distinguendum videtur inter *inquisitionem* & processum *inquisitorium*; Illam quatenus denotat curam & sollicitudinem Magistratus contra facinorosos publicos & notorios etiam absque accusatore inquirendi, eosque puniendi, iam ante constitutiones Canonicas etiam apud Iudaeos, Romanos & alias gentes obtinuisse, non negandum est; Nam cui-

libet

libet magistratui incumbit, ipsiusque officium postulat, vt tales delinquentes conquirantur, & puniantur, etiamsi nullus accusator adsit, quia manifesta delicta accusatione non indigent, vt omnes facile concedunt, quod & confirmatur *c. XV.* & *XVII. causs. II. qu. I.* Non vero potest Judex inquirere in delicta occulta, vt patet ex *Deut. XXI. v. 1 seqq.* Hunc vero scil. processum inquisitorium, quatenus consistit in certo quodam modo ac ordine a iudice ex officio sine accusatore in delicta etiam occulta inquirendi, & contra eorum suspectos secundum normam certorum indiciorum vel ad capturam, vel ad torturam, vel denique ad condemnationem procedendi, nullam aliam originem habere, quam ex ipsis Pontificiorum constitutionibus c[illegible]to certius est. Non vero existimandum est, quasi statim vel subitaneo modo processus inquisitorius sit introductus, sed pedetentim hoc factum est, sicut & olim ipso iure Canonico prohibitus erat processus criminalis absque accusatore, vt patet ex *c 4.* & *17. causs. II. qu. 1.* nec non *cap. I. X.* de *accusat.* Etenim ante *secul. XII.* Episcopi curam animarum per totam suam Dioecesin habentes inquirebant quidem in quaecunque crimina, ad effectum poenitentiae publicae vel priuatae imponendae, quia post *seculum III.* receptum fuit, poenitentiam de omnibus delictis esse agendam, vt docet MORINVS de *administrat. sacram. poenit. l. 1. c. IX.* sed inquirebant magis tanquam pastores animarum, quam iudices nec solennitatem processus obseruabant, vsque dum *secul. XII.* relicto foro poenitentiali suis Presbyteris, ipsi tanquam iudices, in criminalibus procedere inceperint. vid. BOEHMER *annot.* ad *Schilter. p. 202.* Add. supra *§. II. not. 2. p. 404.* Licet quidem iam *seculo XII.* Episcopi iudicia criminalia extruxerint, & viam Inquisitionis in foro poenitentiali hactenus vsitatam, ad forum externum criminale quoque traduxerint, hoc tamen priuata saltem autoritate peregerunt, donec *Innocentius III.* qui sedi papali praefuit ab *anno 1198.* vsque ad annum *1216.* processum inquisitorium introduxerit, cum pleraeque constitutiones, quae de inquisitione, quae ibi notat processum inquisitorium, in Iure Canonico reperiuntur, quales sunt *c. XIII.*

de *iudic. cap. vnic. vt ecclesiast. benef. sine dimin. confer. c. XVII.* vsque ad *XXIV.* de *accusat.* & *c. XXXI.* de *Simonia.* ab Innocentio III. sint promulgatae, & ante eum nullae ea de causa extent; etsi deinde alii eius successores illum hac in re strenue secuti sunt, dum processum inquisitorium ab ipso introductum non solum confirmauerint, sed & longe amplius extenderint. Hac autem inuentione processus inquisitorii Pontifices nihil aliud intendisse, quam vt sub specie iustitiae imperium in laicos variis artibus quaesitum confirmarent, tyrannidemque suam magis promouerent, ingeniose & docte ostendit THOMASIVS *cit. diss.* de *orig. proc. inquisit.* §. *48.* usque ad *fin.* Ab eodem quoque *Innocentio III.* processum inquisitorium contra haereticos esse introductum, nec non ab illo certos Inquisitores haereticae prauitatis praeter Episcopos ordinarios esse constitutos patet ex *cap. XVII.* & *seqq. X.* de *accusat.* add. *cap. III.* §. *adiicimus X.* de *haeretic.* Quantas vero turbas & confusiones nec non iniustitias peperit inquisitio in haereticam prauitatem optime demonstrat PAVLVS SARPIVS in *histor.* de *origine, forma, legibus & vsu officii Inquisitionis in ciuitate & dominio Veneto* extante in *Opp. Vol III. p 26.* Aduersus hunc quidem scripsit quidam *Anonymus* libellum sine anno & loco sub titulo: *Risposta all' historia della sacra inquisitione composta gia dal R. P. Paolo Seruito*, sed infelici successu; Add. LVDOV. PARAMVS de *origine & progress. inquisit.* Hoc quoque notandum est, quod & nonnulli Pontificiorum iniustitiam & tyrannidem Inquisitorum aperte confessi sint. Sic de *Gerardo Busdrago* Episopo Argolicensi refert WOLFIVS in *epist. dedicat. Tom. I. lect. memor. p. 4.* Eum anno 1588. ad Cardinalem quandam inter alia & hoc scripsisse. *Et in iure Canonico, in quo a pueritia tamen versatus sit, nullum vnquam reperisse titulum de Inquisitoribus, & proinde opinari, quod illi apud maiores nostros minime in vsu fuerint, sed tantum Imperatores Tyrannos, fidei christianae hostes, sanguinem fudisse.* Plura de origine, progressu, natura & iniquitate inquisitionis, qui legere desiderat, conferat IAC. BASNAGIVM *histor. eccles. l. XXIV. c. IX.* & IO. PHIL. a LIMBORCH *histor. Inquis. tot. lib.* Editus quo-

quoque eſt libellus ſub titulo: *l' inquiſitione proceſſata opera ſtoricae curioſa diuiſa in duo Tom. Col. 1681.* vbi malitia & iniuſtitia inquiſitionis ſatyrice depingitur. Quod proceſſum inquiſitorium in crimine Magiae l. Sortilegii attinet, ille etiam vel ſtatim eodem tempore ortus, vel mox ſecutus eſt. Sunt quidem nonnulli qui proceſſum inquiſitorium vel in genere vel in ſpecie contra Magos iamdiu ante *Innocentium III.* in vſu fuiſſe ſtatuunt, contrarium autem clare demonſtrat THOMASIVS *diſſ. de orig. proc. inquiſ. contra Sag. §. XIX. ſeqq.* Sed IDEM *§. XXIII.* originem proceſſus inquiſitorii contra Sagas refert demum ad initium *Seculi XV.* vbi *Innocentius VIII. ao. 1484.* peculiari *bulla* Henrico Inſtitor. & Iacobo Sprengero vtrisque Inquiſitoribus haereticae prauitatis poteſtatem dedit inquirendi in crimen Magiae, quod illo tempore ortum eſſe dicitur, cum in *apologia malleo maleficorum* praefixa dicatur: haereſin talium maleficorum, quae ibi deſcribuntur inſolitam eſſe quandam haereticam prauitatem & demum mundi veſpere ad occaſum declinante ſubnatam. Verum concedimus quidem, quod *Innocentius VIII.* in allegata bulla primum in ſpecie quaedam crimina, quae a maleficis perpetrata ibi memorantur, nouiter pro haereſi declarauerit & quod Inquiſitoribus haereticae prauitatis commiſerit in ea inquirendi, concedimus quoque quod huiusmodi exceſſus & crimina, nempe quod daemonibus incubis & ſuccubis abutantur ac ſuis incantationibus & coniurationibus mulierum partus, animalium foetus, terrae fruges & alia ſuffocentur, quod mulieres ne concipere, virisque ac vxoribus actus coniugales reddere valeant, impediant &c. tanquam inſolita nouiter pro haereſi habita fuiſſe. Attamen non negandum eſt, iam ante *Innocentium VIII.* proceſſum inquiſitorium contra Magos vel Sagas obtinuiſſe, vt ex ſequentibus patebit. Diſtinguendum autem eſt inter proceſſum *inquiſitorium*, & proceſſum *inquiſitorum*, illum dicimus, qui a iudicibus ordinariis & competentibus ex officio, non exiſtente accuſatore, in criminibus inſtituitur, & quidem in criminibus ſecularibus a iudicibus ſecularibus, in eccleſiaſticis ab Epiſcopis ex ordinaria ſua poteſtate, vt *§. II.* not. *1.* p. *395.* docuimus.

Hunc vero appellamus, qui non a iudicibus ordinariis & competentibus, ſed ab aliis a Pontificibus extraordinarie conſtitutis, & in ſpecie inquiſitoribus dictis extra ordinem formatur, de quo etiam *c. l.* iam mentio facta eſt. Vtrumque proceſſum in genere tam inquiſitorium, quam Inquiſitorum ſub *Innocentio III.* eſſe ortum facile omnes concedunt, ſicut & paulo ante demonſtratum eſt. Sed de proceſſu contra Magos vel Sagas in ſpecie, quando ille ſit exortus, dubitari poteſt. Cum vero conſtet, quod iam tempore *Innocentii III.* Magia crimen ſit habitum, facile credendum eſt, quod contra illud, ſicut contra alia crimina, vel proceſſus accuſatorius vel inquiſitorius tunc nouiter repertus a iudicibus ordinariis tam Epiſcopis quam ſecularibus ſit inſtitutus. Aſt non ſtatim Inquiſitoribus haereticae prauitatis contra Magos vel Sagas inquiſitorie procedendi poteſtas eſt conceſſa. Habebant enim tales Inquiſitores extraordinarie conſtituti ſaltem facultatem in haereticam prauitatem inquirendi, & iudicibus ordinariis cognitio & punitio criminis Magiae aut Sortilegii relicta erat, hinc illi in hoc crimen ſe intromittere non debebant, niſi manifeſte haereſin ſaperet, vt hoc *Alexander IV.* qui vixit medio *ſec. XIII.* expreſſè conſtituit *cap. VIII. accuſatus* § 8. *de haeret. in Vito* Porro *ſec. XIV. Ioannes XXII.* peculiari epiſtola decretali *extrauag.* quae incipit: *Super illius ſpecula,* quae quidem in Corpore Iuris canonici non extat, ſed quae a PETR. BINSFELDO *tract.* de *confesſion. malefic. p. 759.* ſubiecta eſt, conſtituit, vt contra eos, qui daemones certis ceremoniis magicis ad danda reſponſa alliciant per competentes Iudices, ad infligendas poenas procedatur, *praeter bonorum confiſcationem duntaxat, quas de iure merentur haeretici;* Ex his patet, quod haec ſpecies Magiae a *Ioanne XXII.* pro haereſi nondum fuerit habita, hinc non tam Inquiſitoribus, quam iudicibus ordinariis eius cognitio commiſſa. Sed *Sixtus IV. ao 1473.* (vel vt in corpore *Iur. Canon.* extat *1474*) in epiſtola ad Vicarium generalem Epiſcopum Bononienſem, quae incipit: *nunciatum eſt*, indigne fert, quod nonnulli Monachi asſeruerint, non eſſe haereticum & a puritate fidei alienum, daemonum expectare reſponſa. Pa-

pa igitur ipsi mandat, vt illum certiorem faciat, qui tales asser-tores fuerint; Ex quo facile elucet, quod *Sixtus IV.* hanc speciem Magiae tacite pro haeresi declarauerit; Denique *Innocentius VIII. ao. 1484.* in dicta *Bulla: Summis desiderantes*, facta quaedam ma-gica quae ibi nominatim memorantur, expresse pro haeretica-libus declarat, Inquisitorumque haereticae prauitatis constitu-torum facultatem in eiusmodi quoque excessus & crimina inqui-rendi ac puniendi extendit, quia nonnulli clerici & laici tunc temporis extitere, vt ibidem mentio fit, qui Inquisitoribus hac in re restiterunt, & officium Inquisitionis super talibus exces-sibus & criminibus tanquam in libris eorum deputationis no-minatim non expressis, admittere noluerunt, qua de caussa Pa-pa fidei zelo, vt ait, impulsus, horum audaciam reprimit, & coërcet, quin & in hac ipsa Bulla constitutiones & ordinationes Praedecessorum suorum, quae ante relatae, hac in re suae con-trarias expresse tollit. Ex hac igitur Bulla constat quidem, quod *Innocentius VIII.* primum illa facta, tanquam haereticalia decla-rauerit, & Inquisitoribus haereticae prauitatis indistincte inqui-sitionem maleficorum ibi memoratorum concesserit, sed ex eo non potest colligi seu probari, quod ab eodem primitus proces-sus inquisitorius contra Magos vel Sagas sit introductus, quippe qui iam longe antea ab ordinariis iudicibus, vel etiam ab Inqui-sitoribus, si huiusmodi delictum incideret in speciem haereseos, exercitus fuerat, vt iam ante demonstratum est. Sic quoque iam initio *seculi XV.* iudices seculares in territorio Bernensi con-tra Magos & Sagas processisse testatur IO. NIDERVS in *formicario l. V. c. III. p. 543. & c. VIII. p. 598. seqq.* quem ipse THOMASIVS allegat §. 44. Qui IDEM *§. 46.* ex LIMBORCHIO notat *ao. 1460.* (& ita ante istam Bullam *Innocentii VIII.*) in Flandria & Artesia in-quisitores contra Magos & Sagas processum inquisitorium for-masse, eosue torturis aliisue suppliciorum generibus ad confi-tendum adegisse. Hoc idem pluribus relatum legimus apud BVZELINVM *annalibus Gallo-Flandr. I. p. 424.* qui ex *libr. MS. Duac. Monstrel. to. 3.* IAC. DV CLERC. *l. 2.* refert: *De Dua-co haec reperio: nonnullos illic, vt in vicinis vrbibus, aliquot de-*

tectos,

tectos, qua viros, qua mulieres, quibus iam solitum erat ad maleficia characteribus & carminibus daemonum vti; ideoq; grauibus omnes affectos suppliciis. Quod tamen horum plerique grauibus adacti tormentis etiam viros nobiles ac praelatos eodem inuoluerent flagitio, a nonnullis creditum, expressas potius fuisse vi tormentorum, quam nixas veritate huiusmodi criminationes. Add. BAYLE *reponse à la question. d'un Prouincial c. XXXIX. p. 378* qui ex cit. MONSTRELET. *Vol. III. Chronic. fol. 84.* edit. Parif. 1572. idem refert. Ceterum *Innocentium VIII.* hac in re secuti sunt eius successores, non quod quamlibet Magiam aut sortilegium pro haeresi habendum esse iusserint, vt nonnulli volunt, sed quod Inquisitoribus potestatem dederint contra quamuis Magiam aut sortilegium, etiamsi illud non sit haereticale seu qualificatum, sed saltem simplex inquirendi. Sic *Alexander VI.* qui praefuit sedi papali ab *ao. 1492.* ad annum *1503.* Inquisitori haereticae prauitatis per Lombardiam mandat, vt ipse in Magos vtriusque sexus inquireret, quae bulla extat in *VII. Decretal.* de *malefic. cit. Incant. cap. I.* & incipit: *Cum acceperimus.* Eandem potestatem Inquisitorum cum semper nonnulli tam laici, quam clerici ipsis resisterent, confirmarunt *Leo X.* in epist. ad vniuersos Ordinarios haereticae prauitatis Inquisitores in dominio Veneto quae incipit *honestis petentium*, & reperitur in *VII. Decretal. d. t. c. VI.* vbi quidem verba *ac Inquisitoribus* non extant, hinc & THOMASIVS in *not. d.* ad *§. LX. cit. diss.* colligere vult, apud Venetos non tantam fuisse potestatem sanctae inquisitionis, quam apud alios, sed monendum est, illa verba ibi esse omissa, cum talia expressa extent apud BINSFELDVM in *cit. tract. p. 771.* qui illam epistolam totam exhibet: Et *Adrianus VI.* in *epist. Dudum vti* nobis in *VII. Decretal. d. t. c. III.* nec non *Sixtus V.* in *constit. Coeli & terrae Creator*, quae non extat in *corp. jur. canon.* sed relata est a BINSFELDO *c. l. p. 781.* iussit, vt tam ordinarii, quorumcunque locorum, quam Inquisitores haereticae prauitatis vbique generum Deputatos contra omnes Magiae species & superstitiones, etiamsi hi ex his caussis antea procedere non valuerint, nunc inquirant & procedant non obstantibus constitutio-

tutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscunque. Add. supra §. *2, not. 1. p. 398.* Qua de causa & episcopi in instruendis visitationibus sedulo mandarunt, vt speciatim quoque inquiratur in huiusmodi crimina Magiae scil. & Coniurationis spirituum: qualia mandata saepius occurrunt, ex quibus saltem allegare sufficit *Instructionem visitationis* Adolphi III. Archiepiscopi Coloniens. anno 1549. apud LÜHNIGIVM *Spicileg. eccles. P. I. Cont. 1. n. 233. p. 807.* ibi: *Inquirenda sunt, an aliquis in parochia Magus aut ariolus aut incantator s. evocator aut coniurator, superstitiosus daemonum aut diuinus, aut sortilegus, aut talium impiorum hominum indicia l. consilia inquirens &c. An sint viri l. mulieres, qui non intellectu coniurationibus rerum utantur, l. maleficiis, se aliquod efficere posse putent, seu cum daemone commercium habeant.* Non alienum erit, vt quoque nonnulla de *iudiciis secretis* alias *Vehmicis*, vel etiam *Westphalicis* dictis, quae ratione singularis & nimis celeris modi procedendi contra impios, Magos, haereticos persequendi inprimis in Westphalia innotuerunt, disseramus. LEIBNITIVS in *introd. T. III. Script. Brunsu. p. 14.* putat, haec iudicia occulta originem traxisse ex illa Pontificum constitutione Inquisitorum in haereticos. Sed inquisitionis originem nimis alte petit motus auctoritate Io. de POLDA, *Chron. Hamel.* apud *Eundem T. II. p. 508.* qui refert iam tempore regis Pipini Bonifacium, alias Germanorum Apostolum dictum Inquisitorem haereticae prauitatis extitisse, qui multos haereticos exterminauerit & igni tradiderit, sed THOMASIVS *diss.* de *orig. proc. inquis. contra Sagas* huius Autoris hac in re allatum testimonium tanquam suspectum reiicit. Communis alias opinio est, *Carolum M.* autorem esse illius iudicii qui vt Saxones eo melius compesceret, occultos constituisse dicitur Iudices, quibus potestatem dederit, vt nulla vel citatione praeuia, vel admissa defensione supplicio adficerent, si quem reperissent qui fidem fregerit, aut delictum commiserit, vt eam pluribus defendunt MARQV. FREHERVS in *tr.* de *secretis iudiciis* in *Westphalia.* IO. PHIL. DATTIVS de *pace publ. l. IV. c. II. n. 47.* & multi alii, de quibus vid. BVRC. GOTH. STRVVE *Synt. Iur.*

 Publ.

Publ. disſ. XXIV. §. XXXII. ſeqq. & *hiſtor. iur. crim. c. IX. §. XVII. ſeqq.* Sed IO. GRYPHIANDER de *Weichbildis Saxonicis c. LIV. n. 5. ſeqq.* putat, haec iudicia demum *ſec. XIV.* fuiſſe orta; Aliorum opiniones de origine horum iudiciorum recenſet THOMASIVS *diſſ.* de *origine, progreſſu & interitu iudicior. Weſtphal.* §. *XI. ſeqq.* Licet non negandum ſit, quod longe ante *Sec. XIV.* iudicia criminalia libera, Vehmica & Weſtphalica fuerint, vt hoc oſtendit THOMASIVS *diſp.* de *concept. conſtit. crim. §. X. ſeqq.* ſicut & ex hiſtoria certum eſt; Carolum M. inſtituiſſe apud Saxones iudicia Criminalia, in quibus contra reos, eos potisſimum, qui paganae religioni adhuc fauerent, ageretur, vid. STRVVIVS *hiſtor. iur. crim. c. IX. §. XVII. n. 2 p. 780.* Attamen iudicia criminalia *ſecreta*, quae & in ſpecie *Vehmica* & *Weſtphalica* dicuntur, vix ante *Sec. XIV.* eſſe nata, facile credendum eſt: partim quod proceſſus horum iudiciorum Weſtphalicorum repugnet proceſſui omni veterum iudiciorum germanicorum, partim quod ante *Sec. XIV.* talis proceſſus nuſpiam legatur, vt hoc pluribus demonſtrat THOMASIVS *disſ* de *orig. progr. inter. iudic. Weſtph. §. XXXII. not. c.* & *§. XXXIII.* Forma proceſſus horum iudiciorum, licet valde ſecreta fuerit, tamen ex eorum Actis inprimis ab HENRICO TVRCKIO *faſtis Carolin.* ad *an. 785. §. 2. p. 26.* ex antiquo *MS.* Monaſterienſi Freygrauii cuiusdam collectis patet, quod per illam judicia germanica antiquiora emendata ſint, ita vt loco proceſſus cum clamore olim vſitati, nec non loco probationum vulgarium, alius modus ex proceſſu accuſatorio & inquiſitorio mixtus introductus ſit, celeriter tamen peractus. Hunc proceſſum ex iisdem Actis exhibet *Müllerus im Reichstags-Theatro vnter Käyſer Friderich den Vten P. I. c. IX. §. XXVIII.* Huius autem iudicii abuſus varii paulo poſt oriebantur, dum perſonae viles & rapaces potius, quam capaces inter iudices cooptarentur, qui poteſtate ſua pro arbitrio abutebantur, dum ex leui ſaltem opinione, vel ex odio etiam ſine ſufficienti diſcusſione procederent, innocentes ſaepius condemnarent, causſas huc non pertinentes ad ſe traherent, atque in omnem Germaniam, quin & in principes, nec non in ipſum Imperato-

peratorem suam iurisdictionem extenderent. Sicut iam illis temporibus Io. de DIEPORG alias de *Franckfordia* scripsit *tractatum contra Scabinos occulti Iudicii, Feymeros appellatos*, *quem* MARQV. FREHERVS tractatui suo de *Secretis Westphal. iudiciis* subiecit, vbi ille iniquitatem istius processus satis detexit. Quamuis sequentibus temporibus huius iudicii reformatio ab *Impp. Sigismundo*, *Alberto II. Friderico III. Maximil. I.* variis modis tentata fuerit, vt fuse deducit STRVVIVS *histor. iur. crimin. c. IX.* § *XX.* & in *Synt. hist. germ.* sub illis *Impp.* Attamen isti Impp. scopum suum attingere non potuerunt, quin isti Vehmici iudices hanc reformationem agnoscere nolentes ipsum *Imp. Fridericum III.* *1470.* vna cum Vlrico Pataujensi Cancellario sub contumaciae poena ad suum iudicium citabant, quae citatio reperitur in IAC. WENCKERI *apparatu & instructu Archiuorum n LXIX. p. 383.* Tandem *Carolus V.* nouam reformationem *1522.* eiusdem iudicii suscepit, & demum per *ordinationem criminalem 1532.* publicatam alium plane ordinem & processum iudiciorum criminalium praescripsit, & ita indirecte processum istorum iudiciorum sustulit. Post receptam enim *Ordinationem Criminalem* Carolinam ista iudicia secreta Westphalica sensim per se cessarunt, quia processus in iudiciis Westphalicis vsitati cum constitutione Carol. stare non poterant, vt latius demonstrarunt WINCKELMANN. *not. Saxo-Westphal. c. VI. n. 105.* MEINDERS de *iudic. centenar. c. IV* § *LX.* & THOMASIVS *diss. de orig. nat. progr. & inter. iudic. Westphal. Halae 1711 4.* §. *LVII. seqq.* Quod autem *Carolus V.* per dictam *constitut. crimin.* processum germanicum antiquum abolere, & inquisitorium, vt ordinarium introducere voluerit, ostendit THOMASIVS *diss.* de *concept. const. crim.* §. *penult.* Apud protestantes quoque in foro criminali processus inquisitorius est receptus, ita vt hodie non amplius sit remedium extraordinarium, sed ordinarium perinde vt accusatio, vt confirmat IVST. OLDEKOP *cautel. crim. tit. II. caut. III. n. 6. p. 108.* & *caut. XXXIV. n. 4. p. 207.* non autem negandum est, multum hac in re sub iuris praetextu a magistratibus peccari, multumque in examine circumstantiarum ac qualitatum delicti ad processum inquisitionis

§. VI.

Vt in hoc processu legitime procedatur, requiruntur quaedam indicia, quorum alia ad inquisitionem, alia ad capturam, alia ad torturam sufficiunt. Quia vero propter varietatem circumstantiarum impossibile est, certam de indiciorum qualitate & effectu regulam struere, illud negotium magis arbitrio iudicis, legibus tamen & rectae rationi adstricto committendum est. Nobis, cum iam ab aliis de indiciis in genere ex professo tractatum sit, saltem de illis in specie in crimine sortilegii s. Magiae, in tantum, quantum ad crimen coniurationis Spirituum applicari potest, agendum erit. *)

---

sufficientium, haud raro errari. Vnde CARPZOV. *p. III. qu. CVII. n. 12. p. 57.* docet: in foro Saxonico ad inquisitionis processum non properandum esse, nisi eiusmodi delictum fuerit perpetratum, per quod Rei publicae tranquillitas offenditur, quodque accusatore non existente reoque praesente, haud absque singulari scandalo impunitum remanet. Processum inquisitorium in specie contra Magos & Sagas tractarunt GODELMANNVS de *Magis & Venef. tot. l. III.* GOEHAVSEN de *process. contra Sag. tit. 1. not. p. 37.* & alii supra citati, qui tamen in eo magnas hallucinationes commiserunt, vt in *seqq.* docebitur.

*) Præter eos, qui in vniuersalibus tractatibus indicia tractarunt, seorsim integris libris de indiciis scripserunt FRANC. CATONIVS, ANTON. de ROSELLIS, GVIDO de SVZARIA, FRANC. BRVNO, MARC. BLANCVS, CARERIVS, BOSSIVS, CHARTERIVS, ZILLETVS, FRANTZ. PERSONALIS & alii, quorum plurimi in *Tractat. Tractat.* collecti. Inprimis autem commendandæ sunt IO. OTT. TABORIS *dissertationes* nonnullae de *tortura, & indiciis delictorum editae Giessae Hassorum 1668. 4.* CHRISTOPH. CRVSII vastum opus de *indiciis delictorum* iterum edidit ejus filius ANDR. CRVSIVS obseruationibus & notis multo auctum *Francof. 1704. fol.* Superfluum igitur erit, multa de iis afferre,

afferre, nonnulla tamen, quae ad thesin nostram illustrandam necessaria sunt, breviter monebimus: Definitur indicium esse signum siue argumentum demonstratiuum delicti perpetrati; ab aliis definitur indicium, quod sit nota quaedam & demonstratio rei gestae, de aliquo delicto commisso, iudici fidem faciens. Quamuis indicia, suspicio, praesumtio, coniectura, signum proprie ab inuicem differant, prout tradit FARINACIVS *prax. rei crim. l. 1. Tit. V. qu. XXXVI.* Attamen in materia criminali haec omnia indiciorum nomine comprehenduntur, vt ipse IMP. CAROLVS V. affirmat *constit. crim. art. XIX. Wo vvir nachmahls redliche Anzeigungen melden, da vvollen vvir allvvegen redl. Wahrzeigungen, Argvvohn, Verdacht und Vermuthung auch gemeinet haben, und damit die übrigen Worte abschneiden;* vid. STEPHAN. ad *h. art. p. 49.* & alii Commentatores. Missis variis & diuersimodis indiciorum diuisionibus, quas citati Autores tradunt, ea diuidimus, quod sint vel omnibus delictis communia, vel certorum maleficiorum propria. Quam distinctionem probant Rubricae *constit. crim. art. XXV. Von gemeinen Argvvohnen vnd Anzeigungen, so sich auf alle Missethaten ziehen,* & *Art. XXXIII. Von Anzeigungen, so sich auf sonderl. Missethaten ziehen, und ist ein ieder Articul zu rechtlicher Anzeigung derselben Missethat genungsam, vm darauf peinlich zu befragen.* Illa iterum sunt duplicia: Verisimilia seu probabilia; quorum octo referuntur *Artic. XXV.* & *XXVI.* Sed *Art. XXVII.* declaratur, horum vnum per se non sufficere, ad torturam, sed si plura simul iuncta sint, sic Rubrica *Art. XXVII. Eine Regel, vvenn die vorgemeldten Argvvohnungen Theil oder Stück sammtlich sonderlicher gnugsamen Anzeigung zur peinlichen Frage machen.* Alia certa & indubitata, quorum vnum quodque per se solum sufficit ad torturam rubric. *Art. XXIX. Gemeine vnzvveiffelhaffte Anzeigungen, deren iegliche allein zur peinl. Frage gnugsahm ist.* Pragmatici, qui pluribus distinctionibus indigere cognouerunt, quatuor gradus indiciorum fecerunt. Primo quaedam indicia dixerunt *leuia*, quae tantum ad inquisitionem voluerunt proficere; Alia deinde esse *firmiora* & propinquiora,

quae capturam siue incarcerationem possint producere. Tertio *vrgentiora* siue proxima, quae torturam inducerent. Et quarto *urgentissima* seu clarissima & euidentissima, quae supposito processu legitimo etiam ad condemnationem possint proficere. vid. Io. OTT. TABORIS *Diss* de *tort. & indic. p. 109.* Sed rectius indicia triplicis saltem generis esse statuimus: vel *leuia*, quae gignunt tantum suspicionem, vel *grauia*, quae gignunt aliquid vltra simplicem praesumtionem, vel *grauissima*, quae producunt semiplenam probationem, illa sufficere ad inquisitionem, ista ad capturam, haec ad torturam. Ad condemnationem vero non sufficiunt indicia etiamsi vrgentissima, sed requiruntur probationes luce meridiana clariores *l vlt C.* de *probat.* & *l. 16. C.* de *poen.* Add. DELRIO *disquis. magic. l. V. Sect. II. p. 14. seqq.* & CARPZOVIVS *prax. crim. P. III. qu. CXX. n. 13.* Vbi bene distinguit inter indicia certa & clara, atque probationem certam ac claram, illa requiri ad torturam, hanc ad condemnationem; Ceterum, quia impossibile omnia ac singula cuiuslibet delicti indicia referre, & quae ad inquisitionem, capturam, & torturam requirantur, accurate definire, tota materia indiciorum est arbitraria, quod innuit IMP. in *ordin. crim. art. XVIII. XXIV. XXVII.* & *XXXIII.* Hoc tamen iudicis arbitrium debet dispositioni iuris & rectae rationi esse conforme. Licet autem iudici *cit. artic. XXIV.* ex indiciis nominatim expressis ad non expressa argumentari, modo horum par sit ratio. Et si hac in re sunt dubii, iudices debent consulere alios ICtos per *Art. VII.* & *XXVIII.* Sicut autem in omnibus delictis indicia quaedam sunt specialia, ita quoque in crimine Magiae. Cuius indicia specialia quatuor recenset IMP. *Art. XLIV.* Quae tamen saltem exempli caussa sunt scripta, praeter illa enim adhuc sunt plura alia, quae referunt GODELMANNVS, BERLICH & alii. Quorum tamen plura tanquam fallacia refutat HENR. BODINVS in *diss.* de *fallacibus indiciis Magiae, Halae 1701* habita, quae sunt sequentia. I) Famam de maleficio, & suspecti fugam §. 7. II) Confessionem Sagae, quod aliam viderit in monte Bructerorum §. 8. III) Transmutationem in lupum, felem §. 12. IV) Concubi-

tum

tum diaboli & Sagae §. 13. V) Excitationem tempestatum & grandinum §. 14. VI) Stigmata in Sagis. §. 15. VII) Si nullas lacrymas in tortura emittant §. 16. VIII) Si omnem sensum doloris amittant §. 18. IX) si quis prae aliis nimis religiosus sit. §. 19. X) Si desperet de vita, vel dixerit: actum de me est §. 21. XI) Si penes eum reperta schedula sanguine scripta §. 22. XII) Si toruum adspiciat §. 23. XIII) Foetorem inquisitae §. 24. XIV) si quis habet canes insolitos valde aestimatos. §. 25. XV) Lassitudinem & somnum profundum §. 26. XVI) si per aliquot noctes absens fuerit. §. 27. XVII) Si vulnera plagaeue inquisitae incerto autore inflictae. §. 28. XVIII) Si affirmauerit apparentiam spirituum & spectrorum. §. 29. XIX) Si quis parentes Magos habuerit §. 30. XX) Draconem volantem §. 33. XXI) ob incubum §. 34. XXII) ob fascinationem §. 35. XXIII) ob pediculos immissos §. 36. XXIV) ob ligaturam magicam §. 37. XXV) Testimonium *der vveisen Männer vnd klugen Frauen* §. 38. XXVI) si e templo egredi non possit §. 39. XXVII) si quis aquae iniectus, supernatet §. 41. Add. COCCEIVS in *diss.* de *fallacibus crim. indic.* vbi quoque de nonnullis indiciis Magiae fallacibus agit. Sed laudatus BRVCKNERVS in *cit. progr. n. 11.* recte monet: *Circumspectione igitur summa opus est praesertim quoad indicia Magiam demonstrantia cautionem adhibeamus, ne aliqua omni probabilitate non carentia, tanquam fallacia prorsus reiiciamus, sed etiam ne temere illis credamus*, vbi in *seqq.* nonnulla eorum recitat, & denique subiicit: *Optarem, vt, qui de indiciis Magicis tractant, ante recensita & similia non generaliter reiicerent, aut probarent, sed medium seruantes vsum & abusum eorum rite discernerent, ne Defensores & his oppositi Fisci procuratores dum prouocant ad celebres Doctores, immerentem apud imperitos iudices applausum sibi conciliarent. Sicuti enim pleraque delictorum indicia, generaliter spectata pro ratione circumstantiarum aliquando fallunt, aliquando cum aliis sumta fidem faciunt, ita se res habet cum supra dictis Magicis indiciis. Prudentia iudicis adsit necesse est, quae vel minimam attendit circumstantiam, in re tam ardua magnum momentum saepe habentem.* Nobis de illis sequentibus

§. VII.

Ad inquisitionem huius criminis alii plane nulla indicia requirunt, alii admittunt leuissima, alii leuia hic adesse volunt; Nobis dicendum eadem grauia indicia in hoc crimine requiri, quae in aliis delictis necessaria sunt, imo nonnunquam maiora: cuius tamen rei disquisitionem, pro diuersitate casuum & circumstantiarum, prudentum iudicum iudicio legibus & rectae rationi maxime conuenienti relinquendum esse statuimus; Modum vero per incantationes, sortilegia aliaque superstitiosa inquirendi tanquam impium & illicitum plane reiiciendum esse asserimus. *)

---

tibus quantum ad hoc crimen applicari potest, agendum erit.

*) Equidem iudex ex officio ad horrendum hoc crimen puniendum tenetur inquirere; attamen ad id non temere prosilire debet, sed requiruntur certa indicia, quae iudici viam particulariter inquirendi de hoc crimine contra aliquem aperiunt; Illos igitur, qui nullis praecedentibus indiciis in hoc crimine procedendum esse statuunt, grauiter reprehendit CLARVS *l V. sent.* §. *vlt. qu. XX. n. 1.* & BERLICH *P. IV. conclus. IV. n. 33. p. 75.* Communiter sentiunt, quod legitima ad inquisitionem criminis Magiae indicia sint haec: I) Mala fama seu diffamatio, II) denunciatio socii criminis, III) fuga, IV) depositio vnius testis, & V) aliae suspiciones; conf. GOEHAVSEN in *processs. contra Sagas tit. I. p. 21. seqq.* & *p. 55. seqq.* SCHROETER *diss.* de *lamiis p. 90.* Quanquam haec indicia labefactare vel in totum subuertere minime constitui, sed potius ea, si legitime probata & aliqua coniuncta sunt, ad inquisitionem sufficientia esse existimo; attamen vt iudicem inquirentem hic eo cautiorem reddam, nonnulla sequentibus annotabo. Et quidem I) quod diffamationem attinet, huius indicii requisita recensentur *art. XXV. Constitut. Carolin.* Vt scil. sit constans non vaga, ortum habeat non a maleuolis sed honestis: probetur per testes integrae fidei

fidei ad minimum duos: interrogati exprimment causam & coniecturas, quibus orta est: exprimment autores saltem probabiliter: dicant se a maiore populi parte audiuisse; ea prolixius explicat BERLICH *P. I. conclus. XXVI. n. 76. p. 112.* DELRIO *l. V. sect. III. p. 22.* ERN. COTHMAN *Cons.* apud VOLCKMANN *peinl. Process. P. III. cons. XLVI. n. 32. seq. p. 278.* & FARINACIVS de *indiciis qu. XLVII.* vbi *n. 207.* refert famam exacte probare, quam necessarium, tam rarum esse in iudiciis, adeo vt GRAMMATICVS senator Neapolitanus scripserit, se nunquam vidisse processum in quo repererit famam publicam legitime fuisse probatam. Famam solam, licet legitimis requisitis roborata sit, non sufficere ad inquisitionem, inprimis in hoc crimine asserit PIGNATELLVS *Consult. CXLVI. To. II. p. 80. licet fama*, inquit, *alias sit indicium magni momenti, ob commune tamen odium, quod in striges seu lamias habetur, contra quas quisque immaniter clamat, facillime insurgit huiusmodi fama contra aliquam mulierem, praecipue quando est vetula & turpicula. Ei ideo fama in hac re est indicium modici momenti;* Et IDEM *Consult. CLXI. p. 149.* latius ostendit, quam fragile & lubricum indicium sit fama etiam in aliis delictis. Inprimis autem IO. OTTO TABOR de *tortura & indiciis delictor.* ad *art. XXV. Constitut. Carolin. p. 139.* demonstrat, famam, etiamsi per omnia requisita confecta sit, tamen saepissime falsam & fallacem esse inprimis quoad crimen Magiae: *Quot conuiuia, quot symposia numerabis instituta, in quibus proximus absens ac saepius innocens materiam fabulae & laetitiae non praebuerit. Hic prima quaestio est, quid noui? Respondet alter nihil admodum. Aiunt tamen hunc veneficum esse. Vnde enim homini tam obscuro tanta eruditio: quomodo tam facile, tamque miraculose emergeret, qui infimae conditionis erat, nisi malis daemoniorum, seu, vt eruditi vocant, spirituum familiarium artibus vteretur: Haec a viris in speciem grauibus & honestis sine circumspectione enunciata, circumstantes pueri, ancillae, famuli excipiunt & passim vulgant. Ecce tibi famam ab honestis viris ortam.* Qua de causa magis peccant illi, qui solam famam in delictis occultis & exceptis indicium ad torturam facere putant, vt CLARVS *l. V. qu. XX. vers. fama sola.*

FARINACIVS *c. l. n. 28. seqq.* & alii magno numero ibi citati; Quamuis FARINACIVS *c. l.* famam adminiculatam esse velit; quale vero adminiculum hic adesse debere explicat *n. 35. vbi fama habet ortum ex aliqua veresimili & probabili causa, tunc non est sola & simplex fama, sed adminiculata.* Verum haec adminicula, veluti quod fama ortum habeat a bonis & ex certa causa, sunt proprie ipsius famae requisita: nam si illa absunt, rumor potius vagus, vana vulgi vox seu fama spuria dicitur, vt eleganter docuit GOEHAVSEN *decision. qu. XI. p. 211.* Non tamen illius sententiae, quod in hoc crimine tanquam excepto ex sola fama contra aliquem ad capturam recte procedatur, subscribere possum: quia in non exceptis criminibus solam famam non sufficere omnes consentiunt, & ipse GOEHAVSEN in *processs. contra sagas tit. I. Lit. D. p. 29.* hoc adfirmat; Hinc multo minus in crimine Magiae solam famam indicium ad capturam facere existimo; tum quia in eiusmodi criminibus facilius, quam in aliis, falsa fama, etiamsi omnia illius requisita adhibeantur, oriri possit, cum hic homines ad diffamandum & credendum sint proniores, quam in aliis: tum quia in hoc crimine maius vitae & famae periculum subest, quam in aliis, cum à captura ad torturam & mortem facilius hic procedendum esse vulgo velint; & si vel maxime satis diu vexatus dimittatur, maior infamiae nota & probrum ipsi inuritur, quam in aliis. Quod vero fama in criminibus exceptis propter eorum obscuritatem & difficultatem magis fallax & insufficiens sit, quam in aliis, pluribus probat SPEE in *caut. crimin. qu. XXXIV. p. 122.* & *qu. XXXVI. p. 135.* vbi *n. 11.* subiicit: *Sintemahlen solche verborgene Laster von der Menschen Sinnen desto schvverlicher begriffen vverden können, da doch die Fama anders nichts, als vvas einer gesehen, gehöret &c. haben vvill, seinen Anfang vnd Vrsprung nimt, ist auch das gemeine Geschrey bey denen gemeinen Lastern dennoch offtmahls betrüglich, vvarum solte es in exceptis, in den groben vnd verborgenen Lastern nicht dergleichen seyn? denn ich halte es dafür, dass vvir leichtlich in denienigen, vvas schvver zu ergründen ist, als andern vvas offenbahr ist, betrogen vnd hintergangen vverden können: Hat also Binsfeldi, Clari vnd an-*

derer Meinung keinen Grund. II) Quoad nominationem socii criminis, vt faciat indicium haec concurrere debent requisita: *a*) ne nominans in tortura de indiuiduo sit rogatus, *b)* vt de omnibus circumstantiis interrogatus, *c)* vt denuncians nihil odii habeat cum nominato, *d)* vt nominati bona fama non obstet, *e)* vt nominans non vacillet, sed extra vim rogatus perseueret; haec requisita in isto indicio expresse nominantur in *Artic. XXXI. Constit. Carol.* Prolixius de iis agit MATH. STEPHANI *comment. ad h. l. p. 78.* SCHROETERVS de *lamiis p. 96.* & CRVSIVS de *indiciis c. XXXII. n. 22. seqq.* add. BERLICH *P. IV. conclus. IV. n. 117.* qui septem requisita ex hoc ipso loco elicere praetendit, quem ea de causa refutat TABOR de *indiciis p. 208. seqq.* Quale vero indicium nominatio Magi in hoc crimine faciat, Criminalistae inter se non conueniunt. 1) Nonnulli putant talem denunciationem facere ad condemnationem, vt ANTONIVS GOMEZIVS *variar. resolut. t. III. c. XIII. n. 18.* & LESSIVS *l. II. c. XXX. n. 39.* de I. & I. ait: *In huiusmodi exceptis criminibus, depositionem socii non solum esse sufficiens indicium ad torturam, sed etiam esse semiplenam probationem: & accedente alio socio, qui idem deponat, esse plenam probationem, & posse reum condemnari.* Nec non BODINVS *daemonomania l. IV. c. II. p. 576. Quin etiam licet a conreis in criminibus aliis probatio erui non possit, Magi tamen conrei socios eiusdem criminis accusantes aut dicentes in eos testimonium, maxime vero si plures fuerint, probationem satis firmam afferunt, ex quo damnentur rei;* sed *c. IV. p. 616.* hoc tum demum admittit, si nominans Magus resipuerit & inuocauerit Deum. Sed quis non videt, hac opinione admissa, viam innocentissimos opprimendi aperiri? hinc ea sententia rectissime a FARINACIO *qu. XLIII. n. 29.* & *75.* & GOEHAVSEN *decis. qu. VIII. p. 131.* & aliis ibi citatis refutata est. 2) Alii non tam rigorose & crudeliter sentientes ex sola confessione socii huius criminis, ad torturam procedi posse volunt, vt PETR. BINSFELDIVS de *confess. maleficor. membr. II. quaestion. princip. conclus. III. & VII p. 352.* IO. ZANGER de *quaestion. c. II. n. 195. p. 825.* Quorum tamen sententiam refutarunt M. ANTON. PEREGRINVS *cons. II. n. 3.*

 seqq.

seqq. BERLICHIVS *c. l. n. 110.* & inprimis GOEHAVSEN *qu. VII. p. 129.* maxime in eos inuehit: *Et sane mirari subit pluribus autoribus & magni nominis hanc opinionem, iuri & rationi aduersam, placere potuisse; sed solent proh dolor, praesertim Practici, more pecudum antecedentium gregem sequi; Vnde aut egregie fallor, aut iudex syndicatui subiacebit, qui ex sola vnius nominatione absq; aliis adminiculis torturam decernit.* 3) Sed *idem* GOEHAVSEN *qu. IX. p. 167.* & multi alii *p. 158.* ab ipso citati contendunt, nominationem plurium sociorum huius delicti indicium sufficiens esse ad torturam; add RICHTER *decis XCI. n. 19. p 191.* Cum autem numerus non tollat inhabilitatem, nec supplementum inducat, nec duo imperfecta in sua specie possint vnum perfectum producere, alii vt BLANCHVS, GRAMMATICVS, NATTA, CRAVETTA, & alii, quos magno numero allegant FARINACIVS de *indiciis qu. XLIII. n. 34.* & DELRIO *disquis. magic. l. V. qu. I. conclus. II.* in *append. II.* dissentiunt, & saltem 4) nominationem indicium ad inquirendum facere asserunt. 5) Quinta sententia est eorum, qui nominationem Magi vel lamiae nec ad inquisitionem formandam indicium facere existimant, quos non minori numero citat GODELMANNVS *l. III. c. IX. n. 5. p. 90.* & BERLICHIVS *P. IV. conclus IV. n. 109. p. 96.* Quam sententiam etiam tenent PONZINIBIVS de *lamiis n. 65. fol. 354.* SIGISMVND SCACCIA de *iudic. c 83.* FACHINAEVS *IX. controu. c. 88.* & GOLDAST. *von confiscation der Hexen-Güther § XL. lit t. p. 109.* qui alios plures huius sententiae allegat. Nobis in tanta opinionum varietate constanter asserendum est, solam & simplicem nominationem vnius vel plurium sociorum huius criminis non sufficere ad instituendam contra aliquem inquisitionem. Sicut iam antiquitus pro regula obseruatum fuisse referunt Impp. HONORIVS & THEODOSIVS *l. vlt. C.* de *accusat.* ne de se confessus in alios torqueatur, quod facinerosus quispiam sibi blandiri posset & sperare, vt delatione superioris personae tanquam socii criminis veniam sit impetraturus; vel quia hoc modo in inimicum insidias struere posset per vindictam ipsius supplicio in ipsa supremorum suorum sorte satiandus, aut nominando virum bonum eius studio aut priui-

legio

legio eripi se posse confidens: add. *l. 11. C de test.* vbi *iidem* Impp. omnes socios & participes criminis a testimonio repellunt. Sic etiam D. *Pius* rescripsit, vt is, qui de se confessus est, in caput aliorum non torqueatur, quod refert MODESTINVS *l. 16. π. de quaestionib.* add. *l. 4 C. de quaestion.* Et cum praesumendum sit, non fore in alios mitiorem, qui de se confessus est, ideo IVLIVS Papa *c. Nemini 5. caus. XV. qu. III.* recte concludit omnem rei confessionem periculosam esse; Sicut & ALEXANDER III. *c. veniens 10. X. de testib.* statuit, quod socius criminis testificari non possit, nullique de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum. add. *c. Personae 20 eod.* Qua de causa & plurimi Criminalistae in delictis regularibus, id est, non exceptis, nominationem socii criminis, non admitti, nec vllum indicium ad inquisitionem facere, communi ore profitentur, & pro hac sententia vltra 50 Doctores allegat IOS. MASCARDVS *de Probat. Vol III. Conclus. 1311. n. 1. p. 228.* Et quamuis plerique Criminalistarum in delictis exceptis, & in specie in crimine Magiae vel Sortilegii, diuersum & exceptum statuant, quod scilicet sola nominatio socii huius criminis indicium faciat vel ad inquisitionem, vel ad torturam, vel ad condemnationem; attamen, cum tam legibus, quam rationibus sint destituti, regulae communi etiam in hoc crimine inhaerendum esse existimo: eoque magis, quod nominationi seu testimonio socii huius criminis minor adhuc fides adhibenda sit, quam in aliis delictis; cum huiusmodi criminos: sint daemonis mancipia; hinc mendaciores habendi sunt, quam alii facinerosi, qui non tam aperte daemoni se mancipatunt: & inde magis credendum est, quod illi instinctu diaboli, vtpote patris mendacii innocentes inprimis personas illustres, aut spe forte impunitatis & liberationis consequendae, aut ex mero odio, quasi communis salutis hostes, secundum *l. 2. C de Malef.* nominauerint. Nihil autem in contrarium facit, quod nonnulli dicant, in poenitente mendacii praesumtionem cessare, nunquam enim sciri potest, vtrum poenitentia in nominante vera sit, an mentita & simulata; praeterea omnes hactenus citati DD. statuunt, magi etiamsi non resipuerint, eorum

 tamen

tamen nominationem quoad minimum indicium ad inquisitionem facere; imo DELRIVS *l. V. qu. III. append 2.* asserit, etiam impoenitentibus tuto credendum esse, eorumque delationem indicium facere ad torturam, quia infamiae vitium per confessionem in tortura factam purgatum sit; Et HIPPOLITVS de MARSILIIS *prax. criminal. § restat. n. 12. seqq.* & BINSFELD *de confess. malefic. p. 309.* statuunt, ne quidem Magi vel sagae reuocationem nominationis in agone mortis factam indicium illud purgare. Ex his facile patet, quam leuis momenti sint eiusmodi nominationes in hoc crimine, & licet ponamus, quod Magi & sagae non sint mendaces, nec alios innocentes ex odio vel malitia denuntient, nihilominus tamen eorum denominatio & confessio minorem fidem meretur in hoc crimine, quam in aliis delictis: quia illi, licet veritatem dicere velint, hoc tamen non semper praestare possunt; siquidem omnes etiam criminalistarum superstitiosissimi concedunt, sagas & magos non raro in somniis vel aliis praestigiis illudi, dum putant, se ad hunc vel illum locum transferri, & cum his vel illis personis conversari; atque etiam diabolum innocentes personas sub assumta specie spectatoribus suis obiicere; Cum igitur tam pronum & frequens sit illusionis periculum, adeo vt nec illi ipsi, qui talia patiantur, partim ob simplicitatem, partim ob phantasiae & imaginationis infirmitatem, partim ob daemonis sauritiem satis aliquando inter veras & falsas eiusmodi translationes & negotiationes distinguere possint; quomodo eiusmodi denunciationes per se solae haberi possunt pro sufficientibus indiciis? Quo magis ergo horum reorum phantasia hoc casu est delusa, eo magis eorum confessio & denominatio in hoc crimine vitiosa est, quam in aliis. Equidem cum BINSFELDIO de *confess. malef. membr. II. conclus. I. p. 393 seqq.* & DELRIO *l. V. disquis. in append. II. qu. I.* GOEHAVSEN *qu. V. p. 100.* putat Deum id nunquam permissurum diabolo innocentes nominari, vel si permiserit, aliquando quidem innocentes ita infamari, nunquam tamen permisisse eos damnari, sed mox eorum innocentiam in lucem protulisse; Verum, licet Deus non facile permissurus sit, innocentem, si contra eum modus

dus legitimus procedendi obſeruetur, opprimi; ſi autem iudex ex ſola denunciatione magi malitioſi vel a daemone deluſi contra aliquem vellet procedere, & in caſu innocentiae extraordinarium vel miraculoſum auxilium a Deo expectare, quid hoc aliud eſſet, quam Deum tentare, omnesque proceſſus criminalis cautelas abrogare, ac denique contra omnes pro lubitu ſine vllis legitimis indiciis procedere? Quod & confirmat ipſe GOEHAVSEN *proceſſ. contra ſagas proleg. p. 20.* dum ſibi non conſtans ait: *Verum tamen hoc non nimis generatim, ſed reſtringendum & intelligendum eſt nempe ſi proceſſus legitime ac debito modo inſtituatur: Ceterum ſi proceſſus ejusmodi minus caute & circumſpecte peragatur, non immerito timendum ne quandoque innocentes cum nocentibus pereant, &c.* Add. SPEE *caution. crimin. qu. X. p. 21. ſeqq.* & *qu. XLVII. p. 180.* ubi eos, qui putant, Deum non permiſſurum eſſe innocentes nominari, ſatis refutauit. Hoc tamen ipſo non aſſerimus, omnes depoſitiones & nominationes ſagarum vel magorum vitioſas & falſas eſſe, quo inclinare videntur COTHMANN I. *Reſponſ. XII. n. 267.* & *III. Reſponſ. XXIX. n. 304.* nec non autor *reſponſi iuris* de *proceſſu contra ſagas qu. II. p. 51.* Sed nobis diſtinguendum eſt, utrum magi vel ſagæ deponant de conuenticulis, conuiuiis & choreis diabolicis in transuectionibus ſimul exercitis, an vero de cooperationibus actualibus, veluti de ſeductionibus ſociorum, de maleficiis coniurationibus aliisque facinoribus communi opere & conſilio perpetratis; Priori caſu talis nominatio eſt vitioſa ob rationes ſupra adductas, poſteriori vero non, quia hoc caſu talis deluſio non praeſumenda, cum facile ex circumſtantiis hic concurrentibus, an verum vel falſum ſit, id erui poſſit. Licet etiam hoc caſu ſimplex nominatio nullum indicium, ne quidem ad inquiſitionem, in hoc crimine faciat, vt ſupra dictum eſt; Eo tamen ipſo non aſſerimus, plane nullius momenti eſſe nominationem ſocii huius criminis, ſed ſi alia indicia ad inquiſitionem vel torturam ſufficientia adſunt, tunc hoc, tanquam aliquo adminiculo, concurrente, iudicem eo citius, ſecurius & confidentius etiam in hoc crimine

proce-

procedere posse putamus; Optime nostram mentem exhaurit IOSEPH MASCARDVS de *Probation. Vol. III. Conclus. 1311. n. 14. fol. 228. fac. b. Verum vt in hac tota re meam sententiam proferam, sic distinguendum arbitrarer, vt in casibus non exceptis a regula & conclusione, quam supra posuimus, socius criminis nec indicium faciat ad inquisitionem nullis aliis concurrentibus. Si vero alia indicia concurrant, animadverti oportere arbitror, cuiusmodi tale indicium sit: Nam si leve sit, & parvi momenti ad inquisitionem, si leuissimum, nec ad eam, si vrgens & magnum etiam ad torturam sufficere dicendum est, sic vt ex qualitate adiuncti indicii fidem socii vel augeamus vel minuamus.* Quamuis MASCARDVS *c. l.* talia enuntiet de criminibus non exceptis, & de criminibus exceptis in *seqq.* diuersum adfirmet *n. 52. fol. 230.* dicens: *In hisce criminibus etiam sine aliis indiciis indicium facere ad inquisitionem, aliis vero concurrentibus ad torturam;* Attamen eadem, quae MASCARDVS de criminibus non exceptis tradit, multo magis in hoc crimine locum habere paulo ante satis demonstratum fuisse non dubitamus. Et quidem sententiam, quam hic defendimus, veriorem & receptiorem esse affirmat GODELMANNVS de *Magis & Venef. l. III. c. IX. n. 12. p. 93. Ceterum verior & receptior sententia est, quam etiam communis iudiciorum Germaniae vsus obseruat hodie nominationem socii criminis facere indicium & ad ulteriorem inquisitionem, & ad torturam, praecedentibus quibusdam indiciis & circumstantiis non tantum in criminibus exceptis, sed etiam non exceptis.* Qua de causa & TABOR *Diss.* de *confrontat. p. 112.* & *tr.* de *tortur. & indic. l. IV. th. 16. p. 31.* recte monet, denunciationem etiam adminiculis suis, quae in *art. XXXI. Constit. Carol.* requiruntur, munitam tantum proficere 1) ad instituendam inquisitionem, 2) ad exigendam responsionem ac 3) etiam confrontationem: non etiam ad torturam; Ubi *seqq.* tam ex ordinationibus criminalibus variarum prouinciarum, quam ex praeiudiciis probat, per eiusmodi denunciationem saltem locum fieri accusationi aut inquisitioni, non vero torturae; *p. 36.* ita concludit: *nec vnius, nec plurium complicum denuntiationem ad torturam sufficere, etiamsi*

requi-

requisita ista quinque art. XXXI. adsint: Sed vnius etiam denunciationem requisitis illis munitam, indicium facere ad processum criminalem gradatim informandum; Quod & confirmat *c. V. th. 52. p. 93.* Sed *idem* TABOR *analysi artic. XXXI. th. 8. p. 207.* & *th. 41. p. 228.* sibi non constans expresse asserit, quod scilicet denunciatio qualificata seu adminiculata etiam sola ad torturam proficiat; quod & pluribus defendere vult *analys. can. 12. caus. 26. qu. 5.* cit. tract. *th. 44. & 47. p. 290. seqq.* Quam opinionem etiam tenet CARPZOV. *P. III. qu. CXXI. n. 20.* Verum in dicto *articulo XXXI.* non dicitur: nominationem hoc modo instructam & comparatam facere indicium ad torturam: sed generatim vel potius indefinite: *Es gebe dergleichen Besagung eine Argwöhnigkeit wieder den Besagten:* Nempe ad instituendam gradatim inquisitionem, confrontationem & capturam; Ad torturam enim suscipiendam requiruntur, omnino indicia legitima, & vrgentia, quae nomine *redliche Anzeigungen* designantur, vt patet ex rubrica *artic. XX. Dass ohne redliche Anzeigung niemand soll peinlich gefraget werden.* Hinc denunciatio licet qualificata, multo minus in crimine magiae indicium ad torturam facit ob supra dictas rationes; vnde nec illius mentio fit in *artic. XLIV. Constit. Carol.* Vbi indicia in crimine magiae particularia ad torturam sufficientia recensentur. conf. BESOLD in *thesauro pract.* verb. *Hexen* & IDEM *IV. Cons. 179. n. 196.* & *Consil. 183. n. 15.* itemque *Consil. 301.* quod ita inscribitur: *An sufficiens sit ad torturam indicium, si nomen cuiusdam a confesso crimen veneficii, deferatur?* Add. BRVNNEMANN. de *Inquisit. C. VIII. membr. I. n. 18.* ubi requisita adposita ad capturam tantum proficere tradit. III.) Indicium ad inquisitionem in hoc crimine fugam esse constituunt DELRIO *l. V. Sect. III. p. 25.* BERLICH *P. IV. conclus. IV. n. 30. p. 74.* & GOEHAVSEN in *process. contr. sagas tit. I. n. V. p. 25.* & *lit. L. p. 41.* add. *pag. 56.* quod & fundatum in *constitut. Carolin. art. XXV. Zum siebenden, so iemand einer Missethat flüchtig wird.* Add. MATH. STEPHANI *comment. ad h. art. n. 8. p. 68.* Communiter quidem distinguunt, vtrum aliquis fugiat ante

 inqui-

inquiſitionem inſtitutam, an vero poſt; priori caſu fugam facere indicium, ſecus poſteriori caſu; ſed hanc diſtinctionem non omni exceptione & difficultate carere ſatis demonſtravit TABOR *cit. tract.* in *analyſ. art. XXV.* §. *XI. p. 164.* Nonnulli vt ZANGER de *quaeſtione c. II. n. 86. p. 802.* GODELMAN. de *magis & Venef. l. III. c. X. n. 16.* & alii ibi citati fugam ad torturam indicium ſufficiens praebere volunt, quorum rationes adducit quoque CARPZOV. *III. qu. CXX. n. 60. ſeqq.* Quos tamen latius refutauit TABOR *c. l.* & hanc opinionem valde periculoſam pronunciat, fugamque ſuſpicionem ſaltem mouere veriſimilem non vero certam, nedum torturae idoneam vel ſuffecturam dicit; Maxime adiuuatur *Art. XXVII.* dictae *conſtitutionis: Zum nechſten obgeſetzten Articul vverden acht argvvöhniſche Theil oder Stücke, von Anzeig peinl. Frag funden, derſelbigen argvvöhniſchen Theil oder Stück, iſt keines allein zu redlicher Anzeigung, daraus peinl. Frag mag gebraucht vverden, gnugſam.* Alii vt FARINACIVS *qu. XLVII. n. 19. p. 657.* cum aliis ibi citatis fugam iuncta fama indicium facere ad torturam putant, quos tamen refutat TABOR *c. l.* §. *19. p. 170.* & IO. MONACHVS in *practic. Iudiciaria P. X. p. 291.* Et quam fragile ſit hoc indicium optime docet IVST. OLDEKOP. *cautel. criminal. lib. IV. caut. IX. n. 5. p. 406. ſi indicium fugae vnquam fuit lubricum & exiguae fidei ſane illud hac noſtra rerum criminalium & proceſſuum tempeſtate vel maxime tale, nedum ferme nullius eſſe quis non aſſeruerit? Plurimi enim procul dubio innocentes in eam trahuntur, quando nimirum iudicium inſcitiam & ſaeuitiam praeſertim circa funeſtam iuxta ac ſaepe iniquiſſimam in inſontibus exercitatam torturae praxin, quae proh dolor, ſi aliter fieri non poteſt, ſtylo curiae, conſuetudine ſiue iudicii obſeruantia excuſatur, teſtium perfidiam, tribunalia corrupta, carceris incommoda, quibus plerumque iuſtae & debitae defenſioni via praecluditur, anxie & caute ſecum expendunt. Ibi ſane excuſandi, quod non tam conſcientiae ſtimulo compulſi, quam exemplis eorum territi, quibus male ceſſit nimis ſecura conſcientiae ſuae confidentia, fuga ſibi conſulerint.* Quod autem OLDEKOP de fragilitate huius indicii in genere diſſerit,

id

id eo magis obtinet in crimine magiae, vbi maius vitae & famae periculum ex tumultuario saepius procedendi modo imminet; conf. SCHROETER de *lamiis p. 101.* & THEOD. REINKING *Respons. Iur. de processi contra sagas.* Referunt quoque hic BODINVS *daemon. l. IV. c. 1. p. 544.* GODELMAN. de *Mag. & venef. l. III. c. III. n. 24 p. 19.* ZANGER de *quaestion. c. II. n. 204. p. 829.* & alii crebram mutationem loci seu domicilii, & ex ea indicium aliquod criminis magiae colligunt; sed quam fallax illud sit, notauit DELRIVS *l. V. Sect. IV. p. 26.* IV) Indicium GODELMAN. *l. III. c. III. n. 13. p. 16.* BERLICH. *P. IV. conclus. IV. n. 27. p. 74.* & alii ibi citati desumunt a depositione vnius testis; quamquam haec sententia admittenda est, si nimirum ille testis omni exceptione maior de ipso crimine commisso specialius deponat, attamen illorum, vt DELRII *l. V. Sect. II. p. 16.* GOEHAVSII *tit. II. p. 47. & 57.* aliorumque opinio, etiamsi ille testis alias inhabilis sit, in hoc crimine ob saepius dictas rationes multo magis reiicienda est. V) Indicium ad inquisitionem huius criminis petunt a suspicione. Sic PONZINIBIVS de *lamiis n. 88.* in *Tract. Tractat. To. XI. P. II. fol. 356.* putat in hoc crimine ex sola suspicione sine diffamatione posse inquiri; sed recte eum reprehendunt GODELMANN. *c. l. n. 18. p. 17.* BERLICH. *c. l. n. 20 p. 72.* & SCHROETER *p. 90.* Ad huiusmodi suspiciones referunt 1) si quis natus ex parentibus veneficis, quod certissimam esse regulam, vt ex innumeris iudiciis compertum esse asserit BODINVS *l. IV. c. IV. p. 608.* & NICOL. REMIGIVS *daemonolog. l. II. c. II. Hoc quoque*, inquit, *inter alia indubitatum certumque indicium semper habitum est, contra eos, qui sortilegii postulati ac delati sunt, quod reperientur iis editi parentibus, qui illius criminis ante fuissent damnati:* Idem sentit GODELMAN. *l. III. c. I. n. 16.* Sed hac sententia admissa sequeretur, quod hodie non minima pars hominum ad inquisitionem trahi possit, quia sine dubio multi homines hodie inueniuntur, quorum ascendentes vt magi vel lamiae illo tempore, quo rigerosissima fuit eorum persecutio, fuerunt combusti: Qua de causa rectius inter minus vrgentia

& minus recta refert DELRIVS *l. V. Sect. IV. n. XXII. p. 25.* 2) Talem quoque ſuſpicionem eſſe volunt, ſi quis ad ſortilegii crimen ſibi obiectum taceat, ſeque non defendat; hoc indicium ſi alia quaedam indicia concurrant, *praeſertim famae publicae, tum ad capturam, tum etiam torturam ſuo modo adminiculari ſuſpicionemque augere cenſet* GOEHAVSEN *deciſion. quaeſt. XII. p. 228.* Sed IDEM in *proceſſ. iurid. contra ſagas p. 59.* ſibi non conſtans dicit: *Exiſtimo hoc indicium a taciturnitate & ſilentio deſumtum leue & incertum eſſe, quod indiget adminiculo aliorum, etiam ad ſpecialem inquiſitionem*; add. DELRIVS *c. l. §. 23.* & FICHARD *conſ. CXX.* Eiusmodi quoque ſuſpiciones colligunt ex Phyſiognomia, conuerſatione, occultatione, patrocinio, inconſtantia, titubatione, trepidatione &c. de quibus latius vid. GODELMANNVS & BERLICHIVS *c. l.* qui has ſuſpiciones tanquam indicia ad inquirendum ſufficientia habent, de quibus etiam fuſe agit PIGNATELLVS *conſult. CLX. p. 157.* usque ad *p. 162.* Quanquam non negamus tales circumſtantias in hoc crimine, vt & in aliis, non omni ſuſpicione deſtitui, nec minime aliis grauioribus indiciis concurrentibus adminiculari; tamen hisce ſingulis vel aliis eiusdem generis in inquirendo iudicem ſolum niti, valde periculoſum, inprimis in hoc crimine, quod maiori cautione in procedendo eget, eſſe arbitror. Illa vero indicia, quod magi & ſagae non poſſint lacrymas emittere, quod certa ſtigmata habeant in aliqua corporis parte, quaeque BODINVS *c. l. p. 616.* GRILLARDVS & alii inquiſitores tanquam ſigna validiſſima magos & veneficas cognoſcendi adducunt, non tantum vt leuia, ſed vt nullius momenti, & falſa & abſurda reiicienda eſſe ſtatuimus. Maxime autem ridiculum vel potius deplorandum eſt, quod olim illi, qui religioni & pietati maiorem operam dederunt, in ſuſpicionem magiae inciderint, vt refert SPEE *caut. crimin. c. VIII. n. 5. p. 9.* In genere autem de his indiciis ſciendum eſt, quod ad inquiſitionem huius criminis aeque grauia indicia requirantur, ac in aliis delictis, quin nonnunquam adhuc grauiora, quod etiam bene monet OLDEKOP *caut. criminal. tit. IV. caut. XVI. n. 15. p. 437. Igitur aeque vrgentia*

& fortia indicia requiruntur, in criminibus exceptis, atq; in vulgaribus. Imo quia facilius fallitur iudex in criminibus occultis & in eorum leuibus coniecturis ac suspicionibus, quibus plerumque malignitas initium, credulitas incrementum praebere solet, (quod prolixius non deducam, sed cuilibet viro humano ac religioso cogitandum relinquam, ne praeter mentem excrescat hic meus tractatus,) & granius subest periculum in criminibus enormibus, ne innocens pereat solum, sed ne diro & atrociori supplicio afficiatur: Itaque in hisce delictis grauiora & vrgentiora debent esse indicia, quam in criminibus vulgaribus &c. Quod autem tota res arbitrio iudicis sit committenda IDEM *tit. IV. caut. 1. p 357.* docet, & *n. 9. p 361* ostendit, quale illud esse debeat. Postremo hic quoque notandum, quod nonnulli, vt HIPPOLIT. a MARSILIIS in *prax. crimin. §. diligenter n. 181.* BRVNVS de *indic. P. I. qu. III. n 35 seqq.* indicia sortilegii & incantationis admittant, putentque illa, licet non ad torturam, tamen ad inquisitionem sufficere; Tales modi recensentur a BERLICHIO *P. IV. conclus. IV. n. 34 p. 76. seqq.* Verum satis iam a BERLICHIO *c. l.* TABORE de *indiciis p. 118.* OLDEKOP *tit. II. caut. XVII. p. 163. iung. tit. IV. caut. X p. 416. caut. XV. p. 423.* aliisque refutati sunt; Vnde talis inquisitio omnino impia & nulla habenda est; siquidem illa indicia expresse reiiciuntur *art. XXI. constit. Carol. Es soll auch auf die Anzeichen, die aus Zauberey oder andern Künsten wahrzusagen sich anmassen, niemand zur Gefängnis, oder peinl. Frage angenommen, sondern dieselben angemasten Wahrsager und Ankläger sollen darum gestrafft werden. So auch der Richter darüber, auf solches der Wahrsager angeben, weiter fortfahre, soll er dem gemarterten Kosten, Schmertzen, Iniurien und Schaden, wie in nechst-obgemelten Articul gemeldet, abzulegen schuldig seyn.* add. *l. 13. ff.* de *iniuriis* & STEPHANI *comment.* ad *h. l. p. 55.* qui talem inquisitionem adeo nullam dicit, vt hic nominatus & delatus nec ex noua fama aliisque indiciis post inquisitionem exortis condemnari possit, quia recens fama & alia indicia, quae post capturam demum oriri coeperunt, nulla sunt, & reum non diffamant DAMHOVDER *prax. crimin. c. IX. n. 6.*

§. VIII.

Quoniam inquiſitio ſpecialis ſecundum praxin hodiernam plerumque ſolet eſſe coniuncta cum captura, eadem indicia, quae ad inquiſitionem huius criminis formandam ſunt necesſaria, ad capturam quoque ſuſcipiendam ſufficere dicendum eſt; Sicut vero ad inquiſitionem iſtius criminis, eadem quin nonnunquam adhuc maiora indicia requiruntur, ac in aliis delictis; ita quoque ad capturam pro eodem crimine non minora indicia adeſſe debent: quo maior infamiae nota ex tali incarceratione oriatur; quod tamen prudenti & legali iudicis arbitrio relinquendum eſſe videtur. *)

§. IX.

*) Quamuis nonnulli iuris interpretes velint, iudicem in cauſis criminalibus, aliquando etiam nullis praecedentibus indiciis ad capturam procedere poſſe, vt PARIS. de PVT. de *Syndicat. P. V. n. 13.* vbi plures eiusdem opinionis affert; Rectius tamen ſentiunt illi, qui incarcerationem ſeu capturam tunc demum admittunt, quando prius legitima praeceſſerint indicia, & conſtiterit delictum eſſe commiſſum. conf. GODELMAN. *l. III. c. VI. n. 3. p. 47.* Quod & expresſe ſtatutum in *Ordin. Carol. art. VI. So iemand einer Vbelthat durch gemeinen Leumuht berüchtiget, oder andere glaubvvürdige Anzeigung, Verdacht vnd Argvvohn, und deshalb durch die Obrigkeit Amts vvegen angenommen vvürde.* Et hoc non ſolum in proceſſu inquiſitorio, ſed in accuſatorio locum habet, quod nempe antequam reus cuſtodiae tradatur, accuſator crimen cum argumentis ſuſpicionis iudici exponere debeat, *Art. XI. So der Kläger die Obrigkeit, oder Richter anrufft, iemand zu ſtrengen Peinlichen Rechten, zu Gefängnis zu legen, ſo ſoll derſelbige Ankläger, die Vbelthat, vnd derſelben redlichen Argvvohn vnd Verdacht, die peinl. Straff auf ihn tragen, zuförders anſagen* &c. conf. ZIERITZIVS ad *h. art. p. 19.* & *24,* nec non STEPHANI *p. 23.* & *32.* Poena itaque digni ſunt illi iniqui & imperiti iudices, qui perſonas, ſine legitimis praecedentibus indiciis capiunt & in carceres ſualidisſimos coniiciunt, vt Imp. Carol. V. in *art. CCXIIX.* &

& CCIX seuere sanciuit. Add. STEPHANI ad *h. l. p. 353.* Et quidem indicia iusta atque legitima incarcerationem praecedere etiam in criminibus exceptis, atrocissimis, talibusque, quorum nulla remanent vestigia, pluribus ostendunt FARINACIVS *c. l. n. 114.* FICHARD. *lib. II. cons. CVIII.* & TORREBLANCA *daemon. l. III. c. XVI. n. 37. seqq. p. 504* adeo vt carceratio sine legitimis indiciis facta nulla omnino reddatur, & carceratus ante omnia sine vlla impensa relaxari debeat. BOSS. de *captura n. 4.* Hanc vero sententiam, quod nempe in quibuscunque delictis ad incarcerationem non deueniendum sit, nisi praecedentibus indiciis sufficientibus in foro Saxonico receptam esse testatur CARPZOV. *P. III. q. CXI. n. 21.* add. THEODORICVS *Colleg crimin. disp. IV. th. 101.* Sed quaenam indicia ad capturam in hoc crimine sint sufficientia adhuc quaestio est. Nonnulli putant in delictis enormibus iudicem facilius & leuioribus indiciis ad incarcerationem procedere posse, quod asserit DELRIVS *disquisit. magic. l. V. sect. VII. p. 39.* dicens: *Quo crimen est atrocius & in commune perniciosius, hoc leuioribus iudex indiciis fretus potest ad capiendum procedere.* Cum igitur crimen coniurationis spirituum sine dubio inter eiusmodi atrocia delicta referatur, idem quoque in eo secundum illorum sententiam obseruandum esset; conf. PIGNATELLVS *cons. CXLVI. p. 80.* qui illud confirmat. Alii vero è contra putant in criminibus enormibus ad capturam maiora indicia requiri, ac in aliis vulgaribus delictis, quod maior infamiae nota ex captura pro tali crimine oriatur; quod probat ROYAS *P. II. assert. I. In omnibus causis tam ciuilibus quam criminalibus a captura reorum minime inchoandum est, nisi praehabita prius de maleficio contra reum aliquali summaria inquisitione; Idque multo magis obseruandum est in crimine haeresis, quia licet in aliis criminibus nemo ob id solum, quod in carcerem est coniectus famae detrimentum patitur, captura tamen pro crimine haeresis, vehementer infamat, ideo cum magna cautela hic oportet procedi. Cum enim maior ratio in crimine heresis quam in aliis criminibus vrgeat, maiore inquisitione atque summaria cognitione ad capiendos reos opus est.* Imo CARENA *l. III. tit. II. §. 6.* ad capturam pro eius-

modi

modi delictis requirit indicia quae sufficientia sint ad torturam ob eandem rationem: *Vt vero capi quis possit requiritur ad minimum semiplena probatio siue indicia sufficientia ad torturam: quia incarceratio, quae fit ab inquisitoribus cum captiui infamia est coniuncta;* conf. PHIL. a LIMBORCH. *histor. inquisitionis l. III. c. XI. p. 210.* Quod etiam multo magis in crimine Magiae locum habere quidam existimant, idque alicubi statuum esse refert TABOR *Diss. de tortur. & indiciis. c. IV. p. 52. Daß keiner der Zauberey halben verdächtig gemachten Persohn auch nicht die Captur zuzuerkennen, es sey denn allbereit so viel in Erkundigung gebracht, dass dieselbe Persohn, vvenn sie in guttlicher Vorhaltung nichts erhebliches vnd zur Defension dienliches excipiret, so bald auch mit der scharffen Frage zu belegen.* Rationem huius statuti siue rescripti hanc adferunt: quia solus carcer in crimine magiae & maleficii vehementer infamet, & sint, qui mallent vitae quam famae iacturam facere. Vnde alii vsu receptum esse tradunt, vt nemo facile prius incarceretur, quam indiciis ad tormenta sufficientibus vrgeatur, IO. NEYDECK *Diss.* de *malefic.* Ingolstadii habita. Nobis in hac interpretum varietate dicendum est, cum tota haec materia de indiciis, sicut & omnium indiciorum arbitraria sit, vt traditur in *art. XVIII.* & communiter probatum refert CARPZOV. *P. III. qu. CXI. n. 4. & 23.* merito quoque ipsius prudenti & legali arbitrio committendum, quaenam indicia in hoc crimine ad capturam sufficiant, vel non sufficiant; Interim hanc ponendam esse regulam statuimus, quod ad capturam eadem indicia sint sufficientia, quae ad inquisitionem, quia specialis inquisitio vt plurimum incipit a captura & incarceratione, vt testatur CARPZOV. *c. l. n. 1. & 25.* add. SCHROETER de *lamiis p. 103.* & BRVNNEMANN. *processf. inquis. c. VIII. membr. 1. n. 11.* Et cum de indiciis ad inquisitionem huius criminis iam §. *praecedente* prolixe actum sit, plura hic addere supersedemus. Sicut vero ad inquisitionem criminis coniurationis spirituum eadem indicia, quin potius adhuc maiora, ac in aliis delictis ordinariis requiruntur, vt ibidem satis demonstratum est; ita non minora indicia ad capturam pro eodem crimine necessaria esse debent:

debent: quo maior ex tali captura infamiae nota oriatur. Equidem DELRIVS *c. l.* distinguit quoad capturam, si fiat tantum, ne reus fugiat, interea dum sit inquisitio, sufficere levia indicia: si vero fiat, vt specialiter contra eum procedatur, necessaria esse grauia. Verum recte eum refutauit GOEHAVSEN de *processe contra sagas not.* ad *tit. 1. lit. D. p. 30.* demonstrauitque etiam illo casu, si captura tantum fieri deberet, ne reus fugeret, necessaria esse indicia grauia, inprimis in crimine magiae & veneficii, *ob quod quicunque suspectus sit ac capitur non sine perpetua nota ac probro rursus dimitti poterit, & si alias certe in hoc crimine, captura damnum fuerit irreparabile, quae hoc casu existimationem hominis illaesam esse non patitur, eundem si non iuris, saltem facti infamia aggrauantem:* Quod & autoritatibus probat; hasque rationes subiicit: *Itaque iudici haec maxima erit; omni & quocunque casu in crimine magiae ad capturam necessaria fore indicia grauia, quod vel unica confirmat haec ratio, quod captis nimirum mulieribus maleficii delatis, siquidem exinde nulla deprehendantur indicia ad torturam legitime sufficientia, ideoque carcer relaxetur: eaedem non solum ad nocendum magis irritentur ac ad graviora quaeuis animentur, instigante generis humani hoste Satana: sed etiam reliquae eiusdem farinae criminisque consciae vetulae, huiusmodi exemplo multo in dies ad veneficium propensiores, tum alacriores fiant; impunitatem malorum quasi praesagientes.* add. IDEM *tit. II. lib. 13. p. 71.* Ceterum quaestio hic etiam occurrit an pro tali crimine carceratus sub cautione fideiussoria vel iuratoria relaxari possit? GODELMANNVS *l. III. c. VI. n. 11. seqq.* putat personam ex nobili & honesta familia pro venefica delatam, sub tali cautione relaxandam esse; Eum autem idcirco reprehendit SCHROETER de *Lamiis p. 104.* quia in criminibus atrocibus, quale est veneficium, vbi poena corporalis venit infligenda, non fideiussoribus sed custodiae rei committendi sunt; & multo minus eiusmodi rei sub iuramento carcere dimitti posse, cum non praesumantur iudici iusiurandum seruare, qui Deo periuri sunt facti. Licet quidem SCHROETERI sententia eo casu, si captura ex sufficientibus indiciis in

 hoc

§. IX.

In hoc crimine, eo casu, si poena corporis afflictiva reo infligenda est, & legitima ac sufficientia indicia adsunt, ad torturam etiam veniri potest; Licet quidem in constitutione

hoc crimine semel decreta est, omnino vera sit; Attamen non statim GODELMANNI sententia est reiicienda, qui loquitur de casu, vbi persona ex nobili & honesta familia pro venefica ab aliis incantatricibus delata, interrogata vero neget, haec omnino, nisi alia indicia contra eam adsint, etiam sine cautione dimittenda est; quia sola ac nuda delatio sociorum eiusmodi criminis non est sufficiens indicium ad inquisitionem vel ad capturam vt §. *antecedente* satis demonstratum est. Interim alii hoc totum negotium arbitrio iudicis relinquunt, qui qualitates personarum, an sint levis vel insignis conditionis, an suspicio de fuga adsit, vel non aestimare debet. conf. DELRIO *l. V. Sect. VII. p. 40.* & OLDEKOP *tit. III. cautel. III. p. 238. seq.* cautela quoque hic notanda, quam suppeditat OLDEKOP. *cautel. criminal. tit. II. caut. XXVIII. p. 190.* vt nimirum iudex mandet ministris simul domum capiendi accurate perquirere, vt instrumenta delicto adhibita inueniant: quae iudex postea reo monstret, quaerens quid cum illis egerit? & bene considerans an respondendo sese vlterioribus grauet suspicionibus vel contradictionibus implicet. Quam cautelam maxime practicandam in crimine magiae ad quaerenda instrumenta magica scribit DELRIVS *c. l.* Denique quod nonnulli putent, reo ob crimen magiae incarcerato nullam defensionem ab advocato gerendam, concedendam esse, hanc opinionem contra omnia iura & aequitatem esse optime ostendit SPEE *caution. criminal. qu. XVIII. p. 45. seqq.* add. GOEHAVSEN *process. contra sagas praeloqu. p. 17.* qui pluribus demonstrat etiam in causa magiae vel sortilegii dandam esse reo copiam indiciorum & concedendum esse advocatum, qui defendat. add. quoque OLDEKOP. *caut. crim. tit. I. caut. VI. p. 68.* qui hoc latius persequitur.

tione Carolina quaedam ſaltem indicia particularia in crimine Magiae ad torturam ſufficientia recenſeantur, attamen cum illa ſaltem exempli loco propoſita ſint, etiam alia aeque grauia omnino admittenda ſunt: Quod iterum recto & legali iudicis arbitrio committendum eſt. *) §. X.

*) Licet quis ex legitimis & ſufficientibus indiciis ob crimen Magiae vel coniurationis ſpirituum captus ſit, non tamen ſtatim contra eum ad torturam vel condemnationem procedendum eſt, ſed ante omnia talis reus de crimine ipſi obiecto interrogandus, & de veritate dicenda interpellandus eſt, vt pluribus docet Schroeter de *lamiis p. 107.* vbi ſuadet, ne iudex in primo examine ſit nimis rigoroſus, ſed induat commiſerantium ſpeciem & a minis mortis abſtineat. Praemiſſa ſummaria interrogatione, & a reo facta reſponſione articulatim a Iudice examinandus eſt, nec non cum teſtibus contra eum deponentibus, & correis, ſi qui adſunt, confrontandus eſt, cuius deinde reſponſiones cum aliis occurrentibus circumſtantiis ſedulo actis conſignandae ſunt. Si vero eiusmodi reus in negatione perſiſtat, ne talia delicta maneant impunita, legitimis praecedentibus indiciis quae per conceſſam ipſi defenſionem elidere non poteſt, & iurisperitis antea ea de cauſa conſultis iuxta *Conſtit. Carol. art. VII. XXVIII. & CCXIX.* vel ſecundum praxin hodiernam actis ad ſcabinatum transmiſſis, iudex contra eum etiam in hoc crimine, eo caſu, ſi poena corporis afflictiua locum habet, ad torturam procedere poteſt. Etſi quidem nonnulli modum per torturam eliciendi veritatem, vt iniuſtum, iniquum & fallacem ex foris Chriſtianorum proſcribendum eſſe aſſerunt, vt Ant. Mathæi de *Crimin. ad π. lib. XLVIII. tit. XVI. c. V.* Io. Grevivs *tribunal. reformat.* Iac. Schaller. *Diſp.* de *tortura in Chriſtiana republica non exercenda.* & Mart. Bernhardi *Diſp.* ſub praeſidio Thomasiano de *tortura ex foris Chriſtianorum proſcribenda*; contra hos tamen torturam defendit Christian Wildvogelivs *Diſſ.* de *arbitrio iudicis circa tortu-*

torturam. Sicut autem in omnibus criminalibus caufis iudex contra reum non nifi legitima & urgentia indicia adfunt, ad torturam venire poteft, vt expreffe ftatutum *artic. VI. XX.* & *XXVIII.* adeo vt fi reus non fufficientibus indiciis praecedentibus tortus fit, ex fola illa fua confeffione non fit damnandus, etiamfi millies & iudicialiter ratificata fit, *cit. art.* Vbi & de poena iudicis non legitime torquentis agitur, add. STEPHANI ad *h art. p. 22.* & *50.* nec non TABOR. *Analyf. art. XX. p. 111.* Ita quoque in hoc crimine nemo torquendus eft, nifi adfint indicia, non quaelibet, fed vrgentia & ad torturam alias neceffaria ac iufta. Licet quidem nonnulli, vt DELRIO *l. V.* in *Append. II. qu. XXII. in fine.* CLARVS *qu. LXIV. n. 6.* BOSSIVS *tit.* de *indic. n. 172.* MENOCHIVS de *arbitrio Iudicis. l. 1. qu. LXXXIV. n. 8.* MASCARD. *Concluf. 1385. n. 13.* BINSFELDIVS de *Confeff. malef. Membr. II. §. VI. Concluf. p. 323.* & alii quos & fequitur GOEHAVSEN *proceff. contra fagas tit. III. p. 140.* & *qu. XX. p. 182.* putent, in criminibus exceptis iudicem animofiorem effe & facilius venire poffe ad torturam maxime in crimine magiae, quod delictum eft occultum ac infuper atrox: adeoque in huiusmodi criminibus ad torturam leuiora fufficere indicia: atque id ideo, quia in his criminibus magis expedit reipubl. leviora admitti indicia, cum fint occultiora & difficilioris probationis crimina, & digniora, quae citius & grauius puniantur. Verum hanc erroneam opinionem folide refutauit TORREBLANCA *daemonol. l. III. c. XIX. n. 45. p. 528.* SPEE *caut. crimin. qu. XXXVIII. p. 170.* & OLDEKOP. *caut. crimin. tit. IV. caut. XVI. p. 429.* vbi *n. 4.* docet, quomodo axioma, in delictis occultis & exceptis iudicem ad torturam promptiorem effe poffe, fano fenfu poffit admitti: *Nam quando dicitur quod in delictis occultis & exceptis iudex poffit vel debeat effe promtior & celerior ad torturam, non hunc habet intellectum vt minoribus habitis indiciis non fufficientibus, vel non fatis probatis ad quaeftionem conuolare liceat: fed quia aliae tam clarae probationes, & ad condemnationem fufficientes, in his delictis non tam facile reperiuntur, vt in aliis vulgaribus; Proptcrea iudex ad torturam, quae in fubfidium,*

quando

quando aliter veritas constare non potest, adhibetur, promtior & animosior praesuppositis tamen legitimis indiciis, iisq; legitime probatis procedit. Quod *seqq.* latius declarat: ita vt aliquid addere non sit necesse. Conferri hic potest ERN. COTHMAN. *consil.* apud VOLCKMANNVM *peinl. Procesf. P. III. constit. XLVI. n. 27. p. 277.* & LIMBORCH *histor. inquis. l. V. c XXIX. p. 317.* Quemadmodum autem indicia ad torturam sufficientia dupliciter considerari possunt, nempe quatenus omnibus delictis sunt communia: vel certorum criminum propria *Rubr. art. XXV.* & *XXXIII.* ita quoque in hoc crimine indicia eodem modo expendenda sunt; Et quidem omissis indiciis communibus de indiciis huic crimini propriis agendum est. Quatuor autem indicia crimini magiae vel sortilegii peculiaria secundum vulgarem traditionem referuntur in *ordinat. criminal. art. XLIV.* quae iudex antequam torturam decernat, probe attendere debet. *Primum* est, si quis se scientiam artis magicae habere fateatur, & offerat se simul ad tradendum docendumque incantationes *in verb. Wann iemand sich erbeut, andern Menschen Zauberey zu lernen.* Quod enim docentes hoc modo magiam & incantationes haud obscure fateantur se scientiam eius artis habere, & proinde non immerito torqueantur, ostendit STEPHANI ad *h. l. p. 106.* & GILHAVSEN *arbor. iudic. crimin. c. VI. part. VII. sect. II. n. 103.* *Secundum* indicium est, si sortilegus alicui minatus fuerit incantare & fascinare, minaeque coniunctae sint cum euentu, *in verb. Oder iemand zu bezaubern bedrauet, vnd dem bedraueten dergleichen geschicht.* Minas enim indicium facere ad torturam contra minantem, praesertim qui consueuit illas exequi, communem esse Dd. conclusionem refert MASCARD. de *probat. vol. II. concl. 1060.* Eamque sententiam probant GODELMAN. *l. III. c. X. n. 17.* STEPHANI *c. l.* & GOEHAVSEN *tit. II. conclus. p. 106.* Verum optime demonstrat TABOR *p. 152.* & *238.* non quaslibet generales & absolute spectatas minas facere indicium ad torturam; sicut in aliis delictis, ita & in crimine magiae, sed tales minas, quae ad certum factum specifice directae, & cum aliis adminiculis coniunctae sunt. Add. ERIC. MAVRITIVS *cons. Chilon. XXV. p. 354.* *Tertium* indicium

ad torturam esse dicitur, siquis cum certis & conuictis magis conuersetur, familiaritatemque habuerit in *verb. Auch sonderliche Gemeinschafft mit Zauberern vnd Zauberinnen hat.* Quod autem ex conuersatione sufficiens indicium ad torturam oriatur late scribit IAC. MENOCHIVS de *praesumt. qu. LXXXIX. n. 89.* quem & sequuntur GODELM. & STEPHANI *cit. l.* add. tamen COTHMAN. *Cons.* apud VOLCKM. *l. III. cons. XLVI. n. 38.* Sed nobis videtur hoc non esse nouum aliquod indicium ad torturam sufficiens, sed potius adminiculum necessarium antecedentium indiciorum, quod patet ex particula: *Auch:* quae non est distinctiva & diuersificatiua, sed copulatiua; Vnde & TABOR *p. 146.* dicit: *Non vsq; certum est, vtrum in illo versu: Auch sonderliche Gemeinschafft nouum, distinctum & per se sufficiens requisitum, an vero declaratiuum tantum & coniungendum cum prioribus proponatur, vt scil. is, qui iactat doctrinam magicam, vel minatur fascinationem talem, serio & tum demum egisse vel sensisse videatur si cum veneficis singularem societatem habuerit, & vt in fine articuli sequitur, de magia alias infamatus sit.* Paulo post: *Ita suppositum societatis non est singulare, & per se sufficiens, sed est copulatiuum & declaratiuum praecedentium duorum requisitorum: Siquidem particulae (etiam) & altera (&) eiusdem sunt potestatis.* *Quartum* indicium dicitur, si quis res de veneficio suspectas secum habeat, aut moribus, gestibus vel verbis vtatur, quae incantationem designare solent. in *verb. Oder mit solchen verdächtlichen Dingen, Gebärden, Worten vnd Wesen umgehet, die Zauberey auf sich tragen.* Quod indicium cum nimis generale sit exemplis illustrant GODELMAN. *c. l. n. 26. seqq.* & BERLICH. *c. l. n. 147.* *Quintum* adhuc indicium ex hoc arriculo elicere vult STEPHANI *Comment.* ad *h. a. p. 107.* & ANTON. BVLLAEVS *Comment.* ad *h. art. p. 63.* in *versu: Vnd dieselbige Persohn desselben sonst auch berüchtiget.* Verum cum Imperator non vtatur voce: *Oder:* sed particula: *vnd*: quae sua natura est coniunctiua, fama vtique non posset per se hic esse peculiare indicium, nec adeo quintum ibi requisitum constituere, sed saltem tanquam correquisitum habendum est, quod scil. tum demum superiora indicia singulatim ad torturam sufficiant,

ciant, si persona delata etiam diffamata sit de tali crimine: seu si publica fama conueniat: vt bene docet TABOR *c. l.* siquidem famam publicam in omnibus dicti *art. XLIV.* requisitis simul requiri ad torturam inferendam ipse STEPHANI sibi fere contrarius *c. l.* fateri cogitur, cum dicit: *Ex quo manifestum est praecedentia indicia, quamuis videantur euidentia & permanentia esse: minime tamen facere per se indicia ad quaestionem, nisi accedat fama hunc vel illum esse maleficum, vel sagam, vel aliud indicium concurrat, vti disponitur art. XXV.* Sunt autem haec verba ZANGERI de *quaestion. c. II. n 200. p. 826.* quibus hic vtitur STEPHANI *c. l.*. Vnde & CARPZOV *P. III. qu. CXXII. n. 67.* dicit: quae tàmen indicia tum demum suspectum aggrauant, si alia adminicula concurrant. Praeter indicia in *constitutione Carolina art. XLIV.* expressa a GODELMANNO *l. III. c. X. n. 19. seqq.* BERLICHIO *P. IV. conclus. IV. n. 148. p. 107. seq.* GOEHAVSEN *Process. contra sagas tit. III. p. 60. seqq. qu. XII. p. 111. seqq. qu. XVIII. p. 167.* & SCHROETER de *lamiis p. 113.* referuntur & alia ad torturam facientia; I. Confessio extraiudicialis, in qua requiritur 1) vt confessio sit verisimilis & habeat causam praeexistentem possibilem, 2) vt facta sit serio, non iocose, 3) vt sit specialis non generalis. II. Veniae petitio extra iudicium, eaque postea in iudicio negata. III. Desperatio, cum quis se ante condemnet, quam accusetur. IV. Si promittit magicis superstitionibus valetudinem restituere, quae fiunt coniurationibus, inuocationibus satanae vtitur, ad maleficia eximenda, ad res perditas & furtim subtractas manifestandas. Hactenus recensitorum indiciorum quodlibet sigillatim consideratum sufficiens esse ad torturam, modo 1) mala fama praecedat, & 2) probetur duobus testibus habilibus, pluribus docent GODELMAN, BERLICH, & SCHROETER *c. l.* Plura alia in crimine magiae ad torturam sufficientia recenset BODINVS *daemonom. l. IV. c. IV. p. 606.* DELRIVS *l V. sect. III. & IV.* FARINACIVS *l. I.* de *indic. & tortur. qu XXXVII.* & PIGNATELLVS *consult. CLX. p. 154.* vbi etiam refert, quod nonnulli statuant, indicium quoque ad torturam esse, si apud aliquem reperiantur libri magici, sed ipse cum

PEGNA

PEGNA *P. II. direct. com. 3.* prudenter aduertit in hac librorum retentione habendam esse rationem personarum & librorum, & opus esse consilio & iudicio peritorum. Nobis cum ad euitandam prolixitatem non liceat singula haec indicia, quatenus ad torturam sufficientia sint, examinare, eorum disquisitionem prudenti iudicis arbitrio relinquimus; Siquidem tota indiciorum materia ad infligendam torturam arbitraria est iuxta sanctionem Caroli V. *art. XXVII. So sollen dieienige denen peinl. Frage halber zu erkennen gebühret, ermessen, ob dieselbe obbeniemten, oder dergleichen erfundenen argvvönischen Theil, oder Stück, so viel redlicher Anzeigungen der verdachten Missethat thun mögen.* Non tamen absolutum & liberum arbitrium hoc iudicis esse debet, sed iuri & aequitati adstrictum, probat DELRIVS *sect. IX. p. 43.* & CARPZOV *P. III. qu. CXX. n. 4. CXX. n. 3. 68. CXXIII. n. 27. seqq.* add. IVST. OLDEKOP *cautel. crimin. tit. IV. caut. I. p. 357. seqq.* qui bene demonstrat quale hoc iudicis arbitrium in decernenda tortura esse debeat, & ea de causa optimas cautelas iudici suppeditat; Maxime autem hic peccant inquisitores Pontificii, qui saepius leuibus indiciis contra magiae suspectos procedunt, quod bene PHILIP. a LIMBORCH *histor. inquisit. l. III. c. XXI. p 234.* notat dicens: *Sane si talia sint indicia sufficientia ad torturam, cuiusnam innocentia tuta erit? Innocentissimis quibuscunque tormentorum atrocitate, quae talibus tanquam humani generis pestibus sine fide ac modo ingeri solent, etiam scelerum, quae nunquam cogitarunt, aut de quibus ante hoc ne fando quicquam audiuerunt confessio extorqueri potest. Non mirum ergo ab inquisitoribus spatio centum quadraginta annorum triginta lamiarum millia fuisse concremata*, vti refert LVDOV. PARAMVS de *Origin. inquis. l. II. tit. III. c. IV p. 296.* modum torturae, quod attinet, multi, vt CLARVS, BRVNVS, FARINACIVS aliique, quos magno numero citat GOEHAVSEN *Process. contra sagas tit. III. Lit. K. p. 159.* putant: in atrocioribus & exceptis maiorem adhiberi debere torturam, quam in aliis criminibus, & cum magiae crimen maxime exceptum esse dicatur, magos & sagas ideo durius torqueri posse statuunt; Sed sicut doctrina distinguens inter crimina excepta & non excepta supra satis

tis refutata est, ita sententia, quod rei in crimine magiae durius torquendi sint, quam alii facinorosi, non probari potest; eamque solide refutauit SPEE *caut. crimin. qu. XXI. p. 74 seqq.* Ceterum totus torturae modus arbitrio iudicis permittitur pro qualitate personae, & quantitate suspicionis decernendus. *art. LVIII. Die peinliche Frag soll nach Gelegenheit des Argwohns der Person, viel offt oder wenig hart oder linder Ermessung eines guten vnd vernünfftigen Richters fürgenommen werden.* Nonnulli vt BODINVS, SPRENGERVS, GRILLANDVS, DAMHOVDERVS *pract. crimin. c. XXXVII. n. 21.* magis & veneficis pilos ab omni parte corporis abradendos esse censent, hac persuasione, quod tum demum ea, quorum rei habeantur, citius indicaturi sint. Sic & PAVLVS GRILLANDVS de *quaestion. qu. IV. n. 14.* superstitiose scribit, inter reliqua remedia ad eruendam veritatem pronuncianda esse certa quaedam S. Scripturae verba, quod & probare videtur BERLICH. *P. IV. conclus. IV. n. 172. seq.* Verum hos modos eruendi veritatem vtpote superstitiosos & impios, recte reiicit GODELMANN *c. l. n. 41.* SPEE *caut. crim. qu. XXVI. p. 90.* & *qu. XXXI. p. 116.* nec non OLDEKOP. *tit IV. caut. XV. n. 7. p. 426.* Licet quidem dignitas a tormentis regulariter excuset; attamen in hoc crimine magiae personas etiam in dignitate constitutas, si legitima & sufficientia indicia adsunt, a tortura non esse immunes expresse statuit CONSTANTIVS *l. 7. C.* de *malef. & Mathem. Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur: Si quis magus vel magicis carminibus adsuetus* &c. *in comitatu meo vel Caesaris fuerit deprehensus, praesidio dignitatis exutus cruciatus & tormenta non fugiat.* Conf. GOTHOFREDVM ad *h. l.* quae est *l. 6. C. Theod. T. III. p. 250.* add. TABOR de *tortura c. V. §. 38 - 44. p. 72. seqq.* qui pluribus demonstrat, quod licet nobiles, doctores, clerici & alii ob dignitatis praerogatiuam a quaestionum vexamine regulariter eximentur, hanc tamen immunitatem in crimine magiae non obtinere: Sed ipse TABOR *c. l.* hanc *l. 7. C. de malef.* ex qua haec sententia clarissime probari potest, allegandam omisit.

 *) Nemi-

§. X.

Ad condemnationem etiam in hoc crimine non sufficiunt indicia, licet vrgentissima sint, sed requiruntur probationes luce meridiana clariores, qualis est propria rei confessio vel sponte, vel vi torturae legitime decretae facta: nec non conuictio per duos testes omni exceptione maiores, & de delicto ipso specifice deponentes: Probationes vero per aquam frigidam, aliosque superstitiosos modos tanquam falsae ac impiae merito reiiciendae sunt. *)

*) Neminem ex indiciis, praesumtionibus & suspicionibus deberi condemnari; sed vel ex propria confessione, vel plena probatione communis est sententia iure ciuili & canonico fundata *l. vlt. C.* de *probation.* & *c. sciunt. 2. Caus. II. qu. VIII.* Quam etiam confirmauit Imp. CAROLVS V. in *constit. crim. art. XXII. Es ist auch zu mercken, daß niemand aus einigerley Argvvohn, Wahrzeichen oder Verdacht, endlich zur peinlichen Straff soll verurtheilet vverden, sondern allein peinlich mag drauf fragen, so die Anzeigung, als hernach funden vvird, genüngsahm ist. Denn soll iemand zu peinlicher Straffe verurtheilet vverden, das muss aus eigenen Bekennen oder Ermessung (vvie an andern Enden in dieser Ordnung klährlich funden vvird) beschehen vnd nicht aus Vermuthung oder Anzeigung.* add. LEHMANN. *Chron. Spir. l. II. c. XXVIII. n. 3. p. 93.* Eamque in praxi receptam esse affirmat BERN. ZIERITZIVS *p. 37.* MATH. STEPHANI *p. 56.* ANTON. BVLLAEVS *p. 45.* aliique commentatores ad hunc articulum. Equidem sunt nonnulli vt GAVDINVS de *maleficiis* sub *rubric.* de *praesumt. & indic. indubit.* qui putant in criminibus occultis & difficilis probationis reum ex praesumtionibus violentis damnari posse. Verum hanc opinionem satis iam refutauit HIPPOL. de MARSILIIS in *C.* de *probat. n. 236. seqq.* add. FACHIN. *I. contr. XXIX.* qui late probauit ex praesumtionibus reum nunquam condemnandum esse. Licet quoad praesumtiones idem dicere videtur MINSING. *VI. obs. XCVII. n. 9.* tamen quoad indicia statuit, esse aliqua indicia indubi-

dubitata, & ea sufficere cum aliis ad condemnationem. Et idem in terminis Magiae ex BINSFELDIO & aliis notauit VALENTIA *Disp. VI. qu. XIII. pract. IV. §. 4.* in huiusmodi criminibus atrocibus & exceptis, natura sua secretis, probationem per conjecturas & indicia sufficere quidem ad condemnandum, sed poena mitiori quam ordinaria; quod tamen non semper admittendum esse recte admonuit TANNERVS in *processs. advers. Sagas c. I. n. 28.* Late hanc quaestionem tractant FARINACIVS *qu. crim. LXXXVI. n. 1. seqq.* MENOCHIVS *I. praesumt. XCII.* qui concludunt, hoc totum relinqui arbitrio iudicis, qui pro indiciorum & praesumtionum qualitate, ac pro conditione personae arbitretur, an extra ordinem reus damnari, an vero torturae subiici debeat. Add. PIGNATELLVS *cons. CLX. p. 146 seq. cons. CLXI p. 183. & cons. CLXXI. p. 311.* Excipiunt nonnulli vt WEIZENEGGER *disp.* de *processs. aduersus veneficos instituendo c. III. §. 38. p. 10.* ea indicia quae praesumtione iuris & de iure indubitata sunt; quibus partibus Iudex omnino sententiam condemnatoriam ferre debeat. Sed recte monet TABOR in *analys.* ad *art. XXII. p. 122.* non confundendum esse effectum rei cum modo & ordine: Licet enim ex praesumtionibus iuris & de iure condemnatio sequi possit: non tamen illico suscipi ea condemnatio debet, & institui, sed audito desuper reo, & si constet praesumtionem iuris & de iure satis esse probatam: Tum enim reus condemnatur non ex indicio, sed ex conuictione. Has disputationes pragmaticorum intendit quoque ANT. MATTHAEI *lib. XLVIII. π. tit. XV. c. 6.* vbi asserit, quod reus indiciis & argumentis conuictus, non minus ordinaria poena adfici possit, atque si testibus conuictus esset. Verum satis demonstrat TABOR *c. l.* plurimum eas quaestiones differre: vtrum indicia valida, & praesumtiones iuris & de iure per se statim sufficiant ad condemnandum: an vero tum demum sufficiant, quando legitimus iudiciorum ordo fuerit peractus. Prius hic recte negatur: non tamen posterius: nimirum conuinci quis potest gradatim & iuris ordine seruato etiam ex indiciis indubitatis & ex iuris & de iure sumtis praesumtionibus: Sed non condemnandus est, antequam his conuincatur: quod TA-

BOR *c. l. seqq.* pluribus probat & *p. 132.* concludit: *Neminem ad indicia, qualiacunq; illa sint, condemnandum, sed ordinem iudiciorum suscipiendum & peragendum prius esse, vt vel ad confessionem adigatur vel conuincatur, ita argumentis, vt nihil solidi possit reponere, adeoque pro conuicto habeatur.* Certissimum autem & optimum probandi genus ad condemnationem est propria rei confessio: inter omnes enim probationis species, quibus magia probatur, nulla est validior, quam spontanea confessio, quando proprio motu scelera sua magi vel veneficae confitentur, quod latius probat GODELMAN. *l. III. c. VII. n. 1. seqq. p. 55.* & BERLICH. *P. IV. conclus. IV. n. 62. p. 84. seqq.* Vt autem ex confessione spontanea magi condemnari possint, requiritur quod sit facta in iudicio: nam extraiudicialis nihil amplius operatur, quam ad torturam *art. XXXII.* & licet BODINVS *l. IV.* de *Daemon. c. IV.* eam in crimine magiae ad condemnationem sufficere adstruat; Eum tamen satis refutarunt DELRIVS *V. Disqu. sect. III.* & BERLICHIVS *P. IV. conclus. IV. n. 67.* Si magi vel lamiae confessio sponte facta sub spe futurae gratiae sibi promissae per iudicem, ea non plene probat, quia tales rei ita inducti a iudicibus ad suam liberationem facile contra se mentiuntur; quapropter neminem, nisi aliis sufficientibus probationibus grauatus sit, ex eiusmodi confessione condemnandum esse probat IVL. CLARVS *pract. crimin. §. fin. qu. LV. n. 8.* Licet enim non abnuerim, posse iudicem apud versutos facinorosos indagandae veritatis caussa, prudenter, non autem malitiose, & ad deceptionem simulare & dissimulare; Non tamen iudex debet reum dicta promissione gratiae, neque aequivocationibus aut amphibologiis circumvenire, quos modos narrat SPRENGER *malleo mallef. qu. XV.* Eosque approbat & defendit BODINVS *l. IV. c. 1. seqq.* maxime in hoc crimine. Sed eum latius refutauit OLDEKOP. *tit. IV. c. XIX. p. 450.* add. BINSFELD. de *confess. membr. II. Conclus. VII. dub. III. p. 366.* GOEHAVSEN *process. contra Sagas tit. V. p. 238.* & *278.* qui toto hoc titulo hanc quaestionem ventilat. Non autem iudicialis confessio, indistincta, implicita, generalis & minus expedita sufficit, sed talis, quae consideratis septem modis, causa, persona,

persona, loco, tempore, qualitate, quantitate & euentu cum ipsis coincidit: Nam secundum D. SEVERI rescriptum *l. 1. §. diuus. ff.* de *quaest.* *Confessiones reorum pro exploratis facinoribus haberi non oportet; si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.* Aliud enim est confessio rei, aliud exploratum facinus. Quare supra confessionem etiam de aliis credendi argumentis bonus iudex sit sollicitus, vt de explorato sibi constet facinore; quod & bene inculcat Imper. CAROL. V. *art. XLVIII. LIV.* & *LXII.* add. ZIERITZIVS ad *h. a. p. 66.* & OLDEKOP. *tit. IV. caut. XXIII. p. 463.* Porro confessio debet continere verum & possibile; Qua de causa confessio magorum & veneficarum, quae est impossibilis & non verisimilis nihil probat, nec nocet confitenti, vid. GODELMAN. *l III. c. VII. n. 28.* Vt quando veneficae vel lamiae fatentur eas per aerem volasse in montem *Blocksberg*, & ibi totam noctem ludendo, edendo, bibendo consumpsisse, in bestias fuisse transmutatas, cum diabolo venerem exercuisse & quae horum sunt similia. Huc referendum quod PONZINIBIVS de *lamiis n. 52.* de lamiarum confessione scribit, vbi ita argumentatur: *Cum tales personae sint illusae; Ergo dici debere earum confessionem etiam esse erroneam, nec admittendam.* Et IO. FICHARDVS *cons. CXXIV. n. 2.* *Denn das übrig, so sie bekennen, vnd so sie vielleicht gros achten möchten, als mit dem Nächtlichen Fahren zu den Täntzen, vnd mit den Gemeinsamen mit den bösen Geistern achten wir für lauter Phantasmata, Trügerey vnd Gespenster, damit der Teuffel solche arme Leute einnimmt vnd verblendet, da es doch in Grund lauter Traumwerck ist.* Add. latius WIERVS de *praestig. l. VI. c. X. p. 686-734.* Lamiis itaque eiusmodi impossibilia confitentibus, iudex fidem adhibere non debet, quicquid dicant, BODINVS *l. IV. c. III. p. 588.* DELRIO *Sect. XI. p. 53.* & *Sect. XVI. p. 65.* & quibus adstipulatur BERLICH. *P. IV. conclus. IV. n. 64. p. 84.* conferri hic etiam potest GOLDAST. *von Confiscation der Zauber-Güther, §. XC. lit. P. p. 109.* Non solum autem talis confessio rei sponte facta, sed & vi torturae probata ad condemnationem sufficit *cit. art.* Non tamen confessioni in tormentis factae creditur, sed ei quae

remiſſa tortura ſit *art. LVIII.* modo tortura ex legitimis & ſufficientibus indiciis decreta fuerit, nam confeſſio illegitime torti non damnat reum, etiamſi iudicialiter extra torturam ratificata ſit *art. XX.* add. OLDEKOP. *lit. IV. caut. II. n. 3. p. 376.* Quae autem in ſpecie in reo crimen magiae ſeu ſortilegii confitente, antequam is condemnari poſſit, obſeruanda ſint, latius praeſcribit Imperator *artic. LII. Bekennet iemand Zauberey, man ſoll auch nach den Vrſachen vnd Vmſtänden, als es ſtehet, fragen, vnd dis mehr, vvomit, vvie vnd vvann die Zauberey beſchehen, mit vvas Worten oder Wercken. So dann die gefragte Perſohn anzeiget, daſs ſie etvvas eingegraben oder behalten hätte, daſs zu ſolcher Zauberey dienlich ſeyn ſolte, man ſoll darnach ſuchen, ob man ſolches finden könte; vväre aber ſolches mit andern Dingen Wort vnd Werck gethan, man ſoll dieſelben auch ermeſſen, ob ſie Zauberey auf ihnen tragen. So ſoll auch zu fragen ſeyn, von vvem ſie ſolche Zauberey gelernet, vnd ob ſie auch ſolche Zauberey gegen mehr Perſohnen gebraucht, vvas Schadens auch damit geſchehen ſey.* Add. Commentatores ad *h. art.* Caeterum quaeri poteſt, an qui confeſſus factum maleficium negat ſe praua intentione feciſſe, ſit audiendus? Vt plurimum quia praeſumtio ei contraria eſt, hoc negant GOMETZ. *l. III. c. 1. n. 69.* FARINACIVS *qu. XLI. n. 90.* etiamſi iuramentum offerat de recta intentione; Attamen rectius ſtatuit DELRIO *l. V. Sect. XI. p. 53.* quod iudex poterit interdum reum admittere ad probandum aliqua veriſimilia, quibus confeſſio eius elidatur, putatque, quod ſi res dubia ſit, reus torqueri poſſit, vt intentionem ſuam proferat. add. SIMANCA *prax. haeret. t. XXIX. n. 10.* Etſi confeſſio rei propria ac ſpontanea dictis requiſitis conſtans omnium rectiſſima ratio ſit condemnandi; Attamen vbi adſunt probationes, quae reum convictum reddunt, non debet contra ipſum ad torturam deueniri, ſed talis reus conuictus, licet fateri nolit, ſine tormentis condemnandus eſt, vt expreſſe ſancitum *art. LXIX.* add. STEPHANI ad *h. art.* & GOEHAVSEN *proceſſ. contra ſagas. tit. IV. lit. F. p 209.* & *lit. L. p. 224.* Convictio autem illa per teſtimonium duorum teſtium, qui de crimine ſpecifice deponunt,

ponunt, sufficiens est, quamuis reus crimen confiteri nolit, vt disposuit *Imperator* secundum iura communia *art.* XXI. & LXVII. Et hoc etiam in crimine magiae procedere probat GODELMAN. *l. III. c. VIII. n.* 2. & 16. *seqq.* add. GOEHAVSEN *lit. VII. lit. I. p.* 336. & 349. qui tamen hac in re valde fluctuat. Testes vero de eo, quod ipsi sciunt deponere, suaeque scientiae causas allegare, debere, adeo, vt si ex auditu proferant, haud sufficiens esse eorum testimonium docet *Imp. art. LXV.* Debent quoque eiusmodi testes esse idonei & omni exceptione maiores, *art. LXVI.* Nonnulli quidem putant, vt GRAMMAT. *Decis. Neapol. XI.* MASCARD. de *probat. conclus.* 1360. *n.* 4. quandoque etiam inhabiles admitti, si aliter veritas haberi non possit, & praesertim in delictis, & factis, quae sunt difficilis probationis; Quod & in crimine magiae admittendum esse statuit PONZINIBIVS de *lamiis n.* 84. quem sequi videtur GODELMANN. *l. III. c. VIII. n.* 25. Et quamuis BODINVS, *l. IV. c. II p.* 566. quem & sequitur BERLICH. *P. IV. conclus. IV. n.* 93. in hoc crimine probando testes omni exceptione maiores requirant, IIDEM tamen *c. l.* nonnullos testes, qui in aliis causis criminalibus non recipiuntur, admittunt, puta mulieres, liberos, parentes, advocatos, excommunicatos, periuros, infames, sese ipsos ingerentes &c. add. PIGNATELLVS *consult. CL. To. II. p.* 91. vbi fuse agit de testibus inhabilibus, qui in haeresi admittendi sunt; Verum cauendum hic est, ne sub specioso praetextu contingat, optimos quosque viros sordidorum nefariorumque hominum coniuratione opprimi crudeliterque diuexari: Nam constitutio *Alexandri IV. cap. in fidei fauorem V. de haeret.* in VIto, quae vulgo citari solet, non quoscunque inhabiles ad dicendum testimonium in crimine haeresis admittit, sed saltem excommunicatos & participes criminis; Caeteras inhabiles personas iuris communis dispositioni reliquisse videtur: Et quidem Pontifex excommunicatos & socios criminis admittit non absolute, sed cum hoc temperamento, si videlicet *ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium tam deponentium, quam eorum, contra quos deponitur, qualitate, ac aliis circumstantiis, sic testificantes falsa*

dicere

dicere non praesumantur. Multo autem magis eorum sententia, qui putant tales testes inhabiles in criminibus exceptis etiam plene probare & sufficere ad damnandum reum ad poenam ordinariam infringi potest, ex eo, quod aliud sit, testem plene probare, aliud admittendum ad testificandum: ad hoc sufficit, vt testis aliqualiter probet, & sic deseruire possit ad inquirendum, vel, si etiam adiuuetur circumstantiis & adminiculis ad comprehensionem, ad torturam & ad poenam extraordinariam; Non autem inquit Pontifex, quod testes inhabiles etiam perpensis circumstantiis, ac personarum qualitate ac numero plene probent, sed quod sint examinandi & non reiiciendi: Quod tamen semper intelligitur, vt admittantur cum inhabilitate, & tanquam deficientes & quodammodo suspecti. Sicut etiam monet BRVNNEMAN. *proc. inquisit. c. VIII. m. II. n. 30.* quod licet eo casu, si veritas aliter haberi non possit, vel delictum sit difficilis probationis, etiam testes inhabiles admitti possint, illi tamen minime ad condemnandum reum faciant. An & quatenus testes singulares in crimine magiae admittantur late tractant GODELMAN. *l. III. c. VIII. n. 10. seq. p. 64.* & GOEHAVSEN *qu. XVIII. p. 167.* IDEMque *qu. XIX. p. 177.* agit, quatenus mulieres testari possint in crimine Magiae. Ceterum inter alios probationis modos maxime in crimine magiae olim relata est proba per aquam frigidam, qua quis totus in aquam coniiciebatur, vt dextra manus sinistro pedi, sinistra vero dextro pedi sit alligata, & si supernatabat magus vel venefica, sin submergebatur, innocens credebatur. Ritus probationis per aquam frigidam ab EVGENIO Papa II. institutae apud MABILLONIVM *analect. veter. To. I. p. 47. seq.* vbi multae coniurationes tam aquae, quam hominis per inuocationem Dei, angelorum sanctorum &c. occurrunt. Sed LVDOVICVS PIVS *Capitul. Aquigr. ann. DCCCXXVIII. §. 7. cap. 12.* statuit: *Vt examen aquae frigidae, quod hactenus faciebant, a missis nostris interdicatur, ne vlterius fiat:* Et licet hanc probandi rationem tam Imperatores quam Pontifices, vt patet ex *cap. 8. X.* de *purgat. canon.* saepius prohibuerint, nihilominus tamen hic

abusus

abusus longissimo adhuc tempore haesit maxime in crimine magiae, vt refert DELRIO *l. IV. c. IV. qu. IV. p. 246.* Huncque pessimum morem in multis Germaniae locis, maxime in Westphaliae circulo, adhuc circa medium seculi superioris obtinuisse testatur GOEHAVSEN *qu. I. p. 7.* siquidem nec defuerunt quidam, qui hunc probandi modum vt naturalem & verum defenderunt, inter quos praecipuus est GVIL. ADOLPHVS SCRIBONIVS in sua *Physiologia sagarum contra Iohannem Ewichium & Hermannum Nevaldum Marpurgi. 1538.* Verum sicut iam olim multi doctissimi tam ICti, vt FRAN. HOTTOMANNVS, ANDR. ALCIATVS, IODOC. DAMHOVDERVS, quam Medici ac Philosophi vt IO. WIERVS, IO. EWICHIVS, HERMAN. NEWALDVS, AVGVST. LERCHEMER aliique, qui omnes furiosum hoc explorationis genus reiecerunt, & tanquam illegitimum ac impium exprobrarunt, ita exprofesso citatum *Scribonium* refutarunt PETR. BINSFELDIVS de *confess. maleficar. conclus. VII. dub. 1. p. 353. seq.* GODELMANN. *l. III. c. V. n. 31. seq.* & GOEHAVSEN *tit. quaest. 1. p. 12. seq.* nec non GERARDVS GRAVE, *von der Wasser-Prob oder vermeinten Hexen-Baden, Rinteln 1640. 4to.* add. GEORG. ADAM STRVVIVS *Diss. de iudicio aquae frigidae.* Hanc probationem licet pene omnes tam ICti quam Theologi vt rem temerariam damnent, eum tamen HENR. CONRINGIVS *Disp.* de *Iudiciis* defendere contendit argumentis a generali Dei circa iudicia & veritatem prouidentia petitis. vid. MORHOF. *T. II. Polyh. l. III. n. 16. p. 495.* Prodierunt quoque tractatus duo: *de examine sagarum super aquam frigidam proiectarum, in quibus huius purgationis origo natura & veritas inquiritur, in 4to Francof. 1686.* Autor primi tractatus nominatur RICKIVS qui hanc probam defendit, vid. *Iournal des Savans To. XIV. p. 524.* Erant olim & alii modi, quibus suspecti de crimine aliquo se purgare solebant, vt per flammam, per crucem, sortes, eucharistiam, ferrum candens, aquam feruentem &c. quae purgationes vel explorationes a canonistis vulgares dicuntur ideo, quod vulgus eas contra leges tam diuinas quam humanas ex mera superstitione introduxit c. *consuluisti*

CAP. IX.
DE POENIS CRIMINIS CONIVRATIONIS SPIRITVVM.

§. I.

ABsoluta tractatione de processu criminis coniurationis spirituum, de poenis eiusdem criminis agendum adhuc superest. Sicut autem in omnibus delictis puniendis ad intentionem delinquentis praecipue respiciendum est: adeo vt pro qualitate delinquentis & delicti circumstantiis varia poenarum genera decernenda sint; Ita quoque maxime in crimine magiae & coniurationis spirituum bene obseruandum est, vtrum quis sciens prudensque spiritus malos coniurauerit, an vero ignorans hic spiritus malos subesse, putansque se rem cum bonis spiritibus habere, talem actum susceperit: vt

XX. caus. II. qu. IV. & *tot. tit. X.* de *purgat. vulgar.* de quibus latius egit DELRIVS *c. l. p. 222.* GODELMANN. *cit. l. p. 53.* & BVRCARD. GOTTHELF STRVVIVS *histor. iur. crim. §. VIII. seq.* Alios quoque superstitiosos & fallacissimos modos, quibus lamiae vulgo dignosci creduntur, pluribus exagitat WIERVS de *praestig. Daemon. l. VI. c. IX. p. 682. seq.* Huc quoque pertinet proba stigmatica: Multi enim vt BODINVS, GRILLANDVS putant dari in magis & lamiis quaedam stigmata a Daemone ipsis impressa, eaque esse certa ac indubitata signa congnoscendi magos, quam opinionem etiam defendit IO. SPENCERVS *l. II.* de *legibus Mosaic. c. XIV. Sect. IV. Opp. p. 541.* & PETR. OSTERMANN. de *signatur character.* seu *Comment.* ad *l. stigmata* de *Fabricensibus*; Contra eum autem scripsit IO. IORDANAEVS *Diss.* de *proba stigmatica.*

*) Licet

vt ita pro diuersitate casuum diuersa quoque sint poenarum genera statuenda. *)

§. II.

---

*) Licet delicta cum seueritate castiganda sint, nec iudici a poena legibus delicto statuta sine iusta causa recedere liceat, quia delicta diuersis qualitatibus & circumstantiis committuntur, ex quibus crimen ipsum quandoque sit excusabile, quandoque autem magis atrox & odiosum, rectissime a iudice poenae secundum facti contigentiam sunt vel augendae vel minuendae: ne scil. grauior vel mitior poena, quam par est irrogetur, sed iusta ratione delicto commensuretur, illiusque qualitati debita proportione correspondeat, vt hoc tam legibus, quam rationibus latius probat CARPZOV. *P. III. qu. CXLII. n. 24. seq.* Sicut autem sine dolo & malo animo, non videtur proprie posse dici crimen, ita nec recta ratio, nec iusta proportio patitur aut admittit poenam ordinariam, quae a legibus iis solum, qui dolo & mala intentione deliquerint, statuta est, istis etiam, qui absque tali animo deliquerunt, iniungendam esse, vt recte docet NICOL. REVSNER *l. II. Decis. XIX. n. 8.* & THEODORICVS *tr. criminal. c. X. lit. l. n. 45. p. 1331.* sicut & D. HADRIANVS rescripsit, *in maleficiis voluntatem spectandam, non exitum,* vt refert CALISTRATVS *l. 14. π. ad Leg. Cornel.* de *sicariis* add. CORNEL. von BYNCKERSHOEK *obseruat. iur. rom. l. III. c. X. p. 259.* Non tamen propterea ab omni poena immunes sunt, sed hoc casu delinquentes pro modo culpae & qualitate ipsius facti ac conditione personarum mitius puniri ratio iuris dictitat, vt optime demonstrat REVSNER. *c. l. n. 9.* Maxime autem in crimine magiae ratione poenae infligendae differentia magorum habenda est: Nam sicut non omnes aeque grauiter delinquunt, ita nec vniuersi pari semper poena tenentur: sic CHINDASWINDVS Rex in *L. Wisigothic. l VI. tit. II. l. 2.* in *principio* ait: *Diuersorum criminum noxii, diuerso sunt poenarum genere feriendi.* Non enim omnes magi indifferenter deo renunciant, & cum diabolo expressum pactum pangunt, aut aequale cum

eo commercium habent; Sic alii artibus diabolicis seu magicis hominibus pariter ac iumentis noxam inferunt, qui proprie dicuntur venefici: alii vero nemini nocent, sed auxilium daemonis solum implorant, cum ipso conuersantur, eiusque ope & consilio futura, eaque variis modis praedicere, & praeterita ordine enumerare vel etiam morbos curare, ignota nec non thesauros artibus prohibitis inuenire conantur, aliosque actus superstitiosos exercent, qui vocari solent arioli & incantatores, necromantici & sortiarii vel sortilegi, qui ab inuicem variis modis solent distingui, vid. GODELMANN. de *magis & venefic. l. 1. c. 11. n. 16.* THEODORICVS *colleg. crimin. Disp. VII. lit. n. & o.* BERLICH. *l. IV. conclus. III. n. 3.* Non ergo omnes pari modo delinquunt, adeo, vt si quispiam omnes omnino magos poenae aequali subiicere vellet, non parum a vero iustitiae tramite aberraretur; cum poenae semper debeant commensurari delicto. *l. 11. & 13. ff. de poenis.* Pro diuersitate igitur delicti, & qualitate criminis commissi, poena vel seuerior vel mitior magis infligenda est, vid. GOLDAST. *von Confiscation der Zauber-Güther. §. XXIX. p. 78. §. XLVI. p. 119.* & CARPZOV. *P. I. qu. L. n. 2. seqq.* vbi certas classes magorum constituunt, secundum quas illis etiam varia poenarum genera irroganda esse ostendunt, quas vero hic recensere nimis prolixum esset; Interim sicut in irrogatione poenae ob usum artium magicarum hoc semper bene obseruandum est, vtrum quis sciens iis vsus sit, an vero ignorans malos doemones hic concurrere: adeo vt priori casu, quia tunc semper pactum expressum vel tacitum cum Daemone adest, grauior poena locum habeat, quam posteriori casu, quia ibi nullum pactum neque tacitum subest, vt *C. IV. §. VI. n. 2. p. 63.* demonstratum est. Ita quoque in crimine coniurationis spirituum bene videndum, vtrum quis sciens malos spiritus coniurauerit, an vero ignorans eos esse e numero malignorum: vt ita pro diuersitate intentionis & voluntatis diuersa quoque poenarum genera locum habeant, vt sequentibus deducendum est.

*) Quod

§. II.

Haec distinctio in irrogandis poenis criminis magiae & coniurationis spirituum apud Ebraeos obseruata fuit: Nam licet apud eos iure diuino illi, qui veneficia, incantationes, diuinationes, idololatriam, coniurationes Spirituum, aliasque superstitiones magicas scienter & dolose exercuerint, poena capitali affecti sint; illi tamen, qui per errorem eiusmodi superstitiones commiserunt, nulla poena ciuili sunt feriti. *)

§. III.

*) Quod autem ad poenam magorum attinet, hi iure diuino capitaliter puniuntur *Exod. XXII. 18. Maleficam non patieris viuere.* Nomen enim *Mechasschepha*, quo lex hic vtitur a *Casaph* deducitur, vt ait WIERVS de *praestig. daem. l. II. c. I. p. 136.* positumque est in feminino genere, vt aiunt interpretes, non quod viros impunes lex esse velit, sed quia ille sexus ob genuinam simplicitatem daemonis insidiis frequentius patet: Sicut & IO. HENR. HOTTINGERVS de *iur. Hebraeorum leg LXII. p. 71.* adducit: *Non autem de sola praecise malefica intelligi scriptura debet, sed de omni magiam exercente; vsitate tamen, quod mulieres magis, quam viri artibus magicis sint deditae, loquitur.* Quare graeca septuaginta interpretum translatio illud decretum in genere masculino, quod femininum comprehendit, reddidit: *Veneficos non retinebis in vita.* Cum quibus etiam consentiunt IOSEPHVS *antiquit. Iudaic. l. IV. c. VIII. Venenum neq; lethale, neq; in alios noxios vsus praeparatum, Israëlitarum aliquis: Quod si habere deprehensus sit morte mulctetur, & patiatur id, quid facturus erat illis, aduersus quos venenum parauerat.* Et PHILO Iudaeus *libr.* de *singular. legib.* interprete SIGISMVNDO GENELIO *Opp. p. 791. lex vult veneficos & veneficas ne vnum quidem diem viuere, sed mori, quamprimum deprehensi fuerint, nec vllo pacto differri supplicium.* Idem & de reliquis magorum ariolorumque expiationes lustrationesque profitentium asserit. Sub nomine autem: *Mechasschepha* vel *Mechasschephim*, quod hic occurrit, non tantum intelligendos esse

 tales

tales magos, qui veneficia in hominum & iumentorum perniciem exercent, vt nonnulli volunt; sed in genere omnes magos, qui cum daemonibus commercium habent, & qui vel operando vel diuinando artes magicas exercent; Quod patet ex *Daniel. II. 2.* & *Malach. III. 5.* vbi eadem vox *mechassephim* legitur, quae de simplicibus veneficis explicari non potest; Hanc quoque interpretationem confirmat LEVI *Gersonis* filius summus apud Hebraeos Philosophus, huius loci interpres, dum ait: *Mechassephim esse eos, qui artem profitentur astrorum, genios coelo deducendi, atque in characteres quosdam certis horis siderumq; cursibus fabrefactos concinnatosq; pelliciendi & illectos in eorum hominum quos velint, aut commodum aut incommodum incitandi, vel ad quaevis etiam alia officia adigendi, veluti ad praesagia significationesq; rerum abditarum;* add. WIERVS *c. l.* qui *p. 138.* refert, Syros illa voce vti pro λειτȣργεῖν hoc est, rem diuinam facere, aut sacris operari, item precari supplices & magno studio; hincque putat, olim Ebraeos quoque illos pristinos sic vsurpasse. Sub nomine magorum intelliguntur quoque arioli, diuinatores, quos omnes lex diuina morte punit. *Lev. XIX. 26. 31. XX. 27. vir & mulier in quibus Pytho vel diuinationis spiritus morte puniantur, lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos.* Et paulo ante *commate 6. anima, quae declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra illam, & excindam eam de medio populi mei.* Et *Deut. XVIII. 10. seqq. Non inueniatur diuinus, qui diuinando futura praedicit, nec mathematicus, nec veneficus, nec maleficus nec incantator, nec consulens Pythonem, nec magus, nec a mortuis suscitans; Abominatur enim Dominus quicunq; ista facit, & ob istas abominationes excindit eos Deus tuus ante te.* Itaque *Samuel* cum grauitatem peccati regi Sauli exponeret: *peccatum,* inquit, *tuum, aeque magnum est ac magorum crimen.* Quapropter a populo Israëlitico illos, publica lege designata poena, exulare voluit rex *Saul,* qui *Magos & ariolos abstulit de terra, atq; interfecit eos, qui Pythones habebant in ventre, Samuel. XXVIII. 11.* Nec poenis idem euasit ille debitis, quod huius familiae mulierculam in Endor consuluerit. Sic interiit *Achasias* rex Israël, quia infir-

infirmus spreto Deo vero, & legitimis mediis misit ad consulendum Beelzebub Deum Accaron. *II. Reg. I. 2. 17.* Quam ob caussam *II. Reg. XVII. 17.* dicuntur decem tribus exterminatae, quod in res magicas incumberent; similiter vt demonstretur quantopere Manassen regem Deus exhorruerit, scriptum est, *II. Reg. XXI. 6.* & *II. Chron. XXXIII. 2. Manassen suis execrandis sceleribus prouocasse Deum*; & subiicitur *vers. 6.* eum fuisse magum & conventionem cum Diabolis iniuisse; Itaque spoliatum fuisse regno & numella in carcere fuisse coercitum; Et quamuis eum postea poenituerit, eo tamen extincto post annos quinquaginta Ieremiae dixit Deus, *Ierem. XV. 4.* & *XIX. igne & caedibus delebo istud oppidum propter execrabilia scelera Manassis regis.* Alibi dicitur *Ieremiae L. 36. Gladius ad diuinos, gladius ad Chaldaeos.* Et apud *Micham V. 12. delebo etenim magos diuinosque*; Et cum *Esaias* euersionem Babyloni minatur. c. XVII. v. 6. *Caedes & incendia, omnes hae calamitates*, inquit, *euenient tibi propter amplitudinem scelerum tuorum execrabilium, quae commisisti cum magis tuis.* add. *Ies. XIX. 3.* & *XLIV. 25.* vbi Deus magos ac diuinatores valde execrat. Licet quidem ex his adductis certum sit, magos & coniuratores spirituum iure diuino poena capitali esse affectos: Quod & pluribus ostendunt SELDENVS de *iur. natur. & gent. iuxta discipl. Ebraeorum l. II. c. I. p. 134.* & *c. VII. p. 208.* & IO. IOACH. ZENTGRAFFIVS de *legibus Ebraeorum forensibus*; bene tamen obseruat ZENTGRAFFIVS *c. l.* hanc poenam saltem statutam fuisse in eos, qui scientes talia facinora perpetrassent, non vero in eos, qui per errorem in his peccassent, qui necesse habuerunt se purgare sacrificio expiatorio; Quod autem ipse Deus specialem peculiaremque curam in gentem Ebraeorum habuerit, & tales poenas expressa lege statuerit, ratio est, quod res publica Ebraeorum esset Theocratia, quod recte contra ADRIANVM HONTONYNVM de *monarchia Ebraeorum* asseruit ADAM RECHENBERGIVS peculiari *dissertat.* quae extat in *P. I. Vol. dissert. historico-politic.* Add. IO. SPENCERVS *diss.* de *Theocratia iudaica. Opp. p. 300.* & HERMAN. WITSIVS in speciali oratione de *Theocratia Israelitarum* annexa THOM. GOODWINI tractat. *Mosis & Aaron.*

*) Apud

§. III.

Quod gentiles attinet, ſicut apud eos magia theurgica, quae erat inuocatio daemonum beneficorum, licita & laudabilis habita eſt; ita e contra goetia illa ſeu necromantia, quae fiebat per coactionem & inuocationem mortuorum & malorum daemonum ab iisdem reprobata & damnata fuit: inprimis autem tum demum punita, ſi vel per incantationes coniurationesque noxa illata, vel per diuinationes de ſalute principis & ſumma reipublicae conſultum fuerit. *)

§. IV.

*) Apud Ethnicos in eos, qui eam magiae partem, quam theurgiam vocabant, exercebant, qua certis quibusdam ritibus ac ſacrificiis deos ac daemones, quos beneficos credebant, invocabant coniurabantque, vt eorum ope occulta manifeſtare, futura praenuntiare, aliaque opera ſtupenda edere poſſent, nullam poenam eſſe ſtatutam ex eo patet, quod talis magia apud Chaldaeos, Perſas, Aegyptios, Graecos & Romanos tanquam bona ac laudabilis ſit habita, eaque a ſummis Philoſophis & viris principibus exercita, vt *c. VI. §. VI. p. 98. ſeqq.* & *c. VII. §. 1. p. 258.* latius demonſtratum eſt. Add. BAYLE *dans la reponſe aux queſtions d' unProvincial c. XXXVII. p. 332. ſeq.* & *c. L. p. 386. ſeqq.* Equidem BAYLE *c. l.* adſtruere vult, omnem magiam apud Ethnicos fuiſſe licitam nullaque poena coërcitam, niſi noxam intuliſſet hominibus vel beſtiis: Difficile tunc temporis fuiſſe actum magicum ab actu religioſo prima fronte diſcernere; E ſcopo tantum ſolennia illa diiudicari debuiſſe, cumque detexerint magiſtratus celebrari nonnulla ſacra, quae animalibus, plantis imo & hominibus exitum accelerarent, quae ad nefarias impellerent libidines, aut mentem plane auerterent ſupplicio illa expianda ſanxiſſe; Sic enim *p. 388.* ait: *Il n'y avoit qu'un moïen de discernement entre la magie condamnable, & la religion; C' etoit de conſiderer le but qu'on ſe propoſoit dans l' une, & dans l' autre.* Verum licet facile concedamus, praecipue magiam noxiam apud gentiles fuiſſe punitam,

tam, non tamen negari poteſt, etiam illam magiam, quam goetiam ſeu necromantiam vocabant, quae fiebat per coactionem & invocationem mortuorum & malorum daemonum, etiamſi nullum damnum inferreretur, ſed ſaltem ad praeſtigias oſtentandas directa eſſet, apud pleroſque ethnicos non ſolum fuiſſe execrabilem: ſed & illicitam ac legibus damnatam, & ſaepe punitam: Sic a Perſis, a quibus tamen magia originem traxit, eiusmodi magi venefici ſupplicio omnium grauiſſimo affecti ſunt, ita vt eorum capita inter duo ſaxa contunderentur atque confringerentur, vt refert PLVTARCHVS in *vita Artaxerxis*, & commemorat: eiusmodi iudicium cuiusdam veneficae Giges, quam hac poena plecti iuſſit rex Artaxerxes. Ab Ægyptiis quoque illam magiae ſpeciem, quae vocatur necromantia, fuiſſe damnatam, patet ex HELIODORO *Æthiopicor. l. VI.* ſub *fin. p. 294.* quam etiam ſaepe innoxiam & ſaltem in praeſtigiis aliisque ludicris procurandis occupatam fuiſſe ipſe BAYLE ex HELIODORO refert *c. XLI. p. 403. Tout cequelle pouvoit faire, ſe reduiſſoit a quelques preſtiges, & à inventer des actions mauvaiſes, & à procurer la jouiſſance de quelques plaiſirs criminels. Elle n' etoit que la corruption, & le fruit batard de la veritable ſageſſe, que les prêtres & les Prophetes cultivoient des leur enfance.* A Graecis quoque illos magos, qui per incantationes noxam dederunt punitos fuiſſe patet ex PLATONE *l. XI.* de *Legibus*, vbi tamen bene diſtinguit inter peritos & imperitos earum artium, illos capite, hos vero poena arbitraria plectendos eſſe ſtatuit: *Si quis autem vinculis aut illectamentis aut incantationibus, aut huiusmodi quibuscunque veneficiis nocenti ſimilis iudicatus fuerit, ſi vates ſit, aut prodigiorum conſultor, moriatur, ſin earum artium expers, illud veneficium feciſſe pronunciatum ſit, de hoc quoque conſilium iudicum, num mulcta vel morte afficiendus ſit, cenſet.* Hunc locum latius explicat BAYLE *Reponſe aux queſtions C. XXXVI.* & *p. 317.* ſubiicit: *Il eſt clair qu' il a ſupoſé que ceux qu' il condamne à la mort pêchent avec plus de connoiſſance, & avec plus de malice par conſequent, que ceux qu' il laiſſe à la diſcretion des iuges.* Hinc IDEM *c. XL. p. 389.*

putat a Platone operationes magicas non esse damnatas, nisi noxiae fuerint: *Vous auez vû, que Platon n' a condamné les sortileges qu' entant qu' ils faisoient du mal, ou aux hommes, ou aux bestiaux.* Verum magiam non solum eo casu, si ad mala inferenda adhiberetur, sed omnia sacrificia priuata, etiamsi ad remedia bonaque procuranda instituta essent, tollenda ac interdicenda esse statuit PLATO *dialog. X.* de *legibus Opp. p. m. 887. sit autem lex huiusmodi simpliciter cunctis imposita: Sacella nemo in priuata domo habeat &c. solent autem mulieres praecipue ac imbecilliores, & in periculo constituti ac indigentes vbicunque quispiam indigeat & contra quando facultas rei alicuius attulit: quod adesse videtur, semper consecrare, hostias vouere & statuas diis atque daemonibus & deorum filiis polliceri. Phantasmatibus commoti vigilantes: & in somniis similiter multa se vidisse quae formidine recordati, vbi remedia singulis afferre conantur & aris sacellisque omnes domos vicosque repleruntque: quorum omnium gratia lex ista ponenda est, ac praeterea impiorum causa, ne ista sibi operationibus usurpantes sacella & aras suis in domibus statuant, putentque deos clam votis sacrificiisque placare: atque ita in infinitum suam iniustitiam augeant, vnde tam se quam ad eos, qui sibi ista permittunt, quamuis illi meliores sint, indignationem Deorum prouocent, quo pacto tota ciuitas iure quodammodo impietatis crimine teneatur. Legum quidem latori Deus minime irascetur. Lex enim sit, sacella Deorum neminem in priuatis domibus possidere. Si vero quispiam habuisse sacrificasseque alibi quam in publicis deprehendatur: qui sensit ad legum custodes deferat.* Iterum autem distinguit inter eos, qui ex simplicitate hic peccauerint, nihilque magni sceleris fecerint, & qui prudenter nefarias impietates commiserint; illis saltem eiusmodi sacrificia sub comminatione mulctae interdicenda, hos vero morte afficiendos esse. *Ipsi autem si nihil magni sceleris a foemina seu a viro factum sit ad publica templa iubeant priuata sacra deferri: & si non illico delata fuerint, mulctent, donec deferantur. Si quis autem non puerilem sed nefariam impietatem commiserit, siue in suis priuatim, siue in publico Deorum cultu sacrificando deliquerit, morte, vt impure*

pure sacrificans, condemnetur. Puerile vero esse vel non, custodes legum iudicent, tractosque ita impios in iudicium, impietatis reos esse declarent. Quod Romanos attinet, AVGVSTINVS de *ciuit. Dei l. VIII. CXIX.* laudat veteres Romanos, quod licet multa impia sacra amplexi sint, semper tamen reiecerint magiam, omnesque Chaldaeorum praestigias, ait: *Legem fuisse in ipsis XII. Tabul. aduersus magicas artes.* Et APVLEIVS ipse criminis magiae inculpatus in *Apolog. opp. p. 493.* ait: *Magia ista quantum ego audio, res est legibus delegata, iam inde antiquitus duodecim tabulis propter incredundas frugum illecebras interdicta; Igitur occulta non minus, quam tetra & horribilis plerumque noctibus vigilata & tenebris abstrusa, & arbitris solitaria & carminibus murmurata.* PLINIVS quoque *l. XXX. c. 1. p. 1306.* loquens de magia scribit in haec verba: *Erant & apud Italas gentes vestigia eius in XII. Tabulis nostris.* IDEM *l. XXVIII. c. 11.* cum probare vellet, magicarum incantationum aliquam esse vim, ait: *Legum ipsarum in XII. Tabul. verba fuisse. Qui fruges excantasset, & qui malum carmen incantasset.* VIRGILIVS de *magicis incantationibus loquens* ait *eclog. VIII. v. 99. atque satas alio vidi traducere messes.* An multas eius generis incantationes Romani viderint, nescio; cum etiam de illis iam dubitarit SENECA *natural. quaestion. l. IV. c. VII. p. 868. apud nos in duodecim tabulis cavetur, ne quis alienos fructus excantassit. Rudis adhuc antiquitas credebat & attrahi imbres cantibus & repelli: quorum nihil posse fieri, tam palam est, vt huius rei caussa nullius philosophi schola intranda sit.* Sed de iis coercendis vehementer sollicitos fuisse vel vnius C. Furii Craesini exemplum testimonium esse potest, quod refert PLINIVS *l. XVIII. c. VI.* & IDEM *l. XIV. c. IV.* In genere autem omnes operationes magicas etiam innoxias apud Romanos fuisse abominabiles patet ex VIRGILIO *Æneidos. IV. v. 492.* vbi Dido declarat, se inuitam ad artes magicas moueri:

Testor cara, deos & te, Germana tuumque
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Quod & SERVIVS ad *h. l.* affirmat: *Cum multa sacra Romani susci-*

susciperent, semper magica damnarint. Probrosa enim ars est habita, ideo excusat. Huius rei testis est LIVIVS *l. XXXIX. c. XV. pr. To. III. p. m. 302.* in oratione Postumi consulis, *a. u. c. DLVIII.* habita de tollendis Bacchanalibus, vbi refert, quod per innumerabilia decreta Pontificum & senatus consulta sacra externa vetita sint, sacrifuli vatesque vrbe & foro prohibiti, vaticini libri conquisiti, combustique, omnisque disciplina sacrificandi praeterquam more Romano abolita. Quod autem apud Romanos noua sacra introducenda prohibita fuerint, hoc ideo factum est, ne quis sub eorum praetextu magna scelera in reipubl. perniciem moliretur: vt patet ex verbis antecedentibus LIVII *c. l.* *Nihil enim in speciem fallacius est, quam praua religio, vbi Deorum numen praetenditur sceleribus, subit animum timor, ne fraudibus humanis vindicandis diuini Iuris aliquid immistum violemur:* Postea quoque *a. u. c.* DCXIV. Chaldaeos Italia pulsos fuisse refert VALER. MAXIMVS *l. I. c. III.* & *a. u. c. DCCXXI.* Astrologos & magos Roma eiectos esse narrat DIO *l. XLIX.* Maxime autem sub Imperatoribus Romanis magicae artes fuerunt damnatae, earumque operatores puniti, sicut & *Maecenas* eques Romanus nobilissimus instituens de Republica Octauium Caesarem hoc praeceptum adiecit: *Neque contemtorem Dei, neque praestigiatorem ullum tolerabis. Neque magi ferendi sunt omnino, qui cum saepenumero vera dicant, tamen frequentius mentiuntur, & nouarum rerum tentandarum causam hominibus praebent*, vt refert DIO CASSIVS *hist. l. LII.* Vnde & huius consilii non immemor AVGVSTVS OCTAVIANVS *anno DCCLXI.* astrologos & praestigiatores eiecit, DIO *l. XLIX.* & *anno DCCLXIV. idem* interdixit vatibus, ne absentibus arbitris de morte cuiusdam praedicerent, IDEM *l. LVI.* Soranus, quod vsus artibus magicis diceretur opera filiae suae, factis Nerone aegrotante sacrificiis occisus est: IDEM in *Nerone.* Inprimis *Tiberius Caesar*, licet Thrasillo astrologo peritissimo quotidie vteretur, ac singulis diebus vaticinia acciperet, tamen re accurate considerata, cum aliquando per somnium iussus esset cuidam pecuniam dare, hominem interemit, quod intelligeret sibi per

artem

artem magicam daemonem immissum fuisse, reliquosque omnes Astrologos, magos, aut quicunque alio auxilio diuinationes exercerent, exteros necauit, ciues, quos prius Augusti neglexerant, extorres egit, vt narrat DIO *l. LVII. p. 612.* Et TACITVS refert *II. annal. c. XXVII.* vsque *XXXII.* Libonem Drusum iuuenem e Scriboniorum gente a Firmio Cato in pulsum vt Chaldaeorum magorumque sacra de imperio consuleret, & per Junium quendam infernas umbras carminibus elicere tentaret, sed conatum hunc per Flaccum Vescularium detectum, & ipsum Libonem per sui interemtionem poenam effugisse; Interim Sisenna Statilio Tauro & L. Libone Coss. facta SCta de mathematicis magisque expellendis: quorum e numero L. Pituanium saxo deiectum, in Publium Martium consules extra portam Exquilinam, cum classicum canere iussissent, more prisco animaduertisse. Idem confirmat SVETONIVS in *Tiberio c. XXXVI.* Tiberium expulisse mathematicos, sed deprecantibus, ac se artem relicturos pollicentibus veniam dedisse. add. DIO *l. LVIII. magi exterminati, ciues in exilium missi, a Tiberio, qui destitissent, impunitatem consequebantur.* Ex eo patet, quod in irrogandis poenis discrimen sit habitum inter exteros, qui harum artium erant doctores peritissimi: & inter ciues, qui forte ab istis ex simplicitate seducti. Hoc quoque SCtum refert DOMITIVS VLPIANVS *l. VII.* de *officio proconsulis* sub titul. *de mathemat. & vaticinator.* Cuius fragmentum reperitur in *Collatione Mosaicar. & Roman. legum tit. XV.* a PETR. PITHOEO & nouissime a SCHVLTINGIO *Iurispr. Anteiustin.* edita *p. 785. Nec hodie primum interdici eis placuit: sed vetus haec prohibitio est. Denique extat SCtum Pomponio & Ruffo Conss. factum quo cauetur, vt mathematicis, Chaldaeis, ariolis & ceteris, qui similem incertum* (leg. incertorum artem) *fecerunt, aquae & igni interdicatur: omnia bona eorum publicentur: & sic aeternus* (leg. externarum) *gentium, qui si id fecerit, vt in eum animaduertatur.* Dissensio hic est in vno anno VLPIANVS hoc SCtum refert ad Pomponium & Rufum, qui Conss. fuerunt, a. u. c. DCCLXX. Christi XVII. TACITVS vero refert ad Taurum & Libonem, qui anno

praecedenti consules fuerunt; cum TACITO conuenit DIO *c. l.* conf. LIPSIVS ad *Tacitum c. l. p. 97.* Sub *Tiberio*, *Claudio*, *Nerone*, & sequentibus Imperatoribus magorum sacra pro illicitis habita, eosque, qui illis vsi erant, accusatos & saepius punitos fuisse passim patet ex TACITO *Annal. l. VI. c. XXIX. n. 6. l. XII. c. XXII. c. LIX. 2. l. XVI. c. XXX. 2.* Non autem negandum est, hoc hominum genus, licet saepius vetitum sit, semper tamen retentum fuisse, vt ait TACITVS *l. histor. XXII. 2.* loquitur quidem de mathematicis, sed vtitur vulgi vocabulo, quod magos appellabat mathematicos: GELLIVS *l. I. vulgus*, inquit, *quos gentilitio vocabulo Chaldaeos dicere oportet, mathematicos vocat.* Et AMMIANVS *l. XXIX. mathematicis vt memorat vulgus.* Licet quidem nonnunquam, magis per contumaciam & temeritatem eorum factum sit, qui ausi erant vel consulere vel exercere, quam quod fuerit permissum, tamen saepissime interdictum esse fere ab omnibus princibus refert DOMITIVS VLPIANVS in *fragm. c. l.* apud SCHVLTING. *p. 786.* ne quis omnino huiusmodi ineptiis se immisceret: & varie punitos esse hos, qui id exercuerunt pro mensura sceleris & consultationis: Prouocat ibidem ad edicta *Antonini Pii* & *M. Antonini* Philosophi, in quibus variae poenae in eiusmodi magos & vaticinatores, qui multa quasi ex instinctu deorum dixerant sunt statutae: Et denique horum edictorum hanc rationem subiicit. *Et sane non debent impune ferre huiusmodi homines, qui sub obtentu & monitu deorum quaedam vel renunciant vel iactant, vel scientes eos fingunt;* Scripsit autem haec VLPIANVS sub Imperat. *Caracalla*, qui licet ipse primum necromantiam exercuerit, manesque patris sui & Commodi Imper. euocauerit, vt testatur DIO *l. LXXVI.* postea tamen magos astrologosque ea de causa accersitos, vt parum vera loquentes, omniaque ad assentationem vaticinantes deseruit, vt refert HERODIANVS *l. IV. c. XII.* adeo vt etiam eos, qui amuletis pro curandis morbis vterentur, condemnauerit, vt testatur SPARTIANVS in *Caracalla c. V.* Sic & IVLIVS PAVLVS, ICtus, qui scripsit sub Imper. *Alexandro Seuero*, in mathematicos & vaticinatores varias poenas statutas refert *l. V.*

sentent.

sentent. receptar. tit. XXI. apud SCHVLTINGIVM *p. 501. Vaticinatores, qui se deo plenos adsimulant, idcirco ciuitate expelli placuit, ne humana credulitate publici mores ad spem alicuius rei corrumperentur, vel certe ex eo populares animi turbarentur. Ideoque primo fustibus caesi ciuitate pelluntur: perseuerantes autem in vincula publica coniiciantur aut in Insulam deportentur, vel certe relegentur;* Illos autem qui de Principe & Statu reipublicae vaticinati sunt, cum consultatoribus morte puniendos esse, IDEM *c. l. §. 3.* statuit: *qui de salute Principis vel de summa reipublicae mathematicos, aruspices, vaticinatores consuluit, cum eo, qui responderit, capite punitur.* Et IDEM *cit. libr. tit. XXIII. §. 15.* apud SCHVLTINGIVM *p. 510. Qui sacra impia nocturnaue, vt quem obcantarent, defigerent, obligarent, fecerint, faciendaue curauerint aut cruci suffiguntur, aut bestiis obiiciuntur:* cum hoc coincidit, quod ait MODESTINVS, qui vixit eodem tempore, & qui a consiliis fuit *Alexandri* Imp. *l. XII. Pandectar. 2.* cuius fragmentum extat *l. 13. π.* ad *Leg. Cornel. de sicar. & veneficis. Ex SCto eius legis poena damnari iubetur, qui mala sacrificia fecerit, habuerit.* Idem PAVLVS *c. l. §. 18. Magicae artis conscios summo supplicio adfici placuit, id est, bestiis obiici, aut cruci suffigi, ipsi autem magi viui exuruntur.* Bene autem notat ibidem SCHVLTINGIVS in *not.* per conscios intelligi, non qui norunt solummodo aliquem hanc exercere artem, sed qui etiam eius sunt participes: ea enim est vis verbi conscius, vt pluribus ostendunt BARN. BRISSONIVS de *verb. signific. l. V.* & IAC. GOTHOFREDVS ad *l. 3. C. Theod. ad L. Cornel. de Sicar. Diocletianus* quoque Imp. artem magicam, quae eo tempore dicebatur mathematica speciali lege interdixit *l. 2. C. Iustin. de malef. & mathemat. Ars autem mathematica damnabilis est & interdicta omnino.* Eundemque Imper. poenam vltimi spplicii in magos statuisse liquet ex *fragmento C. Gregoriani l. XIX. tit. IV.* in *fine, apud* SCHVLTINGIVM *p. 208. Iubemus namque auctores quidem ac Principes vnacum abominandis scripturis eorum seuiori poenae subiici, ita vt flammeis ignibus exurantur: consentaneos vero & vsque ad eos contentiosos capite puniri praecipimus, & eorum bona fisco nostro vindi-*

§. IV.

A Chriſtianis licet vtraque magia tam goetica quam theurgica execrata & reprobata ſit; Attamen a primis Imperatoribus Chriſtianis magiae vſus eatenus ſaltem, quatenus noxius, non vero quatenus ſalutaris eſſet legibus prohibitus; Vsque dum Leo Imperator omnem magiae vſum etiam ad bonum finem adhibitum interdicendum puniendumque eſſe ſtatuit. *)

§. V.

vindicari ſancimus. Si qui ſane etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris perſonae ad hanc inauditam, & turpem atque per omnia infamem ſectam, vel ad doctrinam Perſarum ſe transtulerunt, eorum patrimonia fiſco noſtro adſociari facias: Ipſos quoque Forenſibus vel Proconenſibus metallis dari. Quod autem magia illa, quae necromantia appellatur, etiamſi nullum damnum datum eſſet, ſub Imperat. Romanis gentilibus exoſa & punita fuerit, patet ex exemplo L. APPVLEII *Afri*, qui circa medium *Sec. II.* a Sycionio Æmiliano coram Claudio Maximo Africae Proconſule magiae accuſatus fuit, adeo vt *apologia* ſe defendere neceſſe ipſi fuerit conf. AVGVSTINVS de *civit. Dei l. VIII. c. XIX.* IDEM tamen APVLEIVS in ſua *Apologia* probare contendit, eum magiae vſum, qui innoxius & ſalutaris ſit, licitum & permiſſum eſſe: *Nihil enim*, inquit, *quod ferendae ſalutis gratia fit, crimin oſum eſt.* Loquitur ibi de remediis magicis; Add. eiusdem ſupra allata deſcriptio magiae.

*) *Conſtantinus M.* cum haruſpicinam, quae tantas in gentilium animis radices egerat, penitus abolere non poſſet, haruſpicinam hactenus priuatim exercere vetuit, & ſacrificia domeſtica diuinationi exercendae prohibuit ſub poena ignis haruſpici, conſultori vero deportationis & bonorum publicationis infligenda: Ea de re duae conſtitutiones eodem anno *CCCXIX.* promulgatae ſunt, *l. 1. & 2. C. Theod.* de *maleficiis & mathemat.* Ex quibus interpolata eſt *l. 3. C. Iuſtin. eod. tit. Nullus aruſpex, nullus*

nullus sacerdos, nullus eorum qui huic ritui assolent ministrare, ad limen alterius accedat, nec ob alteram causam, sed huiusmodi hominum amicitia (quamuis vetus) repellatur; concremando illo aruspice, qui ad domum alienam accesserit: & illo in Insulam deportando post ademptionem bonorum, qui eum aduocauerit suasionibus vel proemiis. Licet hac lege haruspicina publice exercita non prohibita sit, vt patet ex verbis *final. leg. 1 C. Theod.* (quae in *C. Iustiniani* sunt omissa) *superstitioni enim suae seruire cupientes, potuerunt publice ritum proprium exercere.* Postea tamen omnis diuinandi curiositas vetita, & haruspicina penitus a Constantino M. sublata, teste *scriptore vitae Constant.* qui hoc edictum memorat ZOSIMO *l. II.* SOZOMENO *l. I.* Non solum autem diuinandi curiositatem, sed & artes magicas, quatenus noxiae essent, *Constantinus M.* seuerissime prohibuit: Eas autem artes magicas & incantamenta, quae pro remediis ad morbos depellendos, fruges conseruandas & calamitates auertendas adhibita essent, impunita relinquit. Extat haec constitutio anno *CCCXXI. l 3. C. Theod.* & *l. 4. C. Iustin.* de *malefic. & mathem. Eorum est scientia punienda & seuerissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra hominum moliti salutem aut pudicos ad libidinem defixisse animos detegerentur: Nullis vero criminationibus implicanda sunt remedia humanis quaesita corporibus, aut in agrestibus locis, ne maturis vindemiis metuerentur imbres, aut ruentis grandinis lapidatione quaterentur, innocenter adhibita suffragia, quibus non cuiusque salus aut existimatio laederetur, sed quorum proficerent actus, ne diuina munera & labores hominum sternerentur.* Licet quidem ex hac lege constet, *Constantinum M.* talia remedia magica, si salutaria fuerint, permisisse; attamen EVSEBIVS *l. III de praeparat. euangel.* . . Constantini M. coaeuus aperte testatur a Christianis hunc rerum magicarum vsum semper damnatum; sicut & AMMIANVS *l. XVI.* & *XIX.* de temporibus *Constantii* & *l. XXIX.* de temporibus *Valentiniani* refert, eos qui incantamenta ad depellendos morbos adhibuerint, punitos fuisse. Vtrumque quoque magicarum artium vsum, tam ad futuri notionem, quam ad labem

conciliandam in genere interdixit CONSTANTIVS duabus constitutionibus anno *CCCLVII.* Et quidem primum constitutione, quae est *l. 4. C. Theod.* & *l. 5. C. Iustin.* de *malef. & mathem.* diuinandi, diuinosque & vates, Chaldaeos, mathematicos consulendi quoscunque curiositatem sub gladii poena prohibuit. *Nemo haruspicem consulat, aut mathematicum, nemo hariolum. Augurum & vatum praua professio conticescat. Chaldaei ac magi, & ceteri, quos maleficos ob facinorum magnitudinem vulgus appellat, nec ad hanc partem aliquid moliuntur, sileat omnibus perpetuo diuinandi curiositas: Etenim supplicium capitis feret gladio vltore prostratus, quicunque iussis obsequium denegauerit.* Scil. hactenus diuinandi curiositas patebat, dum ne super salute Principis aut statu Reipublicae exerceretur; Verum cum id non satis impediri posset, prohibita penitus a Constantio hoc edicto diuinatio conf. GOTHOFR. ad *h. l. p. 120.* & ad *l. 6. p. 125.* Constantium hanc curiositatem poena mortis prohibuisse testantur quoque LIBANIVS de *vita sua p. 11.* & MARCELLINVS *l. XVI.* Altera constitutione, quae est *l. 5. C. Theod.* & *l. 6. C. Iustin. eod.* earum magicarum artium vsum, quem multi vsurpare solent ad insontes & inimicos suos labefactandos vel conficiendos damnat: *Multi magicis artibus ausi elementa turbare, vitas insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis audent ventilare, vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos.* Sub poena *feralis pestis* alii omne capitale supplicium, alii viuicomburium, alii bestiorum supplicium intelligunt de quo conf. RAEVARDVS *l. V. varior. III.* ALBERICVS GENTILIS & GOTHOFRED. ad *h. l p. 122.* Quanquam autem inspecie coniuratores spirituum hac lege comprehensos esse constat ex verbis: *& manibus accitis audent ventilare:* Attamen *Constantius* eos tunc demum puniendos voluit, si scil. animarum & spirituum coactiones factae sint ad labem alteri conciliandam, vt liquet ex verbis: *vt quisque suos conficiat malis artibus inimicos.* Idem CONSTANTIVS anno CCCLVIII. nouam constitutionem *l. 6. C. Theod.* & *l. 7. C. Iustinian.* edidit contra diuinandi artem exercentes, scil. magos, maleficos, haruspices, augures, ariolos quin

imo & mathematicos, somniorumque coniectores, ceterosque his similes, in primis eos, qui in comitatu suo vel Caesaris Iuliani essent, vt tanquam maiestatis rei, nullo dignitatis respectu habito quaestionibus cruentis ad confessionem & veritatem eruendam subiici possent. Huius successor fuit IVLIANVS, quem sicut in apostasiam prolapsum esse, & in gentiles ab antecessoribus facta sancitaque revocasse, innumera veterum testimonia adsunt, ita illum magicis artibus valde delectatum fuisse *c. VI. §. XI. not. 1. p. 123.* & *c. VII. §. 1. p. 269.* pluribus demonstratum est: Ipsumque nocturna sacrificia a Constantio *l. 5. C. Theod. To. VI. p. 265. de paganis* abolita reuexisse diserte testatur LIBANIVS *orat. in Iuliani necem. Opp. To. II. p. 253.* & in FABRICII *Biblioth. graec. l. V. P. III. p. 170.* IOVIANVS qui Iuliano successit, etsi Christianus, nihilominus ἐθελοθρησκείαν seu gentilitii cultus libertatem, rerum necessitati cedere coactus, invexit: quo nomine a THEMISTIO *Orat. XII.* quae ὑπατικὸς inscribitur, multis commendatur; quod & testatur SYMMACHVS in *relatione* ad *Valentianum iunior.* dicens: *Si numerentur hi Principes, vtriusque sectae, proximus* (puta Iulianus) *eorum ceremonias patrum* (id est gentilium) *coluit; recentior* (i. e. Iovianus) *non remouit.* VALENTINIANVS *senior* pariter inter religionum diuersitates medius, nec quenquam inquietans, neque vt hoc coleretur imperans, vt testatur AMMIANVS MARCELLINVS *l. XXX.* legibus in exordio imperii sui datis unicuique, quod animo imbibisset, colendi liberam facultatem dedit, vt totidem verbis ipsemet in *l. 9. C. Theod. de malef.* profitetur. Cum enim sacrificiis & gentilitiae superstitioni omni abolendae impar foret, nocturna tantum & malefica sacrificia, nec non haruspicinam, aliique ritus gentilitii ne nocenter exercerentur cauere satis habuit: Et quidem *l. 7. C. Theod. de malef. anno CCCLXIV.* sacrificia nocturna apparatusque magicos sustulit: *Ne quis deinceps nocturnis temporibus, aut nefarias preces, aut magicos apparatus, aut sacrificia funesta celebrare conetur; Detectum atque conuictum competenti animaduersione mactare perenni auctoritate censemus.* Huius quoque legis pluribus meminit ZOSIMVS

l. IV. p. 735. simulque eius ferendae causam perstringit: denique subiicit Valentinianum Graecis, Praetextato Achaiae Proconsule intercedente, gratiam fecisse, ea per Graeciam & Eleusinia nominatim mysteria permittendo; Alia constitutione *l 9. C. Theod eod. tit.* anno CCCLXXI. emissa haruspicinam, sicut & ceteras a maioribus concessas religiones (puta ariolorum, augurum, id genus aliorum) non reprehendere se profitetur, neque inter maleficiorum (i. e. magiae illicitae & noxiae) causas vel crimina sese connumerare ait: sed nocentes tantum exerceri eum nolle: *Haruspicinam ego nullum cum maleficiorum causis habere consortium indico: neque ipsam aut aliquam praeterea concessam a maioribus religionem, genus esse arbitror criminis; Testes sunt leges a me in exordio imperii mei datae, quibus vnicuique, quod animo imbibisset, colendi libera facultas, tributa est. Nec haruspicinam reprehendimus, sed nocenter exerceri vetamus.* Historiam & occasionem huius legis ferendae ex AMMIANO MARCELLINO *l. XXVIII.* bene explicat GOTHOFREDVS ad *h. l. p 129.* VALENTEM Valentiniano in imperio consortem paria hac quoque parte fecisse, & liberam similiter principatus sui initio religionis cuiuscunque amplectendae potestatem dedisse ostendunt THEODORETVS *l. V. c. XX.* THEMISTIVS *oratione* quae a DVDITIO episcopo latine tantum edita. HIERONYMVS *Chron.* & CEDRENVS anno Valentis *VII.* anno *CCCLXX.* imo PAVLVS DIACONVS *histor. miscell. l. XII. Interea Valens in Antiochia plurimo tempore commoratus, omnibus licentiam dedit sua sacra celebrata: gentibus scil. atque Iudaeis nec non omnibus haereticis. Nam & gentiles festiuitates agebant, daemonibus ministrantes, & post Iulianum a Iouiano Idololatriae vanitates extinctas* (false hic dicitur idololatriam a Iouiano penitus extinctam, cum contrarium ex THEMISTIO & SYMMACHO *c. l.* ostensum sit; similem excursum habet THEODORETVS *l. V. c. XX.* qui Iovianum Idolorum cultum inhibuisse scribit.) *rursus florere permisit, & Iouis - - atque Dionysii sacra & Cereris iam non in occulto tanquam sub pio Imper. celebrabant, sed per mediam plateam bacchantes vbique currebant.* Et vt VA-

VALENTINIANVS per occidentem, ita per orientem quoque VALENS malefica tantum sacrificia prohibuit. *l. 8. C. Theod. de malef.* cuius portio est *l. 8. C Iustian. eod. Cesset mathematicorum tractatus: nam siquis publice aut priuatim in die noctuque deprehensus fuerit in cohibito errore versari, capitali sententia feriatur vterque. Neque enim dissimilis culpa est, prohibita discere, quam docere.* Huic legi occasionem praebuisse credibile est memorabilem illum gentilium & mathematicorum tractatum, quem memorat AMMIANVS *l. XXIX. p. 411.* ad *p. 422.* ZOSIMVS *l. IV p 743.* SOCRATES *l. IV. c. XIX.* SOZOMENVS *l. VI. c. XXXV.* PHILOSTORGIVS *l. IX. c. XV.* NICEPHORVS *l. XI. c. XLV.* & CEDRENVS *p. 257.* Gentiles scil. Christiani principis pertaesi, suarum vicissim partium Imperatorem auidius expetentes, imperaturi post Valentem nomen detestando diuinandi genere exploratum tum iuerant. Quae res & mathematicorum nonnullos consultoresque ad vltimam perniciem perduxit, & Valentem ad hanc constitutionem procul dubio adegit, vt pluribus demonstrat, IAC. GOTHOFREDVS ad *h. l. p. 128.* GRATIANVM quidem Victoriae aram Romae rursum diruisse, priuilegia, stipendia, praedia Vestalium, locaque quae sacris error veterum deputauerat, ademisse testantur *l. 20. C. Theod.* de *Pagan. & sacrific. T. VI. p. 290.* SYMMACHVS *cit. relat.* & AMBROSIVS *contra Symmachi relation.* & *orat. funebr.* de *obitu Valentiniani p. 6.* Neque tamen ideo gentilitios ritus nominatim GRATIANVS lege prohibuit: neque eo pertinet, quod SOZOMENVS *l. VII. c. I.* SOCRATES *l. V. c. IV.* NICEPHORVS *l. XII. c. I.* & *XXVI.* scribunt: Gratianum lege sanciuisse, vt vnaquaeque religio licite sacra celebraret; id enim ad Christianorum sectas referri oportet. THEODOSIVS vero M. diuersis constitutionibus *l. 7. 8.* & *9. C. Theod. de Paganis sacrificiis &c.* anno *CCCLXXXI.* & *seqq.* per orientem editis omnia sacrificia tam diurna, quam nocturna & maxime diuinatoria prohibuit. Sed recte annotat LIBANIVS *orat.* de *templis*, Theodosium hisce legibus sacrificiorum quidem vsum τὸ θυεῖν interdixisse, thurificationem vero τὸ λιβάνωτον concessisse; quae & ipsa postea

ab eo vetita anno CCCXCII. *l. 12. eod.* in qua omnis omnino cultus gentilitius interdicitur, nec non diuinandi curiositas: distinctione sublata, vtrum videlicet aliquid contra salutem Principis vel de salute eius quaesitum fuerit vel non: *Quod si quispiam immolare hostiam sacrificaturus audebit, aut spirantia exta consulere, ad exemplum maiestatis reus, licita cunctis accusatione, delatus excipiat sententiam competentem, etiamsi nihil contra salutem Principum aut de salute quaesierit: sufficit enim ad criminis molem, naturae ipsius leges velle rescindere, illicita perscrutari, occulta recludere, interdicta tentare, finem quaerere salutis alienae, spem alicui interitus polliceri;* VALENTINIANVS iunior per Occidentem ann. CCCLXXXIX. *l. 11. C. Theod.* & *l. 9. C. Iustin.* de *malef. & mathem.* iussit, vt quilibet maleficum deprehensum compertumue iudicio sistat, ac non etiam ipse opprimat; quod tamen hactenus Romae factum ab aliquibus indicatur. Loquitur autem de talibus magis, qui mala intulerunt, quod patet ex eo, quod appellentur communis salutis hostes. Licet ARCADIVS & HONORIVS diuersas constitutiones, quae extant *l. 13. seqq. C. Theod.* de *paganis sacrificiis &c.* quarum & nonnullae insertae sunt *C. Iustin. eod. tit.* aduersus sacrificia & cultus gentilitios ediderint; Tamen vnica saltem constitutio HONORII anno CCCCIX. aduersus mathematicos, Roma & ciuitatibus omnibus pellendos extat *l. 12. C. Theod.* de *malef. & mathem.* & *l. 10. C. Iust.* de *Episcopal. audient. Mathematicos, nisi parati sint, codicibus erroris proprii sub oculis Episcoporum incendio concrematis, catholicae religionis cultui fidem tradere, nunquam ad errorem praeteritum redituri, non solum vrbe Roma, sed etiam omnibus ciuitatibus pelli decernimus: Quod si hoc non fecerint, & contra clementiae nostrae salubre constitutum in ciuitatibus fuerint deprehensi, vel secreta erroris sui & professionis insinuauerint, deportationis poena excipiant.* Nomine mathematicorum generali hic non solum intelligendos genethliacos diuinandi artem exercentes, sed haruspices ex libris haruspicinae ἐκ τῶν ἱερατικῶν sacra facientes, coniectantes ex ZOSIMO *l. V. p. 819.* qui huius legis promulgandae occasionem narrat, pluri-

pluribus ostendit GOTHOFRED. ad *h. l. T. III. p. 134.* THEODOSIVS iunior. in paganos daemoniis sacrificantes varias leges promulgauit, & quidem capitali poena, ab anterioribus statuta Imperatoribus, abrogata bonorum proscriptionis & exilii poenam iis imponit anno CCCCXXIII. *l. 23. C. Theod.* de *pagan. & sacrificiis: Paganos, qui supersunt, si aliquando in exe-crandis daemonum sacrificiis fuerint comprehensi, quamuis capitali poena subdi debuerint, bonorum proscriptione & exilio coërceri.* In hac tamen mitiore sententia non perdurauit: Vtpote mortis poena postea reducta anno CCCCXXVI. *l. vlt. C. Theod. eod.* LEO Iunior Imperator constitutione, quae extat *l. un. C. Iustin.* de *Thesauris*, inuestigationem thesauri malis sacrificiis & magicis artibus prohibuit, sed nullam certam poenam in eiusmodi delinquentes statuit: *Nam in suis quidem locis vnicuique dummodo sine scelcratis ac puniendis sacrificiis, aut alia qualibet arte legibus odiosa quaerere &c.* Credibile est, multos tum fuisse eius generis homines, qualem LVCIANVS in *Alexandro* describit quendam Tyanaeum, quem, cum infami nota insignire vult, vocat cultorem imposturarum & ludificationum, praestigias & communia mirifica, rationemque inueniendorum thesaurorum profitentem. IVSTINIANVS Imper. nullas speciales constitutiones in magicas artes edidit, nisi quod *§. 5. I.* de *public. iudic.* statuerit, eos quoque qui artibus odiosis tam venenis quam susurris magicis homines occiderint ex L. Cornelia de sicariis & veneficiis capite damnari. Et quod nonnullorum antecedentium Impp. constitutiones in Codicem suum referendo confirmauerit. IVSTINIANVM autem artes magicas tum demum vetuisse, si nocuerint, non vero si profuerint, patet ex eo, quod ille CONSTANTINI M. supra citatam *l. 3. C. Theodos.* de *malefic.* qua vsus magiae noxius damnatur, ille vero pro tuitione corporis & rerum suarum admittitur, in codicem suum *l. 4. C.* de *malef. & mathem.* retulerit, eoque ipso eam approbauerit. Sed eam legem postea demum abrogauit, suppremumque supplicium in eos, qui magicis artibus siue ad bonum siue ad malum finem vtantur, statuit LEO *Nov. LXV. Ego vero*

promul-

§. V.

Legibus Wiſigothorum, Saliorum, Ripuariorum, Longobardorum & Francorum magi, idololatrae, arioli, & quicunque ſortilegi verberibus ſaltem vel poena pecuniaria coërciti ſunt. Et licet Carolus M. & Ludouicus Pius in capitularibus ſuis eiusmodi ſuperſtitiones artesque magicas ſeueriſſime prohibuerint, nullam tamen poenam ciuilem in eiusmodi delinquentes ſtatuerunt. *) §. VI.

promulgatam a veteribus legislatoribus legem conſiderans, eam quae modo incantamentum malum eſſe rata, id punit, modo vero admittit & approbat, quanquam id ex vtentium propoſito malum non fiat, ſed ſua natura vitioſitate, tanquam ſterquilinia graueolentia ſcaturiat: non tamen illos legislatores reprehendendos dixerim, ſed ne quis legem (quod merito fiat) vituperet, eam ex legum quaſi fundo tollendam puto. Vult autem puniri incantationes, &, quod modeſtia animi ſublata, ſtimulis furroreque amatorio rationem ad inſaniam adigant; ac approbat rurſum illas, tanquam ſegetes & fructus curent, aliaque bona (vt quidem videtur) ſuppeditent atq; ita quod tanqnam inſidioſum puniiſſet; idem rurſum tanquam beneficium honorat. Atqui nos iſtiusmodi incantationes pernicioſas eſſe perſuaſum habemus: & vt boni quicquam inde manare credamus, induci non poſſumus, ſane vero ſi quis aliquo modo incantamentis vſus eſſe deprehenſus fuerit, ſiue id reſtituendae conſeruandaeue valetudinis, ſiue auertendae a rebus frugiferis calamitatis cauſa fecerit, is apoſtatarum poenam ſubiens, ſupremum ſupplicium ſuſtineto. Vnde & omiſſa eſt haec lex Constantini M. in *Baſilicis* vt ex *Lib. LX. tit. XXXIX. c. XXX.* & notatis *inibi*, nec non ex Constant. Harmenopvli *promptuar. iuris. l. VI. tit. X. p. 458.* liquet: ſed & idem teſtatur Balsamo ad *Photii Nomocon. tit. IX. c. XXVI.* conf. Cviacivs, *XXVIII. obſeru. XVIII.*

*) Mitiores in puniendis magis fuerunt leges illarum gentium, quae deletis impe atoribus occidentalibus Romani Imperii prouincias

uincias inuaserunt. Et quidem secundum leges WISIGOTHORVM illi, qui artes magicas ad inferenda mala frugibus exercuerunt, vel qui sacrificiis nocturnis daemones inuocauerint, non poena mortis, sed saltem verberibus coërciti, & ad carceres detrusi sunt *l. VI. tit. II. c. III.* apud LINDENBROGIVM *p. 124: malefici & immissores tempestatum, qui quibusdam incantationibus grandinem in vineas messesque mittere perhibentur, & hi qui per inuocationem daemonum mentes hominum conturbant, seu qui nocturna sacrificia daemonibus celebrant, eosque per inuocationes nefarias nequiter inuocant: vbicunque a Iudice vel actore, vel procuratore loci reperti fuerint, vel detecti, ducentis flagellis publice verberentur, & decaluati deformiter decem conuicinas possessiones circuire cogantur inuiti, vt eorum alii corrigantur exemplis. Quos autem iudex, ne vlterius euagantes talia facere permittantur, aut in retrusione faciat esse, vt ibi accepta veste atque substantia ita viuant, ne viuentibus nocendi aditum habeant: aut regiae presentiae dirigat, vt quod de illis sibi placitum fuerit, euidenter statuat. Hi autem qui tales consuluisse reperiantur, in populi conuentu ducentorum ictus accipiant flagellorum, vt impuniti non remaneant, quos culpae similis reatus accusat.* Vult & alia lex *c. I. eod. tit.* hos & qui respondent & qui consulunt de morte vel vita alterius ingenuos flagellis caesos in seruitutem redigi, bonis omnibus fisco delatis: seruos diuerso genere poenarum afflictos in transmarinas partes transferendos vendi: Seueriorem autem poenam nempe capitis in tales idololatras magicos statuit THEODORICVS rex edicto *c. CVIII.* apud LINDENBROGIVM *p. 255. Si quis pagano ritu sacrificare fuerit deprehensus, arioli etiam atque vmbrarii si reperti fuerint, sub iusta aestimatione conuicti, capite puniantur; malarum artium conscii, id est malefici, nudati rebus omnibus, quas habere possunt, honesti perpetuo damnantur exilio, humiliores capite puniendi sunt.* Huius gener ATHALARICVS *Gothorum* rex in edicto: *Maleficos*, inquit, *vel eos, qui ab eorum nefariis artibus aliquid crediderint expetendum legum seueritas insequatur, quia impium est, vos illis esse remissos, quos coelestis pietas non patitur impunitos. Qualis enim fatuitas est, creatorem*

torem vitae relinquere, & sequi potius mortis autorem? CASSIODORVS *l. IX. var. c. XVIII.* PHILIMERVS item rex *Gothorum*, qui consederunt ad Meotides paludes cum auspicia sui imperii a morum reformatione sumeret, magas mulieres, patrio sermone Adelrunas de maleficio conuictas, vel suspectas, in remotas scythiae solitudines abire coëgit, ne earum commercio reliqua gens procliua collaberetur IO. MAGN. *Goth. l. VIII. histor. Gothor. c. XXIV.* Longe mitiores fuerunt leges, quae olim inter *Salicos* & *Ripuarios* contra maleficos positae sunt, quibus illi, qui per ligaturas aliaque maleficia magica rebus vel hominibus etiam mortem inferendo damnum dederint, non nisi pecuniaria summa condemnati sunt, vid. *Leg. salic. tit. XXI.* apud LINDENBROG. *p. 323.* & *Leg. Ripuarior. tit. LXXXIII.* apud EVNDEM *p. 469.* nisi forsan secundum illa tempora, cum tantae facultates hominum non essent, eiusmodi poenae satis grauiores fuerint, & homines plus reueriti sint pecuniarias poenas, quam nunc capitales. Sic & LVITPRANDVS Rex *Longobardorum* in ariolos, aruspices, eorumque consultores praeter poenitentiam ecclesiasticam pecuniarias saltem poenas statuit, *Leg. Longobard. c. II. tit. XXXVIII. c. 1.* apud LINDENBROGIVM *pag. 635. Si quis timoris Dei immemor ad ariolos vel ad augures, pro haruspicibus, aut qualibuscunque responsis accipiendis, ambulauerit, componat in sacro palatio medium pretii sui, sicut appretiatus fuerit, tanquam si cum occidisset: & insuper agat poenitentiam secundum canonum instituta. Simili modo & qui arborem, quam rustici sanguinum vocant atque ad fontanas adorauerit, aut sacrilegium vel incantationem fecerit, similiter medium pretii sui componat in sacro palatio.* Eadem poena statuta est in iudices, qui scienter eiusmodi ariolos non condemnauerint, *c. 2. Etsi manifestum fuerit, quod sciat iudex aut sculdais & saltarius, & decanus, vbi ipsi arioli aut ariolae sunt, & eos non condemnauerit, aut praemium tulerit, aut quasi causa pietatis vel pro qualicunque ingenio absoluerit, integrum Widrigild suum in palatio componat.* Francorum reges quod attinet, licet illi varias constitutiones in quibus idololatria magica interdicta, promul-

mulgauerint, nullas tamen poenas, praeter pecuniarias in eiusmodi delinquentes decreuerunt. Sic KARLOMANNVS anno *DCCXLII.* apud BALVZIVM *p. 147. Decreuimus quoque vt secundum canones vnusquisque episcopus in sua parecia solicitudinem gerat, adiuuante Graphione, qui defensor ecclesiae eius est, vt populus paganias non faciat, sed vt omnes spurcitias gentilitatis abiiciat & respuat; siue sortilegos vel diuinos, siue phylacteria & auguria, siue incantationes, siue hostias immolatitias, quas stulti homines iuxta ecclesias ritu pagano faciunt, sub nomine sanctorum martyrum vel confessorum Deum & suos sanctos ad iracundiam prouocantes; siue illos sortilegos ignes, quos nedfratres vocant, seu omnes, quaecunque sunt paganorum obseruationes diligenter prohibeant.* Et IDEM *capitulari Liptinensi* anno *DCCXLIII. c. 4.* apud BALVZIVM *p. 150.* eiusmodi delinquentes poena quindecim solidorum mulctandos esse statuit: *Decreuimus quoque quod & pater meus ante praecipiebat, vt qui paganas obseruationes in aliqua re fecerit, mulctetur & damnetur quindecim solidis.* De pretio solidi illius temporis vid. FR. PITHOEVS *Glossar.* ad *Capitul.* voc. *solidus p. 743.* & FRID. LINDENBROGIVS *Gloss.* voc. *solidus p. 1480*) Indiculum istarum superstitionum paganicarum seu rituum idololatrico-magicarum edidit Princeps FERDINAND. FÜRSTENBERGIVS in *monument. Paderborn. p. 336.* & HERM. CONRINGIVS de *Orig. iur. germ. p. 343.* Easdem constitutiones repetiit CAROLVS M. *capit. I.* anno *DCCLXIX. c. 6.* apud BALVZIVM *p. 191.* & *l. VII. c. 128. p. 1050.* Praeterea IDEM *capit. Aquisgranens.* anno *DCCLXXXIX. c. 16.* apud LINDENBROGIVM *l. I. c. 16 p. 833.* & apud BALVZIVM *p. 220.* & *l. I. c. 16. p. 708.* praecipit, vt ignota angelorum nomina nominentur, prouocatque ea de causa ad *concil. Laodic. c. 35. f. 138.* iuxta collectionem & interpretationem DYONISII EXIGVI: *Quod non oporteat Christianos ecclesiam Dei relinquere, & ire atque angelos nominare, & congregationes facere, quae interdicta noscuntur. Si quis igitur inuentus fuerit huic occultae idololatriae seruiens, sit anathema, quia derelinquit Dominum nostrum Iesum Christum filium Dei, & se Idololatriae tradidit.* add. supra *c. VII.*

 §. IV.

§. IV. p. 292. & *§. V. p. 303.* Vnde CAROLVS M. *cit. cap.* ait: *Item in eodem concilio praecipitur, vt ignota angelorum nomina nec fingantur, nec nominentur, nisi illorum quos habemus auctoritate: Id sunt Michaël, Gabriel, Raphaël.* Hoc constitutum esse videtur ad reprimendam insanam superstitionem *Aldeberti* & *Clementis* Germaniam haeresibus turbantium, qui varia angelorum nomina fingebant. sic in oratione *Aldeberti* haec nomina reperiebantur: *Precor vos & coniuro vos & supplico me ad vos angele Vriel, angele Raguel, angele Tubuel, angele Michael, angele Adimis, angele Tubuas, angele Sabaoth, angele Simihel.* Qua oratione lecta synodo *Romana* sub Zacharia Pontifice, ille interrogauit episcopos, sententiam de hac suam proferrent: Illi damnandum Aldebertum pronunciarunt vt haereticum, caussa vero subditur, & ipsum decretum concilii his verbis: *Octo enim nomina angelorum, quae in sua oratione Aldebertus inuocauit, non angelorum praeter Michaëlis, sed magis daemonum nomina sunt, quos ad praestandum auxilium inuocauit. Nos autem vt a vestro sancto apostolatu edocemur, & diuina tradit autoritas, non plus quam trium angelorum nomina agnoscimus: id est, Michael, Gabriel, Raphael*, vid. apud SVRIVM *T. III. mens. Iunio.* in *vita S. Bonifacii fol. 494.* ex quo idem pluribus refert DELRIO *Disquis. magic. l. I. c. IV. qu. III. p. 47.* add. PITHOEVS *gloss.* ad *capitul.* voc. *angelorum p. 708.* & BALVZIVS *not.* ad *capitul. c. l. p. 1126.* Mirum est autem *Vrielem Raguelem* & *Tubielem* nominari in *Litaniis* quas edidit IO. MABILLONIVS *analector. To. II. p. 682.* cum tamen in hac synodo ista nomina expresse proprohibita sint; scrupulum autem mouet DELRIO *c. l.* qui tradit, hoc concilium Romanum inter concilia edita vel in Germania vel in Italia non reperiri, vnde nonnihil autoritatem istius historiae nutare; sed quod haec concilium inter alia concilia nouiter edita non reperiatur, haec ratio forsan esse videtur; quia illius decreta doctrinae hodiernae Pontificiorum de inuocatione angelorum non conueniant. Ceterum ARNOLD. *Kirch- vnd Ketzer-Historie l. VIII. c. VII. p. 7.* & SPANHEIM *p. 1308.* Aldeberti haeresin inter haereses fictas referunt. Add.

de

de ALDEBERTO SCHMIDII *Diss.* de *epistolis coelo missis.* Porro quod constitutiones Caroli M. contra magicas superstitiones promulgatas attinet, IDEM ex eodem concilio Laodic. refert *c. 18. Item in eodem concilio, vt coclearii, malefici, incantatores & incantatrices fieri non sinantur.* Nec non IDEM *eod. capitul.* eiusdem anni *c. 63.* apud LINDENBROGIVM *l. I. c. 64. p. 839.* & apud BALVZIVM *p. 235.* & apud EVNDEM *l. I. c. 62. p. 715. Item habemus in lege Domini mandatum, non auguramini, & in Deuteronomio: Nemo sit, qui ariolos sciscicetur vel somnia, vel ad auguria intendat. Item, nemo sit maleficus, nec incantator, nec Pythonis consultor. Ideo praecipimus vt nec cauculatores & incantores, nec tempestarii vel obligatores non fiant, & vbicunque sunt, emendentur vel damnentur. Item de arboribus vel petris vel fontibus, vbi aliqui stulti luminaria vel alias obseruationes faciunt, omnino mandamus vt ipse pessimus vsus, & Deo execrabilis, vbicunque inuenitur, tollatur & destruatur.* add. REGINO de *Discipl. eccles. l. II. c. 358.* & BALVZIVS in *not.* ad *h. c. p. 591.* Etsi quidem CAROLVS M. eiusmodi superstitiones & artes magicas seuere prohibuit, nullas tamen certas poenas ciuiles in eiusmodi delinquentes dictauit, sed potius illos sacerdotum correctioni tradendos esse voluit; sic in *capitulatione* de *partibus Saxoniae* ann. *DCCLXXXIX. c. 23.* apud BALVZIVM *p. 254. Diuinos & sortilegos ecclesiis & sacerdotibus dare constituimus.* Ac IDEM *Capitular.* ann. *DCCCV. c. 25.* apud BALVZIVM *p. 478.* expresse statuit, etiam eos, qui per maleficia magica damnum dederint, morte non esse plectendos, sed in carcere seruandos, usque dum ab episcopis emendati resipuerint: *De incantationibus, auguriis, vel diuinationibus, & de his, qui tempestates siue alia maleficia faciunt, placuit sancto concilio, vt vbicunque deprehensi fuerint videat archipresbiter dioecesis illius vt diligentissime examinatione constringantur, si forte confiteantur malorum quae gesserunt. Sed tali moderatione fiat eadem districtio ne vitam perdant, sed vt saluentur in carcere afflicti, vsque dum Deo inspirante spondeant emendationem peccatorum, & vt nullatenus per aliqua praemia a comitibus vel centenariis absque districta examina-*

§. VI.

Iure Canonico in crimen ſortilegii variae poenae eccleſiaſticae ſunt ſtatutae, & quidem ſi laicus ſortilegium commiſerit, ille poenitentiae ſubiacet, & ſi impoenitens & contumax permanſerit, perpetuo excommunicatur: Si vero clericus ſortilegiis vſus ſit, & quidem dolo malo, ille ab officio deponitur, & in monaſterium poenitentiae perpetuae agendae cauſa detruditur: qui autem ex ſimplicitate ſortilegium fecerit, ſaltem ab officio ſuſpenditur; ſed iure nouo Pontificio canoniſtae diſtinquunt, vtrum ſortilegium ſit haereticale, an vero ſimplex, priori caſu poenam haereticorum, poſteriori vero arbitrariam locum habere volunt. *)

§. VII.

---

tione remittantur, add. LEHMANNI *Chron. Spirenſ. l. II. c. XXVIII. p. 96.* Etſi illi, qui de ſalute principis vel ſumma reipublicae, mathematicos, ariolos, aruſpices, vaticinatores conſuluerunt, cum iis, qui reſponderunt capite puniri iubentur *l. VII. c. 730. p. 1104.* Attamen hoc capitulum, quod deſumtum eſt ex PAVLI ICti *l. V. ſentent. tit. 21.* magis videtur ab ANGESIO collectore horum capitularium ex ſua ſententia inſertum, quam ex conſtitutione regum Francorum profectum, cum ea de cauſa nullum aliud teſtimonium extet. Ceterum paſſim in *capitularibus* CAROLI M. & LVDOVICI PII ſuperſtitiones magicae, nulla tamen poena ciuili adiecta, prohibentur. Sic *l. 1. c. 72.* apud BALVZIVM *p. 934.* phylacteriorum vſus tanquam magicae artis indicium interdicitur, *l. VI. c. 216. p. 961.* ritus magorum ariolorum, ſortilegorum, veneficorum, diuinorum, incantatorum aliorumque ſuperſtitioſorum hominum abolendi praecipiuntur. Add. *capitularium addit. II. c. 21. p. 1143.* & *addit. III. c. 93. p. 1174.* vbi eiusmodi artes magicae execrantur & interdicuntur.

*) Ita iam in concilio *Ancyrano* ann. *CCCXIV. c. 24.* iis, qui

artes

artes magicas & diuinationes exercuerint, poenitentia ecclesiastica quinque annorum iniuncta est, apud REGINONEM *de Disciplin. ecclesiast. l. II. c. 347.* & apud GRATIANVM *Cauf. XXVI. qu. V. c. 2. Qui diuinationes expetunt, & mores gentilium sequuntur, aut in domos suas eiusmodi homines introduxerunt, inquirendi aliquid arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii taceant, secundum gradus poenitentiae definitos: tres annos substrationis & duos annos orationis sine oblatione:* Idem postea repetitum concilio *Bracarensi II.* ann. *DCXXII. c. 72.* apud REGINONEM *c. 348.* & GRATIANVM *c. l. c. 3. Siquis paganorum consuetudinem sequens, diuinos & sortilegos in domum suam introduxerit, quasi vt malum foras mittant, aut maleficia inueniant, quinque annos poenitentiam agat.* Praeterea GREGORIVS M. Pontifex *l. VII. ep. LXVI.* ad *Ianuarium*, ann. DXCIX. apud GRATIANVM *c. l. c. contra idolorum 10.* rescribit: Eiusmodi sortilegos si impoenitentes & contumaces fuerint, & quidem viles verberibus, honestiores carceribus coërcendos esse: *Quos tamen si emendare se a talibus, atque corrigere nolle receperis feruenti comprehendere zelo te volumus: & siquidem servi sunt, verberibus cruciatibusque, quibus ad emendationem peruenire valeant, castigare, si vero sunt liberi, inclusione digna districti sunt in poenitentiam redigendi, vt qui salubria & a mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.* add. IDEM *l. IX. ep. XLVII.* apud GRATIANVM *c. peruenit 8.* Quin in Concilio *Romano* sub GREGORIO II. an. DCCVII. poena excommunicationis est statuta, *can. siquis ariolos* apud REGINONEM *c. l. c. 349.* & GRATIANVM *c. l.* Sic & LEO IV. ann. DCCCL. apud GRATIANVM *c. 7.* sub anathematis interdicto sortilegia prohibuit; sed dubitant canonistae, an in eo canone clausula, anathema sit, latam excommunicationis sententiam contineat? vid. SVAREZ *T. 1. de relig. tr. 2. l. 2. c. 19.* & admisso, quod illam contineat, consuetudinem tamen contrariam vel legem illam interpretatam esse de sententia ferenda, vel illam abrogasse refert PIGNATELLVS *CLXLIII. p. 324.* Quod clericos attinet, si illi sortilegia commiserint eos depo-

nen-

nendos esse ab officio sacro, & in monasterium ad poenitentiam perpetuam agendam detrudendos sancitum in Concil. *Toletano IV.* ann. DCXXXIII. apud REGINONEM *c. 352.* & GRATIANVM *c. 5.* *Siquis episcopus aut presbyter siue diaconus vel quilibet ex ordine clericorum, magos aut aruspices, aut incantatores, aut certe augures, vel sortilegos, vel qui profitentur artem magicam, aut aliquos eorum similia exercentes consuluisse fuerit deprehensus, ab honore dignitatis suae suspensus* (in omnibus conciliorum editionibus rectius legitur *depositus*) *monasterii curam suscipiat, ibique poenitentiae perpetuae deditus scelus admissum sacrilegii soluat.* Et in concil. *Toletano XIII.* ann. DCXXXIII. *c. quicunque 7.* apud GRATIANVM *c. l. c. 13.* decretum, sacerdotes, qui doloris causa spoliant aras & extinquuunt luminaria consueta, vel quid simile faciunt honore ac dignitate puniendos, & ita effici infames, similiter eos, qui sumta veste lugubri missas defunctorum celebrant pro viventibus vt moriantur, a proprio gradu ordinis deiiciendos & perpetuo relegandos vna cum consulente & mandante; Sicut iam ante in clericos sortilegos poena excommunicationis statuta est, Concil. *Laodic.* ann. CCCXX. *can. non oportet. 36.* Concil. *Agathens.* anno DVI. *can. aliquanti 42.* Concil. *Aurelian. I.* ann. DXI. *c. si quis clericus 42.* quos etiam refert GRATIANVS *c. l c. 4. 6. & 9.* sed canonistae in his canonibus excommunicationem non latae sed ferendae sententiae contineri asserunt, vid. PIGNATELLVS *c. l.* Quod vero eos clericos attinet, qui forte bono zelo & ex simplicitate sortilegio vsi sunt, illos non in totum ab officio sacro deponendos, sed saltem ad tempus suspendendos esse statuit ALEXANDER III. Pontifex ann. MCLXXX. *c. 2. X. de sortilegiis.* Nam quidam presbyter, Vitus nomine, accessit cum quodam infami, id est, diuinatore & sortilego ad locum priuatum, non illa intentione, vt daemonium inuocaret, sed vt posset inuenire & recuperare furtum cuiusdam ecclesiae per inspectionem astrolabii. Id quod significatum Papae Alexandro III. qui rescripsit, licet Presbyter ille, ex bono Zelo & simplicitate, se hoc fecisse dicat: tamen non modicum sed valde

de graue peccatum in eo commisit: ideoque mandauit dictus Papa Patriarchae Gradensi, vt per annum & amplius si ipsi visum fuerit, ab altaris ministerio eum praecipiat abstinere, & tum libere poterit exercere officium sacerdotis. Vnde colligit EMRIC. PIRHINGVS *methodo iur. canon.* ad *h. c. To. V. p. 320.* poenam contentam in hoc *cap.* non esse ordinariam sortilegii, sed minorem fuisse huic sacerdoti poenam impositam, quia non ex proposito & dolo malo, sed ex bono Zelo & simplicitate vel ignorantia deliquerit, alias grauiorem poenam ei potuisse ac debuisse imponi. Idem iam obseruauit GONZALEZ TELLEZ *comment.* ad *h. c. in fin. To. V. p. 388.* vbi dicit, in praesenti textu per annum saltem suspendi clericum, quia non ex dolo, sed ex simplicitate fecerit, alioquin ab omni ordine sacro deponendum, beneficio priuandum & in monasterium poenitentiae peragendae causa detrudendum. Licet quidem sequentes Pontifices varias constitutiones contra sortilegos promulgarint, quarum nonnullae vt ALEXANDRI VI. SIXTI IV. ADRIANI VI. INNOCENTII VIII. LEONIS X. collectae sunt in *l. VII. decretal.* sub *tit.* de *maleficis & incantatoribus*, nullas tamen certas poenas, contra eos statuerunt, sed sicut sortilegia non sunt eiusdem generis, sed alia sunt grauissima, alia grauia, alia leuia, ita iudicum ecclesiasticorum arbitrio pro qualitate sortilegii reliquerunt. Ceterum quamuis iam *fine* secul. XV. in crimine sortilegii quoad forum competens distinctio sit habita, inter sortilegia haereticalia, & non haereticalia seu simplicia, ita vt in illis etiam inquisitoribus iurisdictio concessa sit, in his vero non, vt constat ex ALEXANDRI VI. *c. accusatus 8. §. sane de haeretic.* in *Vlto* & LANCELLOTO *instit. iur. can. l. IV. tit. V. §. 1.* add. supra *c. VIII. §. 11. not. I. p. 395.* Attamen quoad poenam infligendam haec distinctio non statim obseruata, vt liquet ex LANCELLOTO *c. l. §. 2.* qui has institutiones ann. MDLXIII. compilauit, vbi in genere, nulla distinctione habita, an sortilegia haeresin sapiant, vel non, tradit, quod laici, si talia commiserint, ad poenitentiam agendam compellendi, & contumaces perpetuo excommunicandi, clerici

vero ſortilegi degradandi ſint. *Ariolorum igitur, aruſpicum, incantatorum & omnium ſortilegorum artes, cum ſint ex quadam peſtifera ſocietate daemonum atque hominum, quaſi pacta infidelis, & doloſae amicitae conſtituta, penitus ſunt ab eccleſia eliminandae; & ſuperſtitioſi artifices, niſi per poenitentiam reſipiſcant, perpetuo anathemate feriendi: & ſi clerici ſunt, degradandi.* Sed iure nouo canoniſtae diſtingunt inter ſortilegia qualificata, quae ſapiunt haereſin manifeſte, ac ſortilegia ſimplicia; Quoad prima, vbi ſortilegia manifeſtam haereſin ſapiunt, ea punienda eſſe etiam ſecundum poenam haereticorum indiſtincte, ſiue ſint diuinatiua, ſiue amatoria, ſiue venefica, vt aſſerunt PAVL. CHIRLANDVS de *ſortileg. qu. XX. n. 87.* IAC. MENOCH. *l. II. arbitr. iudic. quaeſt. Cent. IV. caſ. 388.* quae autem ſortilegia ſint, quae haereticalia dicuntur, & quae item ſit poena haereticorum late docent FARINACIVS *c. l. n. 79.* CHIRLANDVS *qu. X.* IVLIVS CLARVS *l. V. ſent §. haereſis n. 25.* DOMINIC. CARDINAL. TVSCHVS *To. IV. pract. concluſ. lit. H. concluſ. XCI.* & *c. 1.* ſed PIGNATELLVS *conſult. nouiſſ. CLXXIII. To. II. p. 325.* aſſerit hanc ſententiam contrariam eſſe praxi, cum iſti ſortilegi, niſi fateantur tenuiſſe haereſin, quam ſapiunt, non vt haeretici, ſed vt ſuſpecti de haereſi, puniri debeant. Si vero ſortilegi ſunt clerici grauius eos puniendos eſſe ſtatuunt, nempe depoſitione, degradatione & carcere perpetuo ex *can. quicunque 13. cauſ. XXVI. qu. V.* CHIRLANDVS *d. qu. XI.* MENOCH. *c. l. n. 12.* FARINACIVS *c. l. n. 107.* SOVSA *l. II. p. LVIII. n. 13.* Sed PIGNATELLVS *c. l. p. 326* monet, in his multum deferendum eſſe arbitrio iudicis: nam quae a GRATIANO *c. l.* ex conciliis prouincialibus referuntur, ea non habere vim legis extra illas prouincias, totam eccleſiam obligantis, quamuis magni facienda ſint, & vim directiuam contineant. In his tamen ſemper obſeruandum eſſe, quod habetur GREGORIVS *l. VII. ep. LXVI.* apud GRATIANVM *c. 10. cauſ. XXVI. qu. V.* vt ſcil. ſi huiusmodi ſortilegi poeniteant, nec ſint pertinaces, mitius puniantur, ſeuerius vero ſi admoniti ac mitius iam puniti, iterum in facinore perſiſtant. Quod ſortilegia ſimplicia attinet, quae non ſapiunt haereſin

expreſ-

expressam, & tunc si versantur in foro conscientiae vel poenitentiali, sortilegos siue laicos puniendos poenitentia 40. dierum extra ecclesiam statuunt *c. 1. X.* de *sortilegiis* vbi PANORM. HOSTIENSIS & Canonistae communiter, nec non CHIRLANDVS *c. l. n. 9.* FARINACIVS *n. 90.* MENOCH. *c. l. n. 7.* Si vero versantur in foro contentioso iudiciali postquam delictum curiae innotuit, & hunc, si laici sint, pro prima vice excommunicandos & ab ecclesia arcendos, etsi simul moniti in iisdem sortilegiis perseuerent, si sint personae viles, verberibus plectendos, mitra vel aliis similibus modis dehonestandos: si vero honestiores, relegandos, vel perpetuo carceri mancipandos esse volunt CHIRLANDVS *qu. XXI. n. 3. seq.* FARINACIVS *c. l. n. 93.* MENOCHIVS *c. l. n. 16.* Sed PIGNATELLVS *c. l.* item notat, excommunicationem proprie dictam, vt est censura, non ferri pro delicto praeterito, maxime contra poenitentem: alias vero poenas locum plane habere posse ad arbitrium spectata qualitate criminis ac pertinaciae. Si vero sortilegi clerici sint & bono Zelo & ex simplicitate commiserint sortilegium non qualificatum, eos suspendi debere a diuinis & ab altaris ministerio per annum & vltra ad arbitrium iudicis secundum facti qualitatem tradunt CHIRLANDVS *c. l. n. 3.* MENOCH. *c. l. n. 8.* FARINACIVS *c. l. n. 91.* SOVSA *c. l. n. 10.* sed si clericus non bono Zelo, sed dolo malo aliquod ex suis sortilegiis faciat, effici infamem, deponendum ab ordine sacro, & omnibus beneficiis priuandum, ac perpetuo includendum in monasterio docent. IDEM *cit. loc.* Verum iterum dissentit PIGNATELLVS *c. l. p. 326.* putatque nimis durum nec verisimile esse, quod pro sortilegio non continente, nisi leuem suspicionem de fide, nec inferente graue damnum puniri debere clericum ea poena qua puniretur, si esset haereticus formalis,, nimirum depositione, carcere perpetuo ac verbali degradatione: nec canones conciliorum prouincialium a dissentientibus adductos obligare ecclesiam vniuersalem, etiamsi sint insertae decreto Gratiani; hinc statuit pro simplici sortilegio regulariter sufficere suspensionem ab officio ad tempus arbitrio iudicis; Attamen nonnunquam pro

 qua-

§. VII.

Ex Caroli V. Imp. constitutione criminali, illi, qui per magiam

qualitate sortilegii etiam simplicis, si graue sit, clericum priuari beneficio ac deponi posse. De singulis poenis in sortilegos, nempe carceris, detrusionis in monasterium, triremium, verberum, fustigationis, flagellorum, exilii, relegationis, pecuniae, publicationis bonorum, aliisque prolixe agit Pignatellvs *consult. CLXXIV. seqq.* in sortilegiis autem simplicibus poenam esse arbitrariam testatur Delrio *sect. XVI. p. 60. Quoad peccata sortilegii, quae haeresin non sapiunt, in poena vtrumque Ius ciuile & canonicum cum eo conueniunt, quod iudicis arbitrio permittunt &c.* Quia enim ecclesiastica disciplina non infert poenam mortis temporalis, seu vt dicunt sanguinis *c. in archiepis.* de *Raptor. C vnum solum caus. XXIII. qu. V.* aliae constitutae sunt poenae: nam clericis sortilegis poena imponitur poenitentiae quinquennalis, suspensio ordinum & priuatio beneficiorum *c. 1.* & *fin. X.* de *sortileg. c. 3. 4. 5. caus. XXV. qu. V.* si autem malefici esse conuincantur, remittuntur ab ecclesiastico iudice ad curiam secularem condemnandi & puniendi, vt de haeretico pertinaci statutum est *c. super eo* de *haeret. in Vlto.* Quod in specie attinet crimen coniurationis spirituum, illud non esse simplex sortilegium sed qualificatum seu haereticale supra *c. VIII. §. II. not. 1. p. 398* ex Canonistis probatum est; Vnde tales coniuratores daemonum tanquam haeretici, si contumaces sunt, vltimo supplicio afficiendos esse criminalistae asserunt. Sic Eymericvs *P. II. direct. qu. XLIII. n. 2. Isti omnes, si sint iudicialiter conuicti, vel confessi vt haeretici iudicio ecclesiae habendi sunt, & per consequens, si resipiscant, haeresi prius abiurata sint, vt poenitentes haeretici immurandi. Si autem voluerint desistere, vel si dixerint, se velle adsipere ac poenitere, sed nolle abiurare, vel si abiurauerint, & postea in eundem errorem inciderint, curiae seculari sanae relinquendi ac vltimo supplicio puniendi;* add. Pegna *P. II. direct. com. 68.*

*) Ver-

magiam nocuerint, damnumue intulerint, morte mulctandi igneque concremandi iubentur: Illi vero, qui sic magicas artes exercuerint, vt nemini tamen nocuerint, pro qualitate criminis perpetrati extra ordinem & arbitrarie iuxta consilium prudentum puniendi. *)

§. VIII.

---

*) Verba *constitutionis Carolinae art. CIX.* sunt haec: *So iemand den Leuten durch Zauberey Schaden oder Nachtheil zugefüget, soll man ihn straffen vom Leben zum Todt, vnd man soll solche Straffe mit dem Feuer thun. Wo aber iemand Zauberey gebraucht, vnd damit niemand Schaden gethan hätte, soll sonsten gestrafft werden, nach Gelegenheit der Sache, drinnen die Vrtheiler Raths gebrauchen sollen.* Plures criminalistae statuunt, praedicta verba *ordinationis criminalis* de magicis artibus vel praestigiis, quae exercentur citra abnegationem diuinae maiestatis, & pactionem cum Diabolo expressam intelligenda esse, ita vt poena ignis eximantur solummodo ii, qui extra pactionem expressam cum daemone initam artibus magicis nocere volentes, hoc efficere non potuerint, vt tradunt BINSFELD. *comment. in l 5. C.* de *malef. qu. 1. conclus. II. p. 624.* STEPHANI ad *ordinat. crimin. art. IIX. p. 189.* CARPZOV. *P. I. qu. XLIX. n. 27.* Hanc interpretationem constitutionis criminalis defendit quoque GOLDASTVS *Rechtl. Bedencken von Confiscation der Hexen-Guther, §. 38. p. 101.* dicens: *Denn die Römische Keyserl. Majest. in allegirten Articul 109. ausdrücklich einen Vnterscheid machet zwischen den Zauberern, das ist: magos maleficos, vnd denen, die sich Zauberey gebrauchen, das ist: magicae artis conscios, wie das Frider. Martini Keyserl. vnd Ertz-Hertzogischer Rath auch observiret hat.* Et post pauca: *Denn derselben ersten §. oder membrum zu verstehen, ist von denen magis, Zaubern, die mit denen Teuffeln einen Bund gemacht, vnd Schaden gethan. Aber in dem andern §. oder membro, werden allein die conscii artis magicae gemeint, die mit dem Teuffel keinen Bund gemacht, vnd sich doch Zaube-*

Zauberischer Künste gebraucht. add. FRIDER. MARTINI *interpret. constit. criminal. art. 109. n. 29. 30. seqq.* alii vero vt LAVRENT. KIRCHOVIVS *To. II. consil. German. ICtorum Cons. XII. n. 9.* IO. FICHAND *Vol. II. cons. CXIII. n. 4.* HACKELMAN. *illustr. quaest. Disp. XXIV. qu. XX. lit. g.* BOCERVS *disp. iur. ciu. P. IV. disp. XIV. th. 40.* GODELMANN. *l. III. c. XI. n. 32.* GILHAVSEN *arbor. iudic. crimin. c. II. tit. VII n. 17.* PRAETORIVS *im Bericht von Zaubereyen, c. X. fol. 77. c. XII. fol. 137. seqq.* putant magos & sagas, quae cum daemone contractum inierunt, & Deum abiurarunt, nullum tamen damnum fecerunt, extraordinarie pro arbitrio iudicis esse puniendos, nempe fustigatione, relegatione, mulcta pecuniaria: Et ita hoc secundum membrum dicti *articuli 109.* interpretantur. Verum licet illorum explicatio, qui putant secundum membrum dicti articuli intelligendum esse de iis, qui sine pacto cum daemone magicas artes exercuerint, mihi non probanda esse videatur. Quia sic vt omnis magiae exercitium nititur pacto expresso vel tacito vt *c. IV. §. VI. n. 2. p. 63.* satis demonstratum; ita quoque Imperator hoc praesupposito, in eos qui nullum damnum dederunt poenam arbitratriam statuit: Non tamen eorum sententiae, qui sagas eo casu, si nemini nocuerint, a poena mortis absoluendas & saltem arbitrarie puniendas esse volunt, adstipulari possum: quod illic Imper. non negarit, quin lamiae, si cum daemone fuerint foederatae morte plectendae sint, sed iudicis arbitrio relinquere voluerit, si nemini nocuerint, an hoc casu igne, an alio supplicio puniendae; Non solum enim verba finalia dict. *art. 109.* eum solummodo casum, quo nullum damnum maleficio datum fuit, sed & circumstantias alias, an nimirum pactum cum Diabolo inierint sagae, aut quid commercii cum eo habuerint, attendi & pro qualitate harum circumstantiarum ignis supplicium ad easdem extendi iubent, prout recte aduertit, & verba *d. art.* sic explicat GEOG. REMVS in *paraphras. d. art.* Absurdum enim videtur, Imperatorem statuere, vt is igne plectatur, qui forte alterius equum maleficio occiderit, aut aliter nocuerit, is vero qui se daemoni obstrinxit,

Deum

Deum abiurauit, leuius puniatur. BERLICH. *P. IV. conclus. V. n. 38.* GOEHAVSEN *qu. II. tr.* de *processf. contra sagas annexa.* SCHROETER de *lamiis p. 137.* STRVIVS *Differt. criminal. VII. c. VIII. p. 105.* Quoniam enim cum isto pacto concurrunt grauissima delicta, apostasia, idololatria, blasphemia, & alia crimina, ita vt fiat cumulatio multorum & maximorum delictorum, merito poena ignis ibi locum inuenit. DAN. CLASEN *comment.* ad *h. art. p. 358.* Haneque interpretationem non solum vsu & communi consuetudine approbatam, sed etiam *constit. Elector.* §. *IV. constit. III.* expresse confirmatam testatur THEODORICVS *tract. criminal. c. VII. aph. VI. lit. c. n. 31. p. 1010.* Et ita etiam pronunciare scabinos Lipsienses in casu extra territorium Saxoniae sortilegii commissi testatur CARPZOV. *P. I. qu. XLIX. n. 10.* Et cum hac constitutione conuenire *ordinationem criminalem Palatinam tit. IX. Bambergensem art. CXXXI. Hassiacam* de anno 1572. *fol. 5. Wormatiensem. P. II. l. VI. Megapolensem, Dillenburgensem, Schaumburgensem,* aliasque, quarum extractum exhibet ABRAHAMVS SAVRIVS in *fasciculo poenarum tit. IV. fol. 20. seqq.* testatur GODELMANN. *l. III. c. XI. n. 18.* & GOLDAST. *§. XXXIII.* add. IO. IAC. WEINGARTEN *Auszug der Königl. Stadt-Rechte in Böhmen, p. 212.* Qua de causa illorum sententia vt VLDER. MOLITORIS de *Pyth. mulier. c. VIII.* ALCIATI *l. VIII. parerg. c. XXII.* DVARENI ad *tit. ff.* ad *L. Cornel.* de *sicar. c. 11.* in *fin.* WIERI de *praestig. l. III & VI.* & *tr.* de *lamiis c. IV.* GEORG. PICTORII *solut. an sagae igne mulctandae.* ÆRODII *l. V. rerum iudicatar. c. XIV.* qui sagas, quae cum daemone contractum inierunt, & Deum abiurarunt, nullum tamen damnum fecerunt, ab omni poena absoluendas esse putant, eo magis deferenda est. Contra hos legi meretur quod disserit BAYLE *dans la reponse aux questions d'un Provincial To. I. c. XXXV. p. 301. seq.* vbi pluribus demonstrat, non solum eos magos & sagas, qui reuera pactum cum diabolo fecerunt, licet nullum damnum dederint, vltimo supplicio afficiendos, sed & eos, qui licet reuera nullum pactum fecerint cum diabolo, sibi tamen tale pactum iniisse persuadeant, eadem poena

dignos

§. VIII.

Iuxta constitutionem Saxonicam Electoralem, qui pactum cum daemone expressum fecerunt, licet nemini nocuerint, viui exuruntur: qui vero absque tali pacto expresso magicis artibus damni quid dederunt, vel ex cristallo aut aliter cum daemone colloquia miscuerunt, eumque de rebus praeteritis vel futuris consuluerunt, gladio feriuntur. *)

§. IX.

---

dignos esse, quam veri magi. Quo tamen ipso non negamus, eos magos, qui antequam accusantur, veram agunt poenitentiam, vel incarcerati confiteantur delictum, & de eius admissione doleant, nec non ab isto nefario pacto recedant, mitius puniendos esse, quod & confirmant ANDR. TIRAQVELL. de *poena temporal. qu. LX. fol. 111.* IO. GOEDDEVS de *magis venef. & lam. l. III. c. XI. n. 45.* BODINVS *daemonom. l. IV. c. V. p. 676.* BERLICH. *P. IV. conclus. V. n. 78.* GOLDAST. *von Confiscation der Zauber-Güther. §. XLII. p. 114. seqq.*

*) Iure Saxonico magi concremantur *Land-R. l. II. art. XIII. Welcher Christen-Mann oder Weib vnglaubig ist, oder mit Zauberey umgebet, oder mit Vergifftung, vnd der übervvunden vvird, die soll man auf einer Horden brennen.* Veteres illum textum de iis intellexisse, qui magicis suis artibus in aliorum perniciem vsi essent, ex versione latina eius apparet, quae diserte loquitur de eo, qui aliquem incantauerit, vel venenum ei administrauerit. Sed Scabinos Lipsienses olim textum illum valde generaliter intellexisse, siue nocitum fuerit, siue non; & ariolis, qui accepta pecunia magicis artibus fures rerum priuatarum manifestant, & inuentoribus thesaurorum per prohibitas artes poenam concremationis dictasse refert MATTH. COLERVS *P. I. decis. CLXXX. n. 6.* & extat in *consult. saxon. P. IV. qu. LXVIII. n. 8. To. I.* Alii aliter eum accipiebant & ita distinguebant. Aut magi pactum cum diabolo expressum inierunt, Deo abiurarunt, diabolo se mancipaurnt, & tunc indistincte

siue

ſiue nocuerunt, & damna intulerunt ſiue non, igne concremandos eſſe, *Conſult. Conſtit. Saxon. T. II. l. IV. qu. VII n. 2. ſeqq.* Eadem poena ignis puniendos eſſe, & illos, qui quidem Diabolo ſe non manciparunt, nec pactum cum eo fecerunt, hominibus tamen magicis artibus nocuerunt & damnum intulerunt, *Conſult. Conſtit. Saxon. To. II. P. IV. qu. VII. n. 3.* niſi hoc in caſu, vbi diabolo ſe non dederunt, iumentis nocuerint, tum enim non poena ignis, ſed fuſtigatione puniri debere. *Conſult. conſtit. Saxon. c. l. n. 5.* modo damnum iumento datum non ſit tanti valoris, vt furto aequiparetur, tunc enim poena furum teneri & capite puniri *conſult. c. l. n. 6.* Aut magi cum Diabolo nullum pactum fecerunt, nec ei cultum diuinum exhibent, neminique neque homini neque iumento nocent, ſed alias artem magicam cum cryſtallis, vel ſimilibus modis exercent, tunc vel carcere, vel relegatione, vel etiam fuſtigatione ſecundum perſonae dignitatem & facti qualitatem puniri debere. *conſult. c. l. n. 7.* COLERVS *dict. deciſ. CLXXX. n. 9.* & BERLICH. *P. IV. concluſ. V. n. 42. ſeqq.* In tanta igitur opinionum varietate AVGVSTVS Elector Saxoniae *P. IV. Conſtit. II.* peculiarem conſtitutionem fecit, in qua ſubſequentes caſus diſtinxit. *Primum*, ſiquis poſthabita fide chriſtiana pactum cum daemone fecerit, vel aliter quid commercii cum eo habuerit, etiamſi nemini nocuerit, ille viuus concremari debeat. *So iemand in Vergeſſung ſeines Chriſtlichen Glaubens mit dem Teuffel Verbündniß aufrichtet, umgehet oder zu ſchaffen hat, daſs dieſelbige Perſon, ob ſie gleich mit Zauberey niemand Schaden zugefügt, mit dem Feuer vom Leben zum Todte gerichtet, und geſtraffi werden ſoll.* add. MOLLER. in *comment.* ad *h. l. n. 3.* & *4.* & *n. 20.* aſſerit conſtitutionem, pactionem cum diabolo contractam ignis ſupplicio punientem intelligendam eſſe de pactione expreſſa, non tacita, vbi ſaltem gladii poena ſtatuta. add. CARPZOV. *P. I. qu. XLIX. n. 16.* qui idem confirmat. *Secundum* caſum, ſi quidem magi cum Diabolo nullum expreſſum foedus inierint, ſed alias artibus magicis damni quid dederint, ſiue exiguum

§. IX.

Quod denique in ſpecie poenam criminis coniurationis ſpirituum attinet, diſtinguendum eſt inter eos, qui ſcientes prudentesque malos ſpiritus coniurauerint, cumque iis familiare commercium habuerint: & inter eos, qui ignorantes malos ſpiritus ibi ſubeſſe, opinione ſua bonos ſpiritus euocarint: Quod illos attinet iterum diſtinguendum eſt inter eos coniuratores, qui pactum expreſſum cum daemonibus fecerunt, & eos qui ſine pacto expreſſo actum coniurationis ſuſceperunt; illos poena ignis, iſtos poena gladii, hos vero qui cum

id ſit, ſiue magnum, non igne ſed gladio feriatur: *Da aber auſſerhalb ſolcher Verbûndniſſe iemand mit Zauberey Schaden thut, derſelbige ſey groſs oder geringe, ſo ſoll der Zauberer, Mann- oder Weibes-Perſon, mit dem Schvverdt geſtrafft vverden.* Diſcrimen hic notat DANIEL MOLLERVS *comment.* ad *h. l. n. 5.* inter hanc conſtitutionem & Carolinam *art. 109.* quantum ad genus ſupplicii attinet, igne etiam hos puniri illa iubet, non gladio. *Tertium* caſum, ſi magi neque foedus expreſſum cum Diabolo inierint, neque artibus ſuis magicis noceant, ſed ſolummodo arte diabolica diuinare, reſponſa conſulentibus dare, aut in cryſtallo vel aliter cum diabolo colloqui conentur, tunc etiam gladio, non vero igne puniuntur. *Desgleichen ordnen, ſetzen und conſtituiren vvir, daſs auch die, ſo ſich unterſtehen aus des Teuffels Kunſt vvahrzuſagen, oder mit dem Teuffel, durch Cryſtallen, oder in andere Wege Geſpräch oder dergleichen Gemeinſchafft zu halten, und ſich von ihm beſchehener oder zukünfftiger Ding Bericht und Erforſchung zu erhohlen, mit dem Schvverdt zum Leben ſollen gericht oder geſtrafft vverden.* Idem ſtatutum in *Gothana ordinat.* prouincial. *P. II. c. IV. tit. 2. p. 230.*

*) Illos

cum bonis ſpiritibus commercium ſibi eſſe crediderunt, poena arbitraria puniendos eſſe dicendum eſt. *)

*) Illos coniuratores ſpirituum, qui cum daemonibus expreſſas pactiones inierunt, deo renunciarunt, ſeque daemonibus deuouerunt, merito viui comburio afficiendos eſſe ex eo patet: quod tam iuxta *conſtitutionem Electoralem l. II. tit. XIII.* quam iuxta *conſtitutionem Carolinam art. CIX.* ſecundum eius allatam interpretationem, omnes qui expreſſa pacta cum diabolo fecerunt, etiamſi nemini nocuerint, concremandi ſint; quo caſu etiam quamplures alias ordinationes prouinciales Germaniae conuenire *§. praecedenti* dictum eſt. Sed in Anglia eiusmodi magi & coniuratores ſpirituum mitius puniri ſolent, vbi primo Eliſabethae tempore conſtitut. anni regiminis eius *V. c. XVI.* vt refert Io. COWELLVS *Inſtit. iur. Anglic. l. IV. tit. XVIII. §. 12. p. 319.* & SIMON von LEEVWEN *cenſura forenſ. l. V. c. XV. n. 12. p. 746.* *Cadadaemonum coniuratio, faſcinatio, incantatio, qua quis interficitur, vel etiam qualiscunque poſt primum conuictionem, qua corpus hominis lanquidum aut tabidum redditur, hactenus feloniae nomine notata fuit, & morte puniebatur. Sed hodie qui inuocatione vel coniuratione cuiusdam cacodaemonis vtitur, qui cum ſpiritu aliquo malo conſilium capit, aut quicquam paciſcitur, vel etiam ſpiritum aliquem malum commercio excipit, mandato onerat, paciſcit, praemioue remunerat ad finem quemcunque qui cadauer humanum ſepulchro ſuo vel dormitorio quocunque effodit. pellem, os, aut aliam aliquam partem hominis mortui veneficio, faſcino, praecantationi, incantationi applicandam eruit: Denique qui genus aliquod veneficii, faſcini, praecantationis, incantationis exercet, vnde mors cuiusquam, deſtructio, languor corporalis, conſumptio, tabes aut clauditas ſubſequetur: ipſe cum auxiliatoribus, incitatoribus conſiliariisue ſuis, ſine omni clericatus beneficio, feloniae reatu perſtringitur. Et praeterea ad perpetuam tam atrocis blaſphemiae extirpationem prouiſum eſt, vt quisquis in ſe ſuſcipit*

per veneficium, incantationem, praecantationem aut fascinationem dicere vel declarare, quo loco thesaurus aliquis auri vel argenti inueniri possit, aut reconditus iacet; aliquem ad amorem illicitum prouocare; bona cuiusquam destruere vel diminuere; denique corpus cuiusquam perdere vel laedere: licet intentionem ad effectum non perduxerit: vnius anni carcerationem sine omni fauore sustineat: atque interim tempore quolibet trimestri semel in piploriam per sex horas in publico foro subactus delictum suum aperte confiteatur. Semel autem conuictus, si iterum hoc tentarit, omni spe veniae sublata, morti addicatur. Illi vero coniuratores, qui sine pacto expresso inito cum Diabolo, nec abnegatione Dei facta scientes tamen & prudentes malos daemones coniurauerunt, cumque iis familiare commercium inierunt, eoque ipso tacitum pactum cum daemonibus fecerunt, poena gladii afficiendi sunt, tam iuxta *constit. Saxonico-Electoralem c. l. §. 3.* vbi illis qui sine pacto expresso cum daemone facto, colloquia & familiaritatem habuerunt, poena gladii dictatur: quam iuxta *constitutionem Carolinam dict. art. CIX.* vbi quidem illi, qui sine noxia artes magicas exercent, arbitrarie puniendi iubentur; sed hanc poenam arbitrariam eo casu, si ab illis mali daemones coniurati euocatique ad poenam capitalem extendendam esse communiter asserunt; conf. IOH. CHRIST. FROELICH de FROELICHSBVRG *comment. der Hals-Gerichts-Ordnung.* sicut & eo casu leges ex iure ciuili conueniant. Quod bene obseruauit GOLDAST. *von Confiscation der Zauber-Güther, p. XLVII. p. 119. Denn erstlich die mit den ungläubigen Pythagorischen heydnischen Philosophen, arcana sacrificia, oder heimliche Opffer den daemonibus oder Geistern thun, um heiml. Dinge von ihnen zu erfahren, die werden, vermöge der Keyserl. Rechten mit dem Schwerdt vom Leben zum Todte gerichtet:* Vbi ea de causa varias leges ex iure Romano, pariter & iure Germanico adducit. Sicut & CARPZOVIVS *P. I. qu. L. n. n. 41.* hanc poenam iustissimam in eiusmodi spirituum euocatores, quos ille ariolos vocat, esse pronunciat: *apparet hinc*, inquit, *iustissime poenam gladii in ariolas fuisse statutam*

tutam a D. Augusto Electore, quam vel sola conuersatio & colloquium cum daemone familiare habitum meretur. IDEMque *n. 41.* refert eandem poenam scabinos Lipsienses anno 1586. dictasse cuidam, qui spiritum quendam malum euocauit, eumque ad se sistendum, ipsique ad reuelandum thesaurum quendam occultum trina vice vi imperii supremi principis tenebrarum Beelzebub coniurauit; cumque spiritu euocato colloquium instituit: *hat H. K. bekannt, dass er etlichen Leuten zugesagt, durch seine Kunst verlohrne Dinge, wieder zu verschaffen, und dass er ohne Gefähr vor 3. Iahren einen Geist, mit Nahmen Sibylle, uff einen Freytag Abend, dreymahl nach einander geladen, welcher auch jedesmahl als ein klein Kind in menschlicher Gestalt in weiss-grauen langen Kleidern, mit einen seltzamen wunderbarlichen Angesichte, und krummen langen Nasen, uff dem Haupt lange dörre Sträuche, in Gestalt einer Krohne habend, erschienen, und er aber in den ersten zweyenmahlen nichts erfragen können, wie er ihn aber zum dritten mahl geladen, und bey dem Gehorsam, damit er dem Obersten der Teuffel Beelzebub verwandt, beschwohren, sey er erschienen, und als er ihn willkommen heissen, auch nochmahls beschwohren in vorangezeigten Nahmen, dass er ihm anzeigen solte, an welchen Orth im Hause der verborgene Schatz vorhanden, und womit er denselben bekommen könte, hätte ihm darauf der erschienene Geist Sibylle in kleiner subtiler Stimme vermeldet: Er solte nehmen geweyhet Wachs, dasselbe mit Myrrhen und Weyrauch vermischen, daraus ein Licht machen, solches anzünden, und einer kleinen unbefleckten Dirne in die Hand geben, dass sie damit im Hause herum gienge, an welchen Orth dasselbe Licht auslöschen würde, daselbst wäre das Geld und der verborgene Schatz vorhanden. Wie er solches von dem Geist Sibyllen gehöret, hätte er ihn gebethen, dass er in dem Friede, darinnen er gekommen, wieder von ihm scheiden solte, wie denn geschehen, und er darauf die Kunst gebrauchet, und einen Thaler wehrt dafür empfangen, mehr hätte er nicht gethan. Er hätte aber ein Glas zu Amsterdam, das hiesse das Violen. Glas, wenn er das hätte, wolte er darein*

vvohl alle Böse laden &c. Da nun der Gefangene uff solchem seinem gethanen Bekänntniss vor Gerichte freyvvillig verharren, oder des sonst, vvie recht übervviesen vvürde; So möchte er von vvegen solcher begangenen und bekandten Misshandlung mit dem Schvverdt vom Leben zum Todte gestrafft vverden. Eandem poenam scil. capitalem in eiusmodi coniuratores malorum spirituum, etiamsi euocati spiritus non aduenerint, neque responderint, quia non est conatus simplex, sed a parte operantis scelus gestum ac perfectum approbat IO. BODINVS *daemonom. l. IV. c. V. p. 681. Quid autem fiet illis, qui malignos spiritus inuocarunt, eisque pelliciendis, suos ritus mysticos obseruarunt, licet non aduenerit satanas, (quanquam semper aduenit) neque responderit? linitatur enim scorta collidissima quae rogari expetunt. Horum profecto tentamentum non solum est, sed detestabile sortilegium, idque perfectum atque absolutum. Hic est igitur poenae capitali locus, neque in hac causa aequum fuerit de poenis mirari, quae in conatus initos ac non effectos constitutae sunt: non enim conatus simplex, sed gestum scelus, atque perfectum dicendum est, cum inuocatus fuerit & oratus satanas, quod leuissima Dei renunciatione coniunctum est.* Sed IDEM *c. l. p. 683.* Recte distinguit inter eos, qui scientes prudentesque malignos daemones coniurauerint & eos, qui ignorantes eiusmodi spiritus e numero malignorum esse, eosdem euocauerit; illos poena mortis, hos vero extraordinaria, veluti pecuniaria, inprimis si evocatus spiritus non aduenerit, mulctandos esse statuit: *Si qui autem deo non renunciauerint, sed characteres, circulos, & inuocationes vsurpauerint prout in libris vetitis scriptos, inuenerunt, nec familiaris (vt vocant) spiritus aduenerit, personarum discrimen oportet obseruari, si imperitus fecerit, nesciens illos spiritus e numero diabolorum esse, huic honoraria & pecuniaria multa imperabitur: nam etsi voluntas effectu carens poenas non luit in Gallia, est tamen aliquis effectus in hac causa puta inuocatio. Sin autem literatus vir & iudicio valens vtatur inuocatione reus, est mortis, sciens enim prudens satanam inuocauit, vt vident omnes.* In poenis his exigendis distingui peritos

ritos ab imperitis ostendit ÆRODIVS *l. VIII. rer. iudicat. pandect. c. XVIII. p. 481.* Quod autem saepius nonnulli sine pacto expresso vel tacito coniurationem spirituum, quos crediderunt esse bonos, sine malitia seu dolo susceperint *c. VII. §. XII. not. 2. p. 390. seqq.* demonstratum est; *Idem* tamen BODINVS subiicit, istos quoque coniuratores, qui nesciunt se rem cum malis spiritibus habere, si in contumacia sua perseuerent, morti condemnandos esse censet, suamque sententiam decreto curiae Pariensis probat: *Quod si vir in multam honorariam damnatus maleficii istius nomine recuset contumaciter iudicatum facere, hunc morti adiudicari necesse est, quemadmodum ex decreto curiae die 17. April. MDXIX. Iohanne Bergnino factum est, qui honorariam multam haereseos nomine recusans subire, damnatus est ad ignem viuus, & statim iudicium effectum.* Qua de causa *Facultas Lipsiensis* hoc discrimen sine dubio obseruauit in casu illo ferali pariter ac execrabili, qui Ienae nocte natalitia Christi MDCCXV. contigit, cum quidam studiosus nomine Weber cum duobus sociis rusticis actum coniurationis spirituum ad thesaurum quendam inueniendum susceperint: dum studioso, qui superstes mansit, reliquis duobus in ipso actu misere defunctis, saltem poenam relegationis perpetuae, praecedente exclusione Academica dictauerit: sine dubio idcirco, quia iste intentionem & animum habuerit, non malos daemones coniurandi euocandique, sed eiusmodi spiritus, quos beneficos esse credidit, vt saltem exconstante eins professione & externis circumstantiisdiiudicare licet: operae pretium erit ob singularitatem casus, nonnulla quae ad thesin nostram illustrandam faciunt ex responso *Facultatis Theologicae, Iuridicae* atque *Medicae Lipsiensis mens. April. MDCCXVI.* excerpere. *Haben Hans Friedr. Gessner von Döbritzsch, Hans Zenner von Ammerbach, und ein Stud. Medic. Iohann Gotthardt Weber zu Iena sich unter einander beredet in Georg Heuchlers Weinbergs-Häuslein Geister zu beschvvehren, eine Probe, um einen Schatz daselbst zu heben, zu machen, auch Hecke-Thaler zu erlangen, dessvvegen sie mit einander vergangenen*

nen Christ-Abend des jüngst-abgevvichenen 1715ten Iahrs aus Ammerbach gegen 9. Vhr in gedachtes Häuslein sich verfüget, und um 10. Vhr den Actum coniurationis derer Geister vorgenommen, da denn Gesner einen Kreiss oben an der Deck des Stübchens gemacht, vvorauf er bey seiner dreyfachen Beschvvehrung die Worte: Tetragrammaton, Adonai, Agla, Jehova und andere gebraucht, um dadurch aus dem Reiche der Sonnen den Och, als vermeinten Principem der Engel beschvveren vvollen, dass er ihnen auf ihr Verlangen den ihm untergebenen Geist Nathanael in sichtbahrer und menschlicher Gestalt stellen möchte; Weber aber berührte Coniuration zvveymahl verrichtet, und sind von ihnen vor dem Actu coniurationis Kohlen, um sich dabey zu vvärmen, angezündet: Hingegen ist vveder Heuchler noch die Nitzschkin bey angeregter Beschvverung gevvesen. Ob nun vvohl, da Gessner und Zenner bey diesen bösen und unverantvvortlichen Vnternehmen verstorben, dass derselbigen Todt von einer Caussa supernaturali herkähme, nicht alsobald behauptet vverden kan: Zumahlen vvo caussae naturales sich eussern, gestalt aus der Erfahrung genugsam bekaunt, dass die exhalationes einiger nicht recht ausgebranten Kohlen öffters geschvvinde, hefftige auch tödtliche Zufälle bey Menschen zu verursachen pflegen &c.

Dennoch aber und dievveil die in der Schachtel befindliche Dinge mehrentheils pro rebus superstitiosis und magicis zu halten, auch der Studiosus Weber, bey welchen sie angetroffen vvorden, solches selber gestehet, und den Actum coniurationis die 3. Complices auf eine Zäuberische und unverantvvortliche Arth vorgenommen; daher nicht zu zvveiffeln, dass GOtt der Allmächtige eine Straff-Hand über dieselbige ergehen, und durch natürliche Mittel die beyden Bauren Gessnern und Zennern plötzlich verstorben, und Webern so gar elend vverden lassen, dessvvegen die beyden ersten billig unter den Galgen begraben, und im übrigen GOttes Gerichte überlassen vverden: Hingegen Weber mit denen beyden Complicibus durch Antrieb des bösen Feindes Geister beschvvehren, hierdurch Schätze heben, und Heck-Thaler sich verschaffen vvollen, vvorzu sie denn abergläubische Bücher, als Clauiculam Salomonis filii David und

Faustens

Faustens Hölleuzvvang gebrauchet, auch daraus Weber zur Coniuration der Geister, Innhalts seiner Aussage ad art. inquis. 167. fol. 126. die Worte Tetragrammaton, Adonai, Iehova genommen, und also den Hochheiligen Nahmen GOttes unnützlich geführet, das heilige Vater Unser, bey diesem höchst-verbothenen Actu coniurationis, indem sie es laut beym Niedersitzen im Weinbergs-Häusgen gebethet, missgebrauchet, und die zum Schatzheben vorgenommene magische Mittel, vvodurch sie den Teuffel vertreiben vvollen, vvieder GOttes Wort streiten, &c. Nechstdem Georg Heuchler fol. 185. dass ihm Weber das Scriptum magicum gezeiget, so vvohl fol. 186. b. dass er von Webern gehöret, vvie die drey Complices zu Ammerbach beysammen gevvesen, und beschlossen hätten in seinem Weinbergs-Häusgen etvvas zu probiren, auch er solches in seinem Hause zu Iena in einen absonderlichen Stübchen zulassen vvollen. Ingleichen fol. 187. dass er die vier ledern Beutelchen verfertiget, und ad art. 65. inquis. da er Gessnern Kohlen hinaus in den Weinberg am Heil. Christ-Abend Nachmittage mitgegeben, bekennet, ingleichen, dass er um den Actum coniurationis gevvust, und Anschläge darzu gegeben, aus der Confrontation Vol. 1. fol. 184. seqq. Da ihm Weber umständlich solches unter die Augen gesagt, erscheinet, folglich er ebenfalls an GOtt gröblich sich versündiget; Hingegen Weber, Inhalts der Confrontation Vol. 1. fol. 170. meldet, dass die Nitzschin zvvar von denen vorgesetzten Sachen habe gevvust, iedoch gesagt hätte, sie wolte ihnen darzu gratuliret haben, aber sie verlangte davon, vvie sie es machen vvolten, nichts zu vvissen, sondern vvünschte nur, dass es glücklich möchte ablauffen. So ist Ioh. Gotthart Weber und Georg Heuchler, vvenn sie vorhero durch Auslegung des andern Gebothes im Decalogo von denen Geistlichen gründlich informiret, und zur Erkänntnis ihrer schvvehren Sünde und ernstlichen Bereuung derselben gebracht vvorden, und zvvar der erste, nach vorhergehender Academischen Exclusion, evvig, der andere hingegen auf 10. Iahr lang des Landes zu vervveisen. Wieder Annen Margrethen Nietzschkin aber, mag in Ermangelung mehrern Verdachts, vveiter nichts vorgenommen vverden.

Concludimus hic cum notabili & grauissima dehortatione, quam habet EQVIN. BARO de *nobilit. c. IX.* in *fin. Igitur*, inquit, *studiosa nobilium artium nobilis iuuentus, Memphitica arcana, Thessalica pharmaca, Chaldaica murmura, Zamolxis Zoroastrisque praecepta, omnes denique infernas artes & daemoniacas adiurationes, Pyriphlegetenti committe, & quod Christianum decet studiorum genus tibi delige. Quod ut facias, te oro, in nomine Domini nostri IESV CHRISTI, qui enim potestatem daemonum hic experiri cupiunt, reos apud mortales peractos, Alastores apud Rhadamantum, Ditemque infernum deferendos manent.*

FINIS.

INDEX

INDEX
RERUM ET VERBORUM.
PRIOR NUMERUS CAPUT, ALTER PARAGRAPH. TERTIUS PAGINAM DESIGNAT.

A.

PEtri de *Abano* spirituum diuisio VII. 5. 298. vid. *Aponus.*
Abammon, vid. *Iamblichus.*
Abstinentia in coniuratione requiritur VII. 4. 283. & 284
iam olim ab operatoribus obseruata. ibid. 293
differentia Pythagoricorum & Christianorum ibid
ab esu carnis & rebus venereis & cur requiratur VI. 16. 209. & VII. 4. 294.
vid. Castimonia *Ieiunium.*
Accusatio in crimine sortilegii quomodo fiat. VIII. 4. 420.
ab ea quomodo differat denunciatio. ibid. 422.
de ea ingenere, & in specie contra sagas. 423
sine ea nemo iure ciuili condemnandus. 5. 426
in accusatorio processu, quando ad capturam procedendum. 8 454
Accusatores etiam inhabiles in processu contra sagas nonnulli admittunt. VIII. 454
Adelrunae quid. IX. 5. 498
Adiuratio dicitur coniuratio VII. 3. 275
quid sit & quomodo diuidatur. ibid.
eius requisita & exempla. ibid. vid, *coniuratio*, *exorcismus.*
Ædesia Theurga VI. 11. 126
Ædesius Iuliani Praeceptor VI. 11. 124
cum Diis commercium habuisse dicitur VII. 1. 270
Ægyptii duo principia coluerunt VI. 2. 89
Philosophi Graecis antiquiores VI. 8. 103.
multa mysteria in hieroglyphicis occultarunt. ibid.
quo nomine Theurgos insigniverint. ibid.
ab iis doctrinam hieroglyphicorum accepit Orpheus. ibid. 107
ab iis Graeci Theurgiam acceperunt. 9. 109.
modum occultandi doctrinas acceperunt Iudaei. VI. 12. 129
ritus Iudaeorum petiti. ibid.
ritus mysteriorum petiti. 16. 178
Dogmata de descensu animae. 16. 195
de ascensu animae. 200
de animae unione cum Deo 17. 226
de Diis quatuor praestitibus. VII. 1. 254.

de Decanis in arte Genethlialogica 2. 273
Diuisio spirituum 5. 300
inter eos & Chaldaeos de coactione spirituum dissensus 6. 317
characteres magici. 7. 328.
herbis magicis vsi 8. 343
amuletis vsi 355
Astrologiam excoluerunt 9 364
sacerdotes Deorum videndorum vias & rationes docuerunt 10. 366
quomodo se praeparauerint ad euocationes spirituum. 367.
quomodo magos puniuerint IX. 3. 481
reges Θεοπτασίαις operam dederunt VI. 14. 155
Theurgiae origo apud eos VI. 14. 159
Ægyptus superstitionum mater VI. 14. 178
Æschylus ob sacra Elensinia euulgata accusatus VI. 16. 185
H. C. *Agrippa* quis fuerit & quando uixerit VI. 13. 145
eius libri vnde desumti 16
an autor libri IV. de Philosophia occulta ibid.
an fuerit magus 146
Cabbalae multo peritus 14. 153
eius error de anima 16. 193
spiritus familiaris tribuitur VII. 270
eius sententia de vinculis spirituum 6. 311
nominibus magnam vim habuit 7. 325
periculum coniurationis fatetur 11. 377
Α'ιθέριον corpus quid? VI. 16. 198
Albertus M. Theurgiae valde fauet VI, 13. 141
Albingenses VI. 2. 93
manichaeismo addicti 94
ex Alchymia multa de nouo produxerunt. Fr. de R. C. 13. 151
Alchymistae spiritum mundi ex metallis secernere student I. 1, 1
Alcibiades sacrorum euulgationis accusatus VI. 16. 186
Alcinous Theurgiae incrementa dedit VI. 10. 116
sententia de anima mundi 15. 164
Aldeberti haeresis in Germania damnata IX. 5. 500
Alexander seuerus Imper. amuleta prohibuit VI. 8. 358
magos puniuit IX. 3. 486
Alexander III. P. quomodo puniuerit magos IX. 6. 404. 405
Almadel ars VI. 14. 153
Alrunae nomen vnde VI. 1. 267
Americanorum nonnulli credunt duo principia VI. 2. 94
Amilius an Porphyrii Praeceptor VI. 10. 118
Ammonius Theurgiae incrementa dedit VI. 10. 116.
Praeceptor Plotini 117
Amuletorum synomina VI. 8. 355
origo vnde. ibid.
quid sint, & ex quibus constent. 3. 56
diuiduntur in naturalia & superstitiosa ibid.
superstitiosa quid? 357
vsus ab Impp. gentilibus & Christianis nec non Iure can. damnatus 358
vsurpatores, qua poena hodie afficiendi ibid.
Angeli quod dentur I. 4. 5.
de illorum natura nostra sententia 6
bonis virtus miracula faciendi non competit II. 7. 18
potentia malos praestant III. 1. 31
sub nomine Dei an apparuerint 2. 37
mediantibus acquiritur magia diuina ibid. & 38
apparitiones fiunt quatrupliciter ib. vid. *Apparitio.*
commercia cum hominibus & apparitiones an hodie dentur 3. 42

com-

commercia & apparitiones cur non expetenda 44. & VIII. 11. 375
non creditur, si quid contra sacram scripturam protulerint V. 1. 80
nomina se obseruaturos iurare debebant Essenorum proselyti VI. 1. 87
nomina nonnulla Iudaei ex Babylonica captiuitate reportarunt 12.130
nomina quae a Pontifice damnata IX. 5. 500
in eos imperium esse cabbalistae tradunt 131. quod refutatur VII. 6. 320.
tripartitum ordinem tradunt mystici VI. 13. 140. 15. 167.
bonorum commercium sibi esse credidit. Io. Dee. 149
tutelares populis praefectos credunt quidam Patres VII. 1. 253
tutelares cuique homini tribuunt 257
quae doctrina ex gentilium dogmatibus recepta refutatur 258
bonus an fuerit genius Socratis 262
boni nullam familiaritem cum infidelibus ineunt. 262
boni non subsunt in coniuratione 4. 293
ordines quot? 5. 296
a bonis daemones discernere arduum 308
erga bonos hominum officia quæ? 309
vinculis magicis cogi posse absurdum 6. 315
quemlibet suo nomine inuocandum volunt 7. 324
tria nomina reuelata in S. Scriptura 335
bonis non conueniunt effectus qui ex apparitione promittuntur 10. 372
bonos nonnunquam mendaces profitentur cabbalistae 11. 382
nec cultu duliae afficiendi 391. vid. *genius*, *spiritus*.
eorum cultus. vid. *cultus*.
apparitiones. vid. *Apparitio*.
Angelica ars VI. 14. 153
Angelicas conuersationes magnifacit Henr. Cunradus & Valentinus VVeigelius VI. 13. 143
Angelici sunt haeretici VI. 1. 58. VIII. 1. 398
Anima quid sit? I. 5. 7. vid. *mens*.
eius existentia ibid.
duae sunt facultates ibid.
an a mente sit diuersa pars essentialis in homine ibid.
duae partes iuxta Porphyrium VI. 10. 118
de earum conditionibus dogmata cabbalistica 12. 132
vnio cum diis quomodo acquiratur? 14. 156. 16. 152. vid. *Vnio*.
eius variae partes iuxta sententiam Theurgorum 16. 191
particula essentiae diuinae dicitur 16. 191
eius descensus 194. vid *descensus*.
currus, alae, auriga, equi &c. ex mente Platonicorum 195
eius reuolutiones ibid.
duces seu daemones 196
de eius curru seu vehiculo 197
de eius duplici corpore 198
de eius vestibus & vehiculo 199
eius ascensus, vid. *ascensus*.
purgatio 203. vid. *purgatio*.
solutio vid. *solutio*.
eius unionem cum Deo statuunt Theurgi 17. 227
perfecta potentia cur rarissime acquiratur 236
eius & corporis munditiam in coniuratore requirunt VII. 4. 283. 284

Animae particulares vel a corpore separatae quartam classem spirituum constituunt ex mente Theurgorum VI. 15. 166
earum euocatio VI. 14. 155 vid. ψυχομαντεία.
Animalia ad vaticinia vel spirituum attractum valere dicuntur, VII. 8. 341. quod refutatur 348
Annulorum vis in magicis 8. 345. quod refutatur 351
Antonini Impp. puniuerunt magos IX. 3. 486
Apollonius Thyanaeus quando vixerit VI. 10. 115
fuit Theurgus ibid. an magus ibid.
eius miracula conficta II. 8. 24. & VI. 10 116
cur non admissus ad sacra Eleusinia? 26. 184
eius genius VII. 1. 258
commercium cum spiritibus habuisse dicitur 263
vincula magica vnde acceperit. 6 312
annuli magici 8. 345
Petrus *Aponus* quis fuerit & quando vixerit VI. 13. 142
libros quos scripserit ibid.
an fuerit magus ib.
incrementum eruditionis a spiritibus accessisse dicitur III. 1. 32
characteres magici tribuuntur VII. 7 327. vid. de *Abano*
Apparitiones angelorum fiunt mandato Dei III. 2. 38.
Quotuplices ibid.
an hodie fiant. 3. 42
Deorum magno spirituum numero fieri credunt Theurgi VI. 16. 210 & 223
angelorum nonnullae referuntur VI. 1. 270
forma spirituum qualis? 5. 297. & 299
an expetendae 304
spirituum non tam bonorum quam malorum sunt 6 315
spirituum multiuariae referuntur 10 364
effectus 365
Deorum apud gentiles 365. 366
duplicis generis Theurgi statuunt 367
variae formae 368. & 370.
spirituum in coniuratione est malignorum 372
angelorum an hodie detur? ibid.
Appio Grammaticus cur Homeri animam euocauerit VII. 1. 271
L. *Apuleius* Afer fuerit ne Theurgus? VI. 10. 116
an magus? ibid.
teletas expertus ibid. & VI. 14. 181
per *Aquam* frigidam probationis ritus contra sagas VIII. 10. 472
reiicitur VIII. 10. 466. & 473.
Arabes Theurgiae studuerunt VI. 12. 129
vsi fuerunt Talismanibus VI. 8. 355.
vid. *Sabaei.*
Arcananes ob templi ingressionem puniti VI. 16. 186
Archelaus VI. ib. 186
Arimanium principium malum Zoroastris vocatur VI. 2. 89. item Persarum 15. 161
Io. *Arndius* an fuerit Rosae crucius? VI. 13. 152
Ars Almadel, Notoria, Paulina &c. VI. 14. 153
Ascensum animae tradunt mystici VI. 13. 140
in quo consistat iuxta Theurgos 16. 200
quot gradus sint? 203
per quatuor virtutum gradus 205
Asclepigenia Theurga VI. 11. 125
Assyriorum magi VI. 12. 120

Astris

INDEX.

Astris spiritus inesse tradunt VI. 5 297
vid. *sydera.*
eorum cultus, vid. *cultus.*
Astrologia est scientia vana V. 1. 81
est pars doctrinae Chaldaeorum VI. 6. 100
multa de nouo produxerunt fratres de Rosea cruce 13. 152
eius origines vnde? VII. 9. 364
contra eam qui scripserint ibid.
Astrologi Roma eiecti IX. 3. 484.
Astronomi fingunt figuras in coelo VII. 8. 350
Astronomica magia, vid. *magia*
Atheismus vna eademque methodo cum superstitione propagatus VI. 8. 109
Atheus an fuerit Iordanus Brunus? VI. 13. 148
an puniendi VII. 11. 388.
Auerrois sententia de characteribus VII. 7. 338
Α᾽υγοειδὴ quid? VI. 16. 199
Augustinus angelos videre optauit III. 3. 44
Theurgiae cognitionem habuit VI. 17. 246
Augustus genium habuisse dicitur VI. 1. 258
poenam statuit in magos IX. 3. 484
Augustus Elect. Saxon. qualem poenam definiuerit IX. 8. p.
Aurinia qualis mulier? VII 1. 267
Auctochyria quid & quotuplex? VI. 16. 204
an appetenda 205
αὐτοψία & αὐτοπτες quid? VII. 10. 367
Azazel quid? VI. 2. 91

B.

Bacchus vnde dicatur? VI. 16. 173
eius sacra introduxit Orpheus 177
Baelius manichaeismi suspectus habetur VI. 2. 93
Baptismus vocabulis ex gentilium sacris petitis insignitus VI. 16. 188
in eo exorcismus receptus quando? VII. 3. 276.
Hermolaus *Barbarus* cur daemonem euocauerit VII. 1. 271
Basilidianae gemmae vis in magicis VII. 8. 345
Beckeri sententia de spiritibus refutata III. 1. 32
Bellemontius quis fuerit? VI. 13. 147
an fuerit magus? ibid.
Ioh. *Belot* quis fuerit & quid docuerit? VI. 13. 151.
fuit Theosophus ibid.
Bileamus non fuit magus sed propheta II. 8. 25
an artem euocandi Deos sciuerit? VII. 1. 252
Bodini genius VII. 1. 264
Ioh. *Boehmius* fuit mysticus VI. 13. 140
Boethius pro mago habitus V. 1. 84.
Francisc. Ioseph. *Borri* quis fuerit? VI. 13. 151
libros quos ediderit? ibid.
fuit Theosophus ibid.
Iordanus *Brunus* quis fuerit? VI. 13. 148
quid docuerit? ibid.
libros quos ediderit? ibid.
mors ibid. Atheus an fuerit? ibid.
Antonia *Burignonia* fuit mystica VI. 13. 140

C.

Cabbala Theurgiae fons VI. 12. 127
eius origo ibid. & 129
a Mose recepta 130
Theosophica vel Pneumatica quando corrupta? 131
est duplex 132. & 133

eius

eius abusus ibid.
quatenus admittenda? 134
ex ea multa desumserunt mystici 13. 135
Cabbalistae miracula confinxerunt de R. Schimeo Ioachide II. 8. 25
sententia de spiritibus intermediis VI. 15. 171
de animae partibus 16 191
quod sit particula essentiae diuinae 93
de vestibus & vehiculo animae 202
de animae purgatione 214
de sacrificiis angelis & daemonibus tribuendis 225
de unione cum Deo 17. 231
de animae perfectione 237
diuisio spirituum VII. 5. 298
de discretione spirituum bonorum & malorum 308
de precum vi 7. 322
magnam vim nominibus angelorum tribuunt 325
characteribus 328
suffumigationibus 8. 347
influxui syderum 9. 361
angelos bonos nonnunquam mendaces profitentur 11. 382
Caeremoniae vid. *teletae.*
Campanellae genius VII. 1. 265.
an pactum cum Diabolo habuerit? ib.
Canonicum ius qualem poenam statuerit magis? IX. 6. 502
Ad *Capturam* an indicium Fama sufficiat? VIII. 7. 442
an in criminibus exceptis facilius deueniendum 455
in crimine coniurationis quomodo deueniendum? 456
iudicis arbitrio relinquenda ib. & 457
qualia requirantur indicia? 8 484
Caracalla amuleta prohibuit VII. 8. 358
manes patris euocauit IX. 1. 486
magos puniuit ibid.
Carcerato pro magiae crimine an defensio concedenda? VIII. 8. 458
Facii *Cardani* genius VII. 1. 263
ipsi spiritus apparuisse dicuntur 264
Hieronymi *Cardani* mens de daemonibus III. 1. 31
Theurgiae valde deditus VI. 13. 141
Carmina certa sunt res superstitiosae IV. 3. 52
qualis eorum effectus ibid.
deorum euocationis VII. 1. 252
aurei vulgo Pythagorici quis autor VI. 9. 111
quid contineat ibid.
eius Commentatores? 112
Carolus M. qualem poenam statuerit magis IX. 5. 499
Carolus V. qualem processum praescripserit in ordinat. crim. VIII. 5. 435
qualem poenam in magos statuerit IX. 7. p. seqq.
Casaubonus notatur. VI. 14. 158
Castimoniam in coniuratore requirunt VII. 4. 285
quid & eius requisita? 288
in ecclesiam a gentilibus irrepsit 289
obseruabant Essaei ibid. & 290. eius refutatio 293
Castitas quatenus laudanda VII. 4 291
vid. *Castimonia.*
Catechetae vnde dicti? VII. 3. 276
Catechumenorum exorcismus, vid. *exorcismus.*
Cereris teletae VI. 16. 173
eius sacra 174
sacra nocturna apud Rom. licita 175
an vna cum Iside sint? 178
Cerinthi haeresis vnde conflata? VI. 1. 88
cultum angelorum docuit ibid.
Cerinthiaci spiritus colunt VII. 5. 303

Chalcidius Theurgiae incrementa dedit VI. 10. 116
Chaldaeus apud Iulianum quis VI. 16. 206
A *Chaldais* magia originem trahit II. 1. 10
ab iis origo Theurgiae petenda VI. 6. 98
eorum ſacerdotes quid tractauerint ib.
magicarum artium apud eos inuentor Zoroaſter 99 & 100
ex eorum doctrina aucta fuit cabbala 11. 127
magia naturalis 14. 158
cultus ſpirituum ibid.
dogmata de daemonibus 15. 168
de animae partibus 16. 190
de deſcenſu animae 194
de Aſcenſu animae 200
de ſolutione animae 205
de vnione animae cum Deo 17. 217
de dignificatione coniuratorum VII. 4. 287
diuiſio ſpirituum 5. 300
vincula magica in coniurandis ſpiritibus 6. 311
inter eos & Ægyptios, de iſtis vinculis diſſenſus 317
characteribus magicis effectum tribuunt in ciendis ſpiritibus 7. 328 & 329
magicis herbis uſi 8. 343
Taliſmanibus uſi 355
ſiderum influxum docuerunt 9. 360
Aſtrologiam exercuerunt 364
apparitionem deorum & ſpirituum tradiderunt 10. 366
Deos ſub ſpecie ignis apparere 368
Characteres pertinent ad res ſuperſtitioſas IV. 3. 52
de iis agit Paracelſus VI. 13. 146
adhibentur in coniurandis ſpiritibus VII. 7. 327
quid ſint, eorumque origo? ibid.
quales effectus ipſis tribuuntur 328
nulla ipſis ineſt vis 334
eorum vſus reprobatus 337. & 38
Chicus Aſculus fuit Theoſophus VI. 13. 143.
eius liber quid contineat? ibid.
Chriſti miracula qualia? II. 8. 28
ab Ethnicis magiae ſuſpectus habitus III. 2. 41
Chriſtiana religione creſcente, cur creuerit Theurgia VI. 11. 126
quid paganos ab ea auertit 16 188
Chriſtianorum ritus ſacri nonnulli ex gentiliſmo veniunt VI. 16. 188
a *Chriſtianis* Impp. qualis magiae poena ſtatuta IX. 4. 488. ſeqq.
Chryſanthius vid. *Cryſanthius.*
Cibis cur quidam abſtinent VI. 4. 291 vid. *abſtinentia.*
Circulus magicus quid ſit? VII. 7. 328
eius compoſitio & virtus qualis? ibid. & 329
Clementis haereſis in Germania damnata IX. 5. 500
Clericorum exemtio nouo teſtamento prohibita VIII. 2. 402
quando introducta ibid. 403
in delictis apud proteſtantes quis cognoſcat 407
circa eum & laicum in poena magiae criminis diſtinguunt canoniſtae IX. 6. 502. ſeqq.
ſortilegi quomodo puniantur IX. 6. 506. 507
Ad *condemnationem* non ſufficiunt indicia VIII. 6. 438. 10. 466. ſeqq.
an faciat nominatio correi 443
quid requiratur VIII. 10. 468
ex *Coeleſti* mundo ſumitur vinculum coiurandi ſpiritus VI. 6. 310. & 9. 358
qualem vim tribuunt 359

quod refutatur 362. & 364
Confessio extraiudicialis an faciat ad torturam VIII. 9 463
propria requiritur ad condemnationem 10. 466. 468. seqq.
eius requisita 469
in magiae crimine quomodo esse debeat 469
in tormentis facta quid operetur 470
Coniuratio spirituum est operatio Theurgiae VII. 1. 249
huic quid causam dederit 250
eius synonima 3. 270
cur ita dicatur 274
quid sit? ibid.
eius subiectum quis? 4. 287
non boni sed mali angeli sunt in ea 293
saepe mali spiritus occurrunt 5. 302
cur ab ea abstinendum ibid. & 309
eius finis est Epiphania 10. 364
cur reiicienda? 11. 375
periculo plenissima 376. & 379
nunquam bonum exitum habuit 380
vana & inanis 381
an sit crimen? 386 vid. *crimen.*
cur puniri queat 388
quale sit crimen? 385. & 389
an crimini magiae annumeranda? 390
ad idololatriam magicam pertinet 391. 392. vid. *euocatio*, *conciliatio.*
poena vid poena.
Coniuratorum significatio & praeparatio ad conciliandos spiritus VII. 4. 291
spiritus quomodo diuidant 5. 294
spiritus colendos esse statuunt 296
malos inuocant 305. seqq.
nomen & verbum Dei profanant 7. 333
fatentur malos daemones praecurrere 10. 372. seqq.
argumenta eorum refutata 11. 382
quales reprobauerint gentiles IX. 3 480. seq.
Consensus quomodo declaratur IV. 6. 65
Consistoriorum qualis apud protestantes conditio VIII. 2. 405
eorum vsus 407
Consulendi curiositas prohibita IX. 4. 490
Consultatores de principe & statu reip. puniti, quomodo IX. 3. 487
Constantinus M. criminis sui expiationem petiit VI. 16. 185
quam poenam Magis statuerit IX. 4. 488
Constantius Imp. amuleta prohibuit VII. 8. 158
quomodo magos puniuerit IX. 4. 489 seqq.
Creatoris habitu indutus Hierophanta VI. 14. 481
Crimen ingenere quid sit? VII. 11. 385
eorum diuisio in Diuina & humana 386
lesae maiestatis diuinae est coniuratio 389
coniurationis semper haereticale VIII 2. 394
ratione fori quomodo diuidatur ibid.
coniurationis spirituum an ad iudicem ecclesiasticum spectet 398
est iudicii secularis 401
in eo qualis processus locum habere debeat 3. 412
distinctio in excepta & non excepta reiicitur ibid.
in quo sensu sint extraordinaria 416
in crimine haereseos & sortilegii accusatores etiam inhabiles admittunt 4. 424
ad condemnationem an sufficiant praesumtiones VIII. 10. 467
conuictio quomodo fiat 471
quales admittuntur testes 472

Ioh.

Ioh. a *Cruce* fuit mysticus VI. 13. 140
Crucis figurae intermiscentur in coniuratione VII. 7. 329
cur adhibeantur 339
vim fugandi daemones non habent ibid.
Ad *Cryptographiam* an possint referri facta Ioh. Dee. VI. 13. 149
Crysanthius fuit Theurgus & Iuliani Praeceptor VI. 11. 124
Cultus angelorum apud Iudaeos & Christianos nonnullos locum habuit VI. 1. 87
cum boni angeli auersantur VII. 5. 302
ab eo cur abstinendum ibid. & 304 vid. *inuocatio.*
astrorum, eius origo VI. 1. 86. vid. astra.
Dei in castimonia Theurgi affectant VII. 4. 289. & 292
daemonibus cur quidam tribuant 5. 309
daemonibus malis praestant coniuratores 11. 383
spirituum antiquissimus VI. 1. 85. & 86
cur iis tributus sit ibid.
quomodo creuit 89
Chaldaeorum 14. 158
Iudaeorum, Cerinthiacorum 303
cur etiam bonorum spirit. reiiciendus ibid.
Henr. *Cunradus* quis fuerit & quando vixerit VI. 13. 149
fuit Theosophus ibid.
angelicas loquelas magni aestimauit ibid.
adeptus an fuerit? ib.

D.

Daemones nec diuinare nec miracula facere possunt II. 7. 18. seqq.
quomodo operentur IV. 2. 246
non efficiunt res supernaturales sed vel mere naturales vel praestigias 3. 49. seqq.
vocis origo 4. 59
quomodo in hominibus agat ibid
nunquam benefacit 7. 71
eius operationes nonnulli negant ib. seqq.
ab ipso proficiscitur effectus rerum superstitiosarum 8. 75
iis mediantibus iuxta Platonem Deus cum homine communicat VI. 9. 113
iis coniungi volebant Arabes 12. 129
quomodo oculis sisti soleant 13. 144
de eorum officio sententia Theurgorum 15. 164. ad 468
sunt medium inter Deos & homines 15. 165. 170
malos an statuerit Plato? 170
duces animarum vitam eligentium 16. 190
in solutione animae eos concurrere putant Theurgi 16. 207
commercium cum iis finis Theurgiae 17. 226.
tutelares vrbium & regionum statuunt VII. 1. 251. vid. *Genius.*
malos plerumque pro bonis crediderunt gentiles 262
ipsis quatenus oracula tribuenda 267
cum iis qui commercium habuisse dicuntur 270. seqq.
in eos potestatem habet ecclesia 3. 275
eos exorcismis eiicere contendunt Pontificii 280
mali quid a cultore postulent 4. 293
occurrunt in coniuratione spirituum 294
eorum varia diuisio secundum Theurgos 295
de iis sententia Christianorum 308
fraudes eorum quomodo cauendae 309

eos cogi posse a magis nonnulli putant 6. 318. & 320
animalibus gaudent in sacrificiis 8. 341
nec non herbis 343
cur non nisi certis constellationibus adueniant 9. 364
malos praecurrere fatentur coniuratores 10. 372
malis cultum praestant coniuratores. uid. *Diabolus. Genius. Satanas.*
Damascius fuit Theurgus VI. 11. 125
Damcaribus an associandi fratres de Rosea Cruce VI. 13. 151
Danai filiarum sacra VI. 14. 178
Daniel artium Chaldaeorum peritus II. 8. 22
Decani quid & quot? VII. 273
Io. *Dee* quis fuerit & quando vixerit VI. 13. 148
Thesophiae deditus ib. 149
cum spiritibus commercium habuit, ibid.
sibi bonorum angelorum conuersationem esse credidit. ib
Defensio an concedenda incarcerato pro mag. crim. VIII. 8. 458
de *Deificatione* hominis agit Theol. mystic. VI. 13. 139
Deificationem statuunt Patres VI. 17. 232
a *Delicto* quomodo differat crimen VII. 11. 383
in *Delictis* quomodo procedendum? VIII. 3. 416
Delictorum indicia quot? VIII. 6. 437
Delictum vid. *Crimen.*
de *Demetrio* VI. 14. 181
Demetrius Mysta & Epopta simul factus VI. 16. 183
Democritus herbis mag. vsus VII. 8. 340
Demiurgia differt a Theurgia VI. 14. 16
a Theologia mystica non multum VI. 13. 141
quid sit? 17. 226
Demiurgus Platonis quis? VI. 16. 204
δημιουργὸς Iulian. VI. 15. 163
Denunciatio quando introducta VIII. 4. 422
ab accusatione quomodo differat ib.
quotuplex ibid.
ab inquisitione reuera non differt ibid.
Denunciatores quomodo vocentur VIII. 5. 426
iure ciuili locum accusatorum sustinent ibid.
de *Descensu* animae Theurgorum sententiae VI. 16 193. ad 195
finis eius qualis 199. & 200
Deus quid sit? I. 3 3
eius existentia quomodo probetur 4
essentia imperfecte nobis patet 5
ab eo habemus omne quod scimus 8
sed diuerso modo ibid.
quomodo mediantibus causis secundis ad actiones rerum creatarum concurrat 9
eius respectu nulla dantur miracula II. 6. 14
ab ipso solo res supernaturales fiunt 7. 17
non semper Diabolo permittit mala facere IV. 3. 56
ex eius permissione agit Daemon. 5. 60
cur Daemoni permittat 61. 62
cum hominibus pacta iniit 66
cum eo quomodo homo vniatur ex mente Pythagoricorum VI. 9. 111
Item ex Theologorum mysticorum 13. 139. & 140
verum an agnouerint gentiles 15. 161

de eo sententia Theurgorum 164
ab eo animam effluxisse docent Theurgi 16. 192
summum statuunt Theurgi 221
cum ipso vnionem animae credunt Theurgi 17. 227. ad 238
eius nomen profanatur a coniuratoribus VII. 7. 333
in eum quomodo delicta committantur VIII. 4. 424
ex eius prouidentia an probatio per aquam frigidam sumenda VIII. 10. 473
Ad *Deorum* congressus anima quomodo idonea fieri possit VI. 9. 113. & 10. 118
eorum evocatio 14. 158. & VII. 1. 252
de eorum diuisione & natura sententia Theurgorum 15. 164. ad 66
cuilibet ordini sacrificia tribuunt 16. 190
duos ordines statuit Iamblychus 207
eorum diuisio iuxta Theurgos 218
tutelares hostium euocarunt Romani VII. 1. 251
quibus cum illis commercium fuisse dicitur 269. ad 270
ipsorum diuisio & natura ex mente coniuratorum VII. 5. 294. ad 308
quibus vinculis euocari possint 6. 314. 322. 324
apparentes saepe mentiri confitentur 11. 381
eorum Epiphania, apparitio. vid. apparitio.
Diabolus quomodo in animam agere possit III. 1. 33
affectat supernaturalia IV. 2. 46
pactum cum eo qualem effectum habeat 3. 52
nonnunquam sine pacto agit 53
nullam rebus superstitiosis vim tribuere potest 52. & 57
a quibus gentibus colatur VI. 2. 94. & 95
an responsa dare possit VII. 1. 266
eius respectu hominum officia quae 5. 309
ab ipso nihil timendum persuadent coniuraturis 11. 380. vid. *Daemon. satanas.*
Diada principium Platonis mal. VI. 2. 90
Diagondas Thebanus sacra nocturna sustulit VI. 16. 176
Diagoras melius ob proditam mysteriorum fidem punitus VI. 16. 185
Dignificatio quid? VII. 4. 282
variis argumentis reiicitur 290. & 291
Diocletianus Magiam interdixit IX. 3. 457
Dionysia apud Graecos instituit Orpheus VI. 8. 107
Dionysius Areopagita autor Theologiae mysticae 13. 135
eius scripta ibid.
quid de iis iudicandum 138
eius sententia de Trinitate 15. 164
de diuisione spirituum 167. 171. & VII. 5. 296.
angelos populorum tutelares statuit VII. 1. 253
magnam nominibus vim adscribit 7. 333
Diuinae essentiae particula mens VI. 16. 191
maiestatis laesae crimen. vid. crimen.
Diuinandi scientia differt magia VI. 17 248
Diuinare non possunt daemones II. 7. 1.
Diuinandi ars damnata IX. 4. 488. 490. 494. 8

E.

apud *Ebraeos* quales Magorum & Coniuratorum poena IX. 2. 477. seqq.
Ebraica lingua vetustissima VII. 7. 323. & 334
illi nulla inest vis 335
Ecclesia doctrinis gentilium quando corrupta VI. 11. 127
in daemones habet potestatem VII. 3. 275
in Republica non pars Reipublicae est VIII. 2. 406
Ecclesiastica disciplina ad quae se extendat IX. 6. 508
Elementis spiritus inesse nonnulli statuunt VII. 5. 298
ex *Elementali* mundo alterum vinculum magicum desumitur VII. 8. 340
quod refutatur 348
Eleuatio animae quomodo fiat VI. 16. 210
Eleusinia sacra apud Graecos instituit Orpheus VI. 8. 107
quid & cur instituta 16. 174 ad 179
illis initiati cibis abstinebant VII. 4. 288
Empedocles commercium cum spiritibus habuisse dicitur VII. 1. 268
Energumenorum exorcismus vid. *Exorcismus.*
Enthusiasmus Theurgiae fons est VI. 5. 98
in eum incidit vana Theologia mystica 13. 135. & 140
ἐνθεαστὴς quid? VII. 10. 367
Ephesiae literae ad vincula magica referuntur VII. 7. 327
per *Ephod* explicationem fiebant Prophetiae II. 5. 14
Ephori VI. 16. 183
Epiphania vid. apparitio.
Episcopis cognitio criminis magiae competit VIII. 2. 395
eorum Iurisdictio quando coepta 403 seqq.
hodiernorum conditio 405
quomodo olim inquisiuerint in crimina 5. 42
Epoptae quid? VI. 14. 280. & 16. 183
ad quae admittebantur 16. 182
Christiani 189
Epoptia quid. VI. 16. 183. & VII. 10. 367
Erichtheus an conditor Eleusin VI. 14. 178
Essaei iactabant angelorum nomina VII. 4. 289
mixturam fecerunt ex Iudaismo & Paganismo 290
Ethnici nonnulli fuerunt magi supernaturales. II. 8. 22. vid. gentiles. Pagani.
ab his multa fuerunt conficta, ut Iudaeorum & Christianorum supernaturalia imitarentur 24
eorum exorcistae. VI. 3. 278
Ethnicismus Theurgiae fons VI. 5. 98
Eucharistia vocabulis ex gentilismo insignitur VI. 16. 188
Euclides duos genios unicuique tribuit VII. 1. 255
Eumolpus an conditor Eleusin. VI. 14. 178
Eumolpidae quid? VI. 16. 175
Eunapius fuit Theurgus VI. 11. 175
Evocatio Deorum VI 14. 158
quomodo facta VII. 1. 252
eius varia exempla ibid. & 253. vid. coniuratio, conciliatio.
Eusebius Theurgiae cognitionem habuit VI. 17. 246
ejus sententia de deceptoriis spiritibus VII. 5. 307
Eustachius quis? VI. 11. 125
Exorcismus quid sit? VII. 3. 275

est

est vel catechumenorum vel Energumenorum 276
quo tempore in baptismo adhibitus 277
quomodo ad ecclesiam Lutheranam pervenerit ibid.
an abrogandus sit ibid.
obsessorum in primitiva ecclesia quale? 278
hoc donum quamdiu duraverit ibid.
Ethnicorum fiebat per Deum Ebraeorum 279
Pontificiorum in quibus casibus adhibetur 280
refutatur ibid.
literarius quid? 281
Iuridicus 282
Exorcistarum officium quale VII. 3. 276
eorum origo 278
hodierni apud Pontificios 280
expiationes sacrorum VI. 14. 179. vid. *purgationes.*
ab *Extraordinariis* differunt miracula II. 6. 15
pro *Ezechiele* quidam agnoscunt Zoroastrem VI. 6. 99

F.

Felicis seminis usus in magicis VII. 8. 343
Robertus *Flud* a Fluctibus quis fuerit & quando vixerit VI. 13. 162
fuit socius fraternitatis de R. C. ibid.
de genii cognitione quid tradiderit ibid.
Ficini sententia de vinculis spirituum VII. 6. 312
Fidei res supernaturales quale subiectum requirunt II. 8. 24
Figurarum vis in magia VII. 7. 330
Filii Deorum, vid. Deorum.
Foedus legale iniit Deus IV. 6. 66
quatenus ab humano differat ibid.
Forum in delictis competens quotuplex VIII. 2. 394
in crimine coniurationis quale ibid.
in sortilegio 397
Franci quomodo punivierint magos IX. 5. 498. seqq.
Fratres de R. C. an sint Theosophi VI. 13. 151

G.

Le Comte de *Gabbalis* fuit Theosophus VI. 13. 149
multa de spiritibus & Deorum conciliatione tradit 150
an fuerit magus? 151
eius divisio spirituum VII. 5. 298
qualia vincula spirituum admittat 6. 312
absurdos effectus magiae tribuit 10. 372
Galenus pro mago habitus V. 1. 84
Gamatria quid sit? VI. 12. 113
Gemmarum vis in magicis VII. 8. 345
Genethlialogica doctrina de genio VII. 2. 272
per eam fit evocatio daemonis 273
quomodo instituenda 274
Genethlialogicorum sententiam de malo reiicit Iamblichus VII. 5. 308
Genius vocis homonymia VII. 1. 251
quotuplex? ibid.
singulorum hominum quinam sint 253
eorum natura 254
de illis Iudaeorum sententia 255
illos quinam habuisse dicuntur 264. ad 265
eius evocandi duplex ratio 2. 271
eos ad sensibile commercium pelliciendi contenderunt Ethnici III. 3. 73
eius familiaritatem quomodo quis acquirere

quirere possit tradit Flud. VI. 13. 157
populorum. vid. *Dei tutelares, Angelus, spiritus, daemon.*
Gentiles daemones plerumque pro bonis crediderunt VII. 1. 267
ritus in euocatione spirituum 9. 362. vid. *Ethnici.*
quo modo magos puniuerint IX. 3. 480. seqq. *Pagani.*
ex *Gentilismo* veniunt nonnulli Christianorum ritus sacri VI. 6. 188
Ioh. *Gerhard* an fuerit Rosae Cruceus VI. 13. 152
Gnostici unde orti VI. 2. 91
duo principia crediderunt ibid.
Goetia unde dicatur VI. 4. 96.
quid sit? 97
quales ritus in ea obseruandi ibid.
legibus ciuilibus damnata, ibid.
an eius rei fuerint Persarum magi? 7. 101
an Orpheus? 108
an Iulianus? 124
eam publice docuit Academia Salmantica 249
a gentilibus reprobata IX. 3. 480. 481
a Romanis semper damnata 487
Goetici cur solis dæmonibus malis utantur VI. 4. 97. vid. *magus dæmoniacus.*
Gothi quomodo puniuerint Magos IX. 5. 498
Græci ab Aegyptiis doctrinam de duobus naturæ principiis acceperunt VI. 2. 89
disciplinas Persarum autore Osthane 7 101
teletas institutore Orpheo 8. 107
Theurgiam ab Aegyptiis 9. 109
qui sub iis intelligantur 14. 157
dæmones statuunt VII. 1. 254
Eleusinia. vid. *Eleusinia.*
quomodo puniuerint Magos IX. 3. 481. 482.
Gratianus Imp. sacra omnia permisit. IX. 4. 493
Gregorius M. qualem poenam statuerit Magis IX. 6. 503
Grotius explicatus VII. 2. 389
Aegidius *Guthmann* fuit mysticus VI. 13. 140

H.

Pro *haeresi* quando haberi coeperit magia VIII. 5. 430. crimen. vid. *crimen.*
Hæretici an puniendi? VII. 2. 388
an sint spiritus invocantes VIII. 2. 399
contra eos quando processus inquisitionis introductus 5. 428
eius iniustitia ibid.
Haruspicina LL. damnata IX. 4. 488. 494.
Henricus *Harffius* fuit mysticus VI. 13. 140
Helmontii error de anima VI. 16. 193
Hellenismus quid? VI. 14. 153 vid. *Graeci.*
Hecaticus circulus quid? VII. 7. 324
Herbarum vis in magicis VII. 8. 341
quinam iis usi 343
eius vis reiicitur 348
Heracleon Valentiniani discipulus VI. 2. 91
Hercules sacris initiatus VI. 14. 179
mysta & epopta simul factus 16. 183. & 185
Hermes Trismegistus quis? VI. 8. 103
an verae Theosophiæ fuerit deditus 105
eius libri superstites sublestae fidei 106
eius doctrina de Deo VI. 15. 162
genium habuisse dicitur VII. 1. 258

vid.

vid. *Mercurius* & *Trismegistus*.
Hermias Alexandrinus fuit Theurgus VI 11. 125
de *Heroibus* Theurgorum sententia 6, 15. 161. ad 165
Ioh. *Heydon* fuit socius fraternitatis de R. C. VI. 13. 152
de spirituum euocatione multa commentitur ibid.
Hierocles miracula ficta de Apollonio tradit II. 8. 24
fuit Theurgus VI. 10. 116. & 11. 125
eius sententia de anima 16. 193
In *Hieroglyphicis* qualia mysteria occultauerint Aegyptii VI. 8. 103
Hierophanta Eleusiniorum sacrorum antistes VI. 10. 115. 11. 122
eius officium 14. 181
Hippocrates mysta & epopta simul factus VI. 16. 183
Hobbesius magiæ dæmoniacæ effectus adscribit naturali IV. 8. 72
Hollstenius notatus VI. 16. 198
Honorius quomodo puniuerit magos X. 4. 494
Horomazes principium Persarum bonum VI. 15. 161
Hostanes. vid. *Ostanes*.
Hystaspes promotor doctrinæ Theurgicæ VI. 7. 100

I.

de *Iamblichi* libro de mysteriis Aegyptiorum iudicium VI. 8. 103
quis fuerit? 10. 119
Theurgiæ deditus 120
miracula falsa ipsi tribuuntur ibid.
Iuliani Præceptor 11. 121. & 123
Diis plurimis sacra facienda putauit 15. 161
animam particulam diuinam esse docet ib. 192
duos statuit Deorum ordines 207
genios tutelares VII. 1. 254
commercium cum Diis habuisse dicitur 270
confessus quod saepius mali daemones appareant 5. 306
in cultu daemonum inconstans 5. 309
eius sententia de vinculis magicis 6. 312. & 316
de influxu coeli 9. 359
de differentia apparitionum 10. 369
periculum coniurationis fatetur 11. 377
Idololatria originem dedit magiæ ceremoniali VI. 1. 84
quomodo differat a Magia VII. 11. 392. 393
spirituum, astrorum, vid. *cultus*.
Ieiunia requirunt in coniuratore VII. 4. 283. 285
quod refutatur 192
Illuminatiua vis quid efficiat VI. 13. 137
Imaginationi nonnulli effectus magicos tribuunt IV. 8. 75. & VII 8. 350
quod refutatur 354
Imagines pertinent ad res superstitiosas IV. 3. 52
in magicis vis adscribitur VII. 8. 346
quod reiicitur 341
Incantatio vt procedat quid requiratur IV. 3. 54
per dæmones procedere credunt Theurgi VI. 15. 168
Incantatores sacris imbui non poterant VI. 16. 184.
Incarceratio. vid. *Captura*.
Indorum populi duo credunt principia VI. 2. 94
Indicia leuiora an in criminibus exceptis admittantur VIII. 3. 455
in genere quotuplicia 6. 436
arbitrio iudicis relinquenda 438
magiæ specialia quot? 438
fallacia refutantur 439
ad Inquisitionem contra magos qualia

lia requirantur 7. 440. ad 453
ad capturam qualia? 8. 455
ad torturam qualia 9. 459
an sufficiant ad condemnationem 10. 466. seq.
Influxus siderum, vid. *astra*, sidera.
Initiandorum puritas VI. 14. 158
Initiati ad quæ admittebantur 16, 182
Inquisitio quid sit? VIII. 5. 425
eius origo ibid.
in crimine sortilegii quomodo fiat 4. 421
qualia indicia ad eam requirantur 7. 440. ad 453. vid. *indicia*.
specialis cum captura hodie coniuncta 8. 484
Inquisitores quatenus cognitionem habeant in sortilegiis VIII. 2. 395. & 400
haereticae pravitatis quando coeperint 5 428
quando potestatem acceperint inquirendi in magiae crimen 429. & 432
processus eorum quomodo differat ab inquisitorio 429. & 430
Invocatio daemonis expressa non statim inuoluit pactum IV. 6. 65
Angelorum invocationes adhibent haeretici VII. 5. 303
eas defendunt patres 304
ad primum vinculum referunt 7. 321
quomodo fieri debeant 325
earum refutatio 331. & 336
est actus latriae 11. 391.
ex *Intellectuali* mundo sumitur vinculum coniurationis VII. 6. 310. & 17. 320. ad 340.
Intelligentiae vid. *Spiritus*.
Iouianus cur nullam magiae poenam statuerit IX. 4. 491. seqq.
Ioris fuit mysticus VI. 13. 140
Isidis sacra VII. 4. 288
Iudaei cultum angelorum habuerunt VI. 1. 87
eorum error de duobus principiis 2. 90
eorum dogmata an Pythagoras acceperit 9. 110
multa ab Arabibus, Aegyptiis & Persis in Cabbalam transtulerunt 12. 129. & 130. vid. *Cabbala*.
genios tutelares statuerunt VII. 1. 250. & 255
eorum exorcistae 3. 278
cur angelos adorent 5. 303
daemones cogi posse asserunt 6. 318
speciale Iudicium ecclesiasticum non habuerunt VIII. 2. 402
ob magiam a Deo puniti IX. 2. 479
Iudaismus Theurgiae fons VI. 5. 98
Iudex ecclesiasticus quis? VIII. 2. 395
Laicus excluditur a cognitione criminum haereticalium 396
quatenus cognoscit de sortilegio 397. & 98
Iudicia criminalia quando extruxerint episcopi *VIII*. 5. 427
secreta VVestphalica quando coeperint 425. & 333
eorum forma 434
abusus ib.
reformatio 435
interitus ib.
arbitrium in decernenda tortura quomodo comparatum esse debeat *VIII*. 9. 464
Iulianus Apostata Theurgiae studuit *VI*. 11. 121. & 123
eius Praeceptor quis? 121
eius opera quid contineant 123
Teletis consuetudinem daemonum conciliauit sibi ib.
apostasiae qualis causa 124
an magus? ib.
doctrina eius de Deo 15. 163

de via Theurgica 16. 206
cum daemonibus familiariter versatus *VII.* 1. 269
Iuliani Chaldaei an fuerint Theurgi? *VI.* 10. 116
quid scripserint ib.
Iulianus Didius Imperator magicis ineptiis delectatus VII. 1. 270. & IX. 4. 491
Iulius Firmicus Theurgiae incrementa dedit VI. 10. 116
Iupiter principium boni VI. 2. 89
Iurisdictionis ecclesiasticae origo VIII. 2. 401
legibus & rationi contraria reiicitur, ibid.
Iustinus martyr angelos tutelares statuit VII. 1. 257
Iustinianus qualem Magiae poenam dictauerit IX. 4. 495
Ius circa sacra quo iure Principes Protestantes exerceant VIII. 2. 406

K.

Καθαρσις quid VI. 16. 203. vid. *purgatio.*
Christianorum 188
Καθαρσεις. vid. *Purgatio.*
Karlomannus F. R. qualem poenam statuerit magis IX. 5 499
Kellaeus Ioh. Dee socius VI. 13 149
Th. a *Kempis* fuit mysticus VI. 13. 140
Kuhlmannus fuit mysticus VI. 13. 140

L.

Lacte vtebantur in sacris magicis VII. 8. 348
circa *Laicum* & clericum in poenis distinguunt Canonistae IX. 6. 402. seqq.
quomodo puniantur 6. 506. seqq.
Lamiae non efficiunt supernaturalia IV. 3. 50. vid. *sagae stryges.*
Landinus notatus VI. 16. 198
Laodicena synodus quando habita VI. 1. 87
Lapidum vis in magicis VII. 8. 344
quod reiicitur 343. & 50
Latria videatur *cultus.*
Laschidim quid? VI. 1. 89
Lascouius socius Ioh. Dee VI. 13. 149
Ianus *Leade* fuit mysticus VI. 13. 140
Leo Imp. qualem poenam statuerit magis IX. 4. 495. seqq.
Leo IV. P. qualem poenam statuerit magis IX. 6. 500
Lex duodecim Tabb. nouiter explicata VI. 16. 175
Leges inuenisse dicitur Ceres ib.
Libanius fuit Theurgus VI. 11. 124
Iuliani Praeceptor. ib.
explicatur 14 158
Librorum magicorum inuentio quale indicium VIII. 9. 463. vid. *magici libri.*
Locus qualis in operationibus magicis requiratur VII. 9. 362
Lomeierus notatus VI. 16. 198
Longinus Theurgiae incrementa dedit. VI. 10. 116
an Porphyrii Praeceptor 118
Longobardi quomodo puniuerint Magos IX. 5 498
Lulliana ars VI. 14. 154
Luminibus accensis cur peragebantur magica sacra VII. 8. 348
Lustrationes Graecorum VI. 14. 179. vid. *purgatio.*
Lutherus a Pontificiis nonnullis habetur pro mago daemoniaco III. 2. p. 41

M.

Magiae vox vnde deriuetur II. 1. 9
eius varia significatio II.
diuisio 12

Magia supernaturalis quid sit II. 3. 12
eius obiectum 4. 13
eius subiectum 8. 21
eius finis 9. 28
an adhuc supersit 29
Magia naturalis quid? III. 1. 30
eius diuisio I. 31
Magia diuina quid? III. 2. 37
eius obiectum 38
an hodie supersit 42
Magia humana quid? V. 1. 77
eius obiectum ib.
Magia daemoniaca quid sit? IV. 1. 44
eius diuisio 2. 45
eius obiectum 3. 49
eius subiectum 6. 62
eius finis 7. 69
an detur? 8. 73. ad 75
Magia ceremonialis unde? VI. 1. 84
eius diuisio ib. 3. 96
eius inuentor Zoroaster 6. 99
potestas 14. 157
eius diuisio in Goetiam & Theurgiam reiicitur 17. 238. vid *Goetia* & *Theurgia*.
Magiae professio differt a nuda cognitione 249
an punienda? ib.
eius exercitium semper illicitum ib.
varii effectus tribuuntur 236. VII. 10. 371
plerumque addicti sacerdotes gentilium VII. 1. 266
astronomica quid contineat 9. 363
quale crimen 11. 390
quomodo differat ab idololatria 393
quando pro haeresi haberi coeperit. VIII 5. 430
iure diuino damnata IX. 2. 479
apud gentiles non nisi noxia punita 3. 480. seqq.
Magiae indicia. vid. *indicia*.
Magici libri conficti falsi & impii VI. 17. 240. ad 45. vid. *libri* VII. 11. 378
Magica vincula. vid. *vincula*.
Magi vnde originem habent II. 1. 10
olim in bonam partem accipiebantur. 11.
Pharaonis sunt daemoniaci 7. 20. 21
supernaturales qui? 8. 22. & 23
diuini qui? III. 2. 40
daemoniaci qui IV. 3. p. 50
appellantur malefici 6. 62
vocantur mathematici IX. 3. 486. & 4. 494
pro iis quinam iniuste habiti III. 2. 41. V. 1. 84
Persarum quinam fuerint VI. 7. 102
familiaritatem cum spiritibus habuerunt VII. 1. 268
daemoniacus an fuerit Pythagoras 9. 111
Apollonius 10. 115
Apuleius 116
Iulianus ib.
an Porphyrius 10. 19
an Aponus 13. 142
Agrippa 146
Paracelsus 147
Bellemontius ib.
Gabalis 151
Magici operatores castimoniam praetendunt VII. 4. 293
vnde vincula didicerint 6. 313
nominibus angelorum vtuntur 7. 336
animalibus, herbis vim adscribunt 8. 340. seqq.
solent esse pauperes & miseri VII. 11. 380
contra eos quando coeperit processus inquisitorius VIII. 5. 429. ad 434
differentia eorum in poena infligenda habenda IX. 1. 475
Iure diuino quomodo puniti 2. 477

Iure

Iure Romano 3. 484. vid. *lamiae.*
Mahomedis error de anima VI. 16. 163
Malchus vid. *Porphyrius.*
Malum vnde veniat VII. 5. 308.
Mandragorae radicis vis in magicis VII. 8. 343
Manes an Manichaeorum autor VI. 2. 92
Manichaei vnde dicti? VI. 2. 92
eorum dogmata vnde ib.
duo principia crediderunt ib.
error de anima VI. 16. 193
de ieiuniis VII. 4. 292
Manichaeismum quinam fouent VI. 2 93. & 95
Manium euocatio VI. 4. 97. vid. *Goetia, necromantia.*
Marcionitae duo principia crediderunt VI. 2. 91
sententia de anima 16. 193
de ieiuniis *VII* 4. 292
Marcus mystes daemoniorum fuit *VI.* 11. 127
Christianus factus ib.
Psellum edocuit ib.
Mardonius scytha Iuliani Praeceptor *VI.* 11 124
Marinus miracula confinxit de Proclo *II.* 8. 25
Marii genius *VII.* 1. 258
Marsilius Ficinus quando vixerit *VI.* 13. 144
fuit Theosophus ib.
Mathematica quid? *VII.* 9. 363
Maximus Theurgiae incrementa dedit. *VI.* 10. 116
eius sententia de daemonibus 15. 168
Maximus Ephesius Iuliani Praeceptor *VI.* 11. 124
fuit Theurgus 125
Medicina datur etiam daemoniaca *III.* 1. 31. 36
Melampos qualia sacra instituerit. *VI.* 14. 178
Melle vtebantur in sacris magicis *VII.* 8. 348
Mens hominis & spiritus an sint diuersae partes *I.* 5. 7.
eius facultati naturali prophetiam nonnulli tribuunt *II* 5. 14
quid sit iuxta Pythagoram *VI.* 9. 111
iuxta Platonem 113
iuxta Theurgos 16. 191
Mercurii Trismegisti diuisio spirituum *VII.* 5. 300
sententia de coeli influxu 9. 359. vid. *Hermes & Trismegistus.*
Mineralium vis in magicis *VII.* 8. 343
Miracula quid *II.* 6. 14. & 15
conducunt ad probandam existentiam Dei 15
varia exempla ex S. Scriptura 16. 17.
Mosis 16
ea non possunt efficere daemones 7. 18
eorum diuisio 8. 23. & 24
conficta de Apollonio, Pythagora &c. 24 & *VI.* 9. 111. & 10. 116. & 120
nonnunquam ea praestarunt ethnici ib.
criteria a discernendis praestigiis. 28
an hodie dentur 9. 29
cur olim necessaria 30
affectat Diabolus *IV.* 2. 46
facere praetendunt cabbalistae *VI.* 12. 132
eius sacra 16. 182
Mithra Persarum quid? *VI.* 15. 162. & 16. 187
Montanistarum sententia de ieiuniis *VII* 4. 290
Mosis miracula *II.* 6. 18
differentia a praestigiis magorum Pharaonis 7. 21
fuit magus supernaturalis 8 22

pro mago daemoniaco habitus III. 2. 41
pro Zoroastre VI. 6. 91. VII. 1. 268
Mors Philosophica iuxta Theurgos quid? VI. 16. 173. & 204
Munditiam exquirunt spiritus mali VII. 4. 291
qualem requirant in coniuratione 4. 283
Mystagogia quid? VI. 16. 155. & 158
Mystae quid? 176. 180. 182. & 187
Mysteria VI. 16. 155
dicuntur Teletae 73
vocabantur sacra nocturna 176
cur nocte facta 187. & VII. 9. 362
gentilia ad Christianos traducta VI. 16. 189
atheismus & superstitio illis propagati 8. 109
De *Mysteriis* Ægyptiorum libri autor est Iamblichus VI. 10. 120
quid in eo contineatur ibid.
Mystici libri quibus doctrinis referti VI. 13. 139
autores varii enumerantur 140
doctrina de anima 16. 193. 191
de tribus viis vnde hausta 13. 134. 16. 214
de vnione cum Deo 17. 229. ad 232
de angelis tutelaribus VI. 1. 257
de dignificatione 4. 287
de diuisione spirituum 5. 296

N.

Natura ob sympathiam maga dicitur VI. 16. 140
naturalis vid. *magia*.
Necromantiam reiicit Paracelsus VI. 13. 147. vid. Goetia.
Nero ad sacra Eleusinia accedere non ausus VI. 16. 184
Nicolaus an Gnosticorum autor VI. 2. 91
Noctu cur fiant sacra mystica VI. 16. 175 176. 187. & VII. 9. 362
Nominibus diuinis & angelorum effectum in magic. tribuunt VII. 3. 379. & 7. 324. ad 26
quod reiicitur 332. ad 36
Nominatio socii criminis, vid. *socii criminis* VI. 12. 113
Notoria ars VI. 14. 153

O.

Obsessorum exorcismus, vid. *Exorcismus*.
Olearius notatus VI. 15. 170
Olympiodori fuit Proclus VI. 11. 124
Olympi spiritus quid? 5. 297
Ophianorum doctrina de spiritibus VII. 5. 301
vnde petita 302
Oracula Chaldaica a quibus edita VI. 6. 98
quid contineant ibid.
gentilium an fuerint merae imposturae VII. 1. 266
Delphici Apollinis talia confutauit Oenomaus 11. 382
Orationibus vis tribuitur in euocandis spiritibus VII. 7. 322
Orgia quid? VI. 16. 176
hoc nomine sacramenta Christianorum insignita 188
Origenis sententia de angelis populorum tutelaribus VII. 1. 253. & hominum 257
nominibus efficaciam inesse putat 7. 332
Oromazan principium Zoroastris 17. 2. 89
Orpheus Thrax quis? VI. 8. 106
Teletarum institutor 107
eius scripta ibid.
an magus 108
an Theosophus ibid.
an verum Deum agnouerit 15. 161
qualia sacra instituerit 16. 177. & 178
an impostor fuerit 186

purga-

purgationes animae statuit 208
ab animalium mactatione abstinuit 217
Diuisio spirituum VII. 5. 300
Orphicorum de anima sententia VI. 16, 201
eorum Thymiamata VII. 8. 347
Osyris principium Ægyptiorum bonum VI. 2. 89
Osthanes Persarum disciplinas Graeciae inuexit VI. 7, 101
Theurgus 102
Ὀστρεινὸν corpus quid? VI. 16. 198

P.

Pactum cum Diabolo nullam rebus superstitiosis vim tribuit IV. 3. 52
est duplex vel expressum vel tacitum 64
in vtroque semper adesse debet consensus ibid. & VII. 6. 263
cum daemone qui negant IV. 6. 66. 69
eo destituitur coniurationis crimen VII. 11. 390
an eo non interueniente capite plectendi IX. 7. p. & 8. p.
Pagani vid. *ethnici*, *gentiles*.
Panathenaea apud Graecos instituit Orpheus VI. 8. 107
Paracelsus quis fuerit? VI 13. 146
an magus fuerit? 147
Patres notati, quod Theurgiam ex gentilium scriptis refutauerint VI. 11. 126
quod formulis mysticis vtantur 13. 137. & 16. 188
quod Deificationem statuerint 17. 232
quod angelos tutelares statuerint VI. 1. 253. & 257
quod inuocationes angelorum docuerint 5. 304
Peccata quae iure humano punienda VII. 11. 386
Periurii poena apud Romanos qualis? ibid.
a *Persis* nomen traxerunt magi II. 1. 10
Theurgiam a Chaldaeis acceperunt VI. 7. 100
eorum magi 101
quinam? 102
doctrina de descensu animae 16. 194
de vinculis magicis VII. 6. 318
eorum ritus in euocandis spiritibus 8. 347
vsi fuerunt Talismanibus 8. 355
quomodo puniuerint magos veneficos IX. 3. 481
Pharmaica non est pars magiae cerimonialis VI. 3. 96
Philo Iudaeus platonissat VI. 15. 171
Philosophia quomodo acquiratur III. 1. 31
occulta quid? V. 1. 79
mystica quid? VI. 13. 141
per eam quomodo purgationes animae fiant 16. 208. & 213
varii gradus 209
Philostratus Theurgiae incrementa dedit VI. 10. 116
Phylacteria vid. *amuleta*.
Physica est pars magiae humanae V. 1. 79
pars doctrinae Chaldaeorum VI. 6. 100
Physiologia antiqua quid fuerit? VI. 8. 108. & 16. 187
Picatrix quis fuerit & quando vixerit VI. 13. 142
eius manuscriptum 143
Pietatem religiosam in coniuratore requirunt VII. 4. 183
Planetarum domus quid? & quot? VII. 2. 273
illis spiritus assignant 5. 297
quot partes tribuant 9. 361
Plato duo principia credidit VI, 2. 90. 15. 170
quis fuerit? 9, 111

fuit

fuit Theurgus 112
eius dogmata Theurgica 113. 114
an verum Deum agnouerit 15. 161. 162
eius doctrina de anima mundi 161
de Trinitate 164
de diuisione spirituum 165
de Diis eorumque filiis 166. & 6g
de daemonibus 16
de semi Deis 169
an statuerit daemones malos 170
de anima 192
de eius descensu 195
de eius ascensu 200
de morte Philosophica 203. 204
de solutione animae 205
de purgatione 210
quam poenam statuerit magis IX. 3. 482
Platonica ex philosophia multa desumserunt Cabbalistae VI. 126. 127. 131
nec non Theologi mystici 13. 134
qualis finis 17. 227
Platonici cultum spiritibus tribuerunt VI. 1. 87. & 15. 161
doctrina de quatuor virtutum gradibus 13. 135
de animae partibus 16. 190
de animae descensu 197
de animae corpusculis 199
de sacrificiis 221
de animae vnione 17. 127
de geniis tutelaribus VII. 1. 254
de diuisione spirituum 296. 301
de cultu spirituum 303
de diuisione daemonum 308
de animalibus in magicis 8. 341
Platonicus fuit Apuleius VI. 10. 116
Plotinus 117
Iulianus Apostata 11. 122
Proclus 124
Plotinus quis fuerit & quando vixerit VI. 10. 117
fuit Theurgus ibid.
Diis sacra facienda putat 15. 161
eius sententia de anima 16. 192
de geniis tutelaribus VII. 1. 254
eius genius 258
e quali daemonum ordine fuerit 263
de ipso miracula confinxit Porphirius II. 8. 25
Plutarchus Praeceptor Procli fuit VI. 11. 124
fuit Theurgus 125
duos vnicuique genios tribuit VII. 1. 255
Pluto principium mali VI. 1. 89
In *Poena* criminis magiae & coniurationis ad quid respiciendum IX. 1. 474. & 476
differentia magorum habenda est IV. 2. 45. IX. 1. 475
qualis apud Ebraeos IX. 2. 477
apud gentiles 3. 480
a Christianis Impp. 4. 488
a wisigothis IX. 5. 496. & 497
a Saliis ibid. & 498
a Ripuariis ibid. & 498. 499
a Longobardis ibid.
a Francis ibid. & 500
Iure Canonico IX. 6. 505
constitutione criminali 7. p. seqq.
Iure Saxon. 8. p.
Poenitentia publica quando recepta VIII. 5. 427
Pontifices quid intenderint inuentione processus inquisitorii 5. 428
Pontificii cultum angelis tribuunt VI. 1. 88
Pontificium ius qualem poenam statuerit magis IX. 6. 502. & 502. seqq.
Porphyrius quis? VI. 10. 117
fuit Theurgus 118
an magus 119
doctrina de sacrificiis diis faciendis 15. 161
de anima 16. 192

de solutionibus animae 16, 207
de geniis VII. 1. 154
de natura spirituum V. 306
de diuisione eorum 308
de vinculis magicis 6. 312
de characteribus 7. 338
reiicit daemonum auxilium 6. 318
confitetur Deos apparentes saepe mentiri 11. 381
vnde artes didicerit? VI. 9. 113
ipsi cum spiritibus commercium fuisse dicitur VII. 269
Io. *Portage* mysticus VII. 13. 140
Quil. *Postelli* Genius VII. 1. 263
Praestigiae daemonum quid sint, & quomodo fiant IV. 2. 46. 47
Praesumtiones an ad condemnationem sufficiant VIII. 10. 466
Praeternaturales non efficiunt magi vel daemones IV. 3. 50
Preces hominum ad Deum referunt daemones VI. 15. 165. 169
eas ad ascensum animae non sufficere statuunt Chaldaei 16. 200
earum formulae ad spiritus VII. 5. 301
illis spiritus euocari posse credunt 7. 331
de *Principiis* bono & malo antiquissima doctrina VI. 2. 89
eius progressus ad Ægyptios, Iudaeos, Christianos 91
Principia duo statuunt Theurgi 161 ad 63
Princeps habet ius circa sacra VII. 11. 387
quatenus habeat ius puniendi impietatem 388
protestantes quando ius circa sacra exerceant VIII. 2. 404
Priscillianistarum error de anima VI. 16. 193
Probationis modi superstitiosi reiiciuntur VIII. 10. 473
Processus crimin. vbi instituendus VIII. 2. 394
quotuplex 3. 409
inquisitorius quid ibid.
extraordinarius an sit admittendus 415. 417
contra sagas an sit abolendus 418
eius abusus 420
quibus modis instituendus 4. 421
inquisitorius ex Iur. Can. introductus 5. 421
contra haereticos quando introductus 428
contra magos quando coeperit 429
quomodo differat a processu inquisitorum 430
in aliam formam eam redegit Carol. V. VIII. 5. 435
eius abusus hodierni 436, vid. *Inquisitio.*
Proclus quis fuerit? VI. 11. 114
fuit Theurgus ibid.
eius scripta 125
multa ex Dionysio Areopag. transscripsit 13. 138
eius dogmata de anima 16. 192
de inuocatione Deorum VIII. 6. 314
de coeli influxu 9. 349
confitetur malos spiritus in coniuratione saepe occurrere 5. 307
commercium cum Diis habuisse dicitur 1. 170
miracula ipsius conficta II. 8. 25
Prodigia ethnicorum II. 9, 28
Prophetia quid sit II. 5. 13
eius varia genera 14
an adhuc hodie dentur 9. 29
eas affectat diabolus IV. 2. 46
Prophetae qui nam fuerint II. 7. 21. 25. 27
quinam apud Chaldaeos dicti VI. 6. 98
apud Ægyptios 8 103. & 9. 112
Proserpinae sacra VI. 14. 179
Mich. *Psellus* Leonis Praeceptor VI. 11. 127

Christianus in gentilismum prolapsus ibid.
ad tetelas Graecorum animum applicauit ibid.
Deos adorauit ibid.
alius M. Psellus Michael. Imp. praeceptor ibid.
fuit Theurgus ib.
eius scripta ibid.
Purae manus, vestes, vasa, hostia, vinum, in sacris desiderata VI. 16. 184
Purgatio animae quid? VI. 16. 203
quotuplex 208
quomodo instituenda 110. ad 115
eam fieri per Teletas putant 173
eius finis 16 177. 17. 429
fuerunt praeludia minorum sacrorum VI. 14. 179
eam exquirunt spiritus mali VII. 4. 291
Purgatoria virtus quid efficiat VI. 13. 136
Purgatis patebat aditus ad sacra VI. 16. 184
Pyrrhonismum multi in magia daemoniaca amant IV. 8. 73
Pythagoras antiquior Ostane VI. 7. 102
cum magis versatus ibid. & 9. 109
an cum Iudaeis congressus sit 110
an magus daemoniacus 111
eius doctrina de daemonibus 15. 168
de anima 16. 192. & 194
de animae vehiculo 197
de purgatione animae 210
de fine Theurgiae 17. 227
a quibus cibis & cur abstinuerit 16. 209. & 217
cum spiritibus commercium habuisse dicitur VII. 1. 268
herbis magicis vsus III. 8. 343
de ipso miracula conficta II. 8. 25
Pythagoraeorum doctrinae de duobus principiis VI. 2. 90
de animae partibus 16. 190
de eius descensu 195
de eius vnione cum deo 17. 227
de vi numerorum in coniuratione VII. 7. 330
eorum abstinentia 4. 293
rapsodia est carmen aureum VI. 9. 111

Q.

Quinquennium in sacris VI 16. 183
saepe breuiatum aut productum 184

R.

Raphael nomen S. S. reuelatum VII. 7. 225
Ratio naturalis quomodo inseruiat S. S. II. 4. 13
eius & reuelationis lumen discernendum V. 1. 79
Reductor animarum quis VI. 16. 208
Reginaldus magiam daemoniacam oppugnat IV. 8. 71
circa *Religionem* quale ius competat principi VII. 15. 387
eam nec imperare nec prohibere potest ibid.
Epko de *Repkau* Exorcista litterarius VII. 1. 281
Reuchlinus Theurg. fauet VI. 13. 141
artis magicae non ignarus VII. 11. 378
coniurationis spirituum periculum fatetur ibid.
Riccius Theurgiae valde fauet VI. 13. 141
Ripuarii quomodo puniuerint magos IX. 5. 498
Ritus sacr. Arabum VI. 12. 129
mysteriorum vnde Orpheus petierit 16. 178

in

in ecclesiam inuecti 180
quo tempore obseruati 181
Persarum in euocandis spiritibus VII. 8. 347
gentilium 9. 362
vid. Teletae & Caeremon.
R. *Rogerius* Baco Theurgiae valde fauet VI. 13. 141
Romani doctrinam de duobus naturae principiis habuerunt VI. 2. 89
sacrificia nocturna prohibuerunt 16. 175
postea receperunt 176
eorum mos reuocandi deos in obsessione vrbium VII. 1. 251
cur suae vrbis nomen Dei tutelaris ignotum voluerint 252
qua poena affecerint magos IX. 3. 483
Io. *Rusbrochius* fuit mysticus VI. 13. 140

S.

Sabaei vnde dicti VI. 12. 127
quinam sint ibid.
eorum dogmata 128
sunt theurgica ib.
ex iis multa acceperunt Iudaei 130
Sacerdotes habuerunt teletarum curam VI. 16. 174
plerumque magiae addicti VII. 1. 266
commercium cum spiritibus habuerunt 267
angelis analogos esse vult Iamblichus 6. 317
Sacra Deorum ad homines referunt VI. 15. 163. 165
gentilium varia 16. 175
mystica cur noctu fiunt 176
nocturna apud Romanos obtinuerunt ibid.
in iis obseruatur taciturnitas 177. & 186
multa ex iis in Theurgiam translata 180
varii erant ritus ibid.
diuersi erant gradus 181
ad illa non omnibus patebat aditus 184
quinam ab illis arcebantur 185
multa in iis nefanda & incestuosa latebant 187
ex iis vocabula nonnulla ad Christiana sacra translata 188
adhibiti sunt in illis odores VII. 8. 347
externa apud Romanos vetita IX. 3. 484
magica prohibita fuerunt 486
qualia permiserint Impp. Christiani 4. 492. & 93
Bacchi VI. 16. 177.
Cereris apud Athenienses quotuplicia 16. 179
Eleusinia quid fuerint ib. & 180
quando celebrata 181
eorum ritus 182
quinam ad ea non admittebantur 184
euulgantium qualis poena 185
quid sub iis latuerit 186
fuerunt ridicula crudelia & turpia 187. vid. *Teletae*.
Sacrificia duplicia sunt VI. 2. 39
dicuntur Teletae VI. 16. 172
hominum ad Deos referunt daemones 15. 165. 169.
varia pro diuersitate Deorum 16. 190
ad ascensum animae requirunt Chaldaei 200
Theurgica in quo consistebant 216. & 217
pro diuersitate Deorum erant diuersa 7. 8 ad 125
effectus quales 17. 235

Socratis cui factum VII. 1. 162
iis cur daemones placare student 5. 109
in iis quales adhibitae unctiones 8. 347. vid. *Teletae*.
Sagae quid efficere possint IV. 3. 55
quomodo in magicis concurrant 56
quomodo damna data ipsis imputentur 57
contra eas processus an abolendus VIII. 3. 418. vid. *Processus*.
earum depositio & nominatio quatenus admittenda 7. 446. 447
an noceat ipsis confessio propria 10. 69. vid. *Lamiae. Stryges.*
Salii quomodo puniuerint magos IX. 5. 498
Salomon scientias magicas habuit II. 8. 22
Libri magici qui ipsi tribuuntur conficti VI. 17. 241. & 44
Satan per mysteria hominibus illusit VI. 16. 187
eius vox quid significet VII. 3. 275. vid. *Daemon, Diabolus.*
Saxones veteres duo principia statuerunt VI. 2. 94
Saxonico iure qualis magiae poena IX. 8. p.
Scaligeri genius VII. 1. 264
I. C. *Scaliger* Theurgiae valde fauet VI. 13. 141
Scientiae naturales quaenam sint III. 1. 31
vana quid sit V. 1. 81. vid. *Magia.*
Scriptura S. abutuntur coniuratores VII. 7. 333. & 8. 356
Schembamphorasch vim supernaturalem tribuunt Cabbalistae III. 2. 41. vid. *Tetragrammaton.*
Rabi *Schimeon* Ioachi filio miracula ficta tribuuntur II. 8. 75
Sibillae quae fuerint II. 8. 25
quo spiritu actae fuerint variae sententiae ib.
earum carmina quando collecta 26
nonnullae an egerint cum daemonio VII. 1. 267
Siderum influxui vim in magicis tribuunt VII. 8. 340. 352. 359. vsque 363
Sidonius Mich. Episcop. Merseburg. spiritum fam. habuisse dicitur VII. 1. 270.
Sigilla magica quomodo construantur VII. 8. 346
eorum vsus reiicitur 352
Simon magus duo principia naturae credidit VI. 2. 91
cultum angelorum ad Christianos induxisse dicitur VI. 1. 87
Simplicius fuit Theurgus VI. 11. 125
Slaui duo principia statuerunt VI. 2. 94
Socrates medium inter Deos & homines statuit VI. 15. 169
nefanda in sacris declarat 16. 188
genium habuisse dicitur VII. 1. 258
an reuera fuerit 260
an bonus angelus ibid.
pro bono credidit 262
vincula magica vnde acceperit 6. 312
Sol apud Iulianum dicitur Deus VI. 16. 206
eius Teletae 174
Solutio animae quotuplex VI. 16. 204. ad 207
σῶμα orphicorum quid? VI. 16. 201
Somniorum interpretandorum scientiam didicit Pythagoras VI. 9. 110
Sortilegium habetur mixti fori VIII. 2. 397
eius forum hodiernum 398
distinctio in haereticalia & non haereti-

reticalia an in poena infligenda obtineat 6, 506
Sosipatra Theurga VI. 11. 125
Spiritus vox varie accipitur I. 1. 1
eorum diuisio 2. 3.
hominis an sit diuersus a mente 5. 7
illis acquiritur magia naturalis 6. 8. & III. 1. 30
eorum discretio. vid. *discretio.*
pacta inire possunt IV. 6. 66
singulis astris tribuuntur VI. 1. 86. & VII. 9. 360
inferioribus praeesse 87
ad eorum susceptionem animam Teletis idoneam fieri credunt Theurgi VI. 10. 118. & 124
elementa inhabitare eos nonnulli statuunt 13. 130
commercium eorum est finis Theurgiae VI. 13. 140
imperium in eos competere nonnulli statuunt 147. 148
quinam cum iis familiaritatem habuisse dicuntur 149. ad 154. & VII. 1. 265. vsque 287
eorum diuisio ex mente Theurgorum Cabbalistarum, & Theologorum mysticorum. VI. 15. 164. ad 171
ex mente coniuratorum spirituum VII. 5. 294. vsque 300. & 10. 370
de eorum natura officiis & gradibus ib.
cur reiicienda 302
qui cultum sibi arrogant sunt mali 305
malos in coniuratione saepius occurrere fatentur 306. 307
vinculis aut allici aut cogi posse credunt. 6. 311. & 313
quod refutatur 314
mali sponte comparent 7. 333
herbis allici putant 8. 341
item amuletis 156
eos inuocantes an tanquam sortilegi an vero vt haeretici sunt habendi VIII. 2 399
vid. *apparitio, coniuratio, cultus.*
Steganographiam an contineat Salomonis clauicula VI. 17. 244
Stella in natali Christi apparens fuit supernaturalis II. 8. 27.
Stephanus Poloniae rex interfuit operationi Theurgiae VI. 13. 149
Stigmatica proba reiicitur VIII. 10. 474
Stryges vid. *lamiae, sagae.*
Suffumigationum vis in magicis VII. 8. 346. & 347
quae reiicitur 353
Supernaturalium rerum varia exempla II. 7. 17
fiunt a solo Deo nunquam a spiritibus 18
neque ab homine 19
affectat Diabolus IV. 2. 45.
vid. *magia supernaturalis.*
Superstitiosae sunt res magicae IV. 3. 51
diabolicae quales sint? 52
an illis vis insit? 53. & 54. & 8. 75
vsus non statim inuoluit pactum 6. 63. 64
Superstitiosi in quo peccant V. 1. 83
Superstitio vna eademque methodo cum atheismo propagata VI. 8. 109.
eius mater aegyptus 14. 170
Symbola sacrorum VI. 14. 180.
Sympathia rerum naturalium VI. 14. 158. & 160
ex ea an effectum habeant lapides VI. 8. 350
an amuleta 357

Syrianus praeceptor Procli VI. 11. 114
Fuit Theurgus ib.

T.

Taciturnitas in sacris Eleusiniis requirebatur *VI.* 16. 177
in coniuratore spirituum *VI.* 4. 286
Talismanes quid? *VII.* 8. 355
eorum origo. ib. vid. Amuleta.
Tatiani sententia de ieiunio *VII.* 4. 290. & 292
Ioh. *Taulerus* fuit mysticus *VI.* 13. 140
Taut. vid. *Hermes Trismegistus.*
Τελείωσις quid? *VI* 16. 173
Christianorum 188
in quo consistat 17. 216
Telesticae scientiae qualem vim adscribant *VI.* 16. 216. vid. *Theurgia.*
quomodo fiant purgationes 208. 212
Teletae ab Orpheo institutae apud Graecos *VI.* 8. 107. 108
eas expertus Apulejus VI. 10. 116
ad quod animam perficiant 118
illis se applicauit Iulianus Apostata. 11. 122. 123
& Mich. Psellus 127
per daemonum medium procedere credunt Theurgi 15. 168
vox quid denotet 16. 172
Homonymia 173
apud gentes diuersae ib.
in quo consistant. 174. ad 180
eas perficiebat Hierophanta 181
qui instituerunt 187
ita dicta sacramenta Christianorum 188
sunt ritus Theurgici 189
magicis qualem effectum adscribant. 221. vid. *sacrificia*, *ritus Ceremoniae.*
Temperantia quousque laudanda VII. 4. 291
Temporis certi obseruatio pertinet ad tertium vinculum VII. 9. 359
Temura quid sit? VI. 12. 113.
Testes in crimine magiae quales admittant VIII. 10. 471. 72.
vnius depositio quatenus indicium ad inquisitionem faciat 7. 451
duo requiruntur ad condemnandum magum 10. 466
Tetragrammaton quid significet VII. 7. 323
qualis effectus 324
eius abusus 334
Thalmud Babyl. quando publicatus VI. 12. 130
Thaumathurgia VI. 14 157
Theamata vid. *visiones* & *apparitiones.*
Thebanus quis? VI. 186
Theocratia fuit Iudaeorum res publica IX. 2. 479
Theodosius M. sacrificia aboleuit IX. 4. 493
Theodosius Iun. magiam prohibuit IX. 4. 495
Theologia quomodo acquiratur III. 1. 31.
Daemonum 35
ex mente Agrippae quid sit V. 1. 79
gentilis mystica fuit Physiologia VI. 8 108
pars doctrinae Chaldaeorum 6. 100
illi operam dedit Iulianus Apostata 11. 122
cur fabulis miscenda 14. 160. 165
Theologia mystica quid per eam hic intelligatur VI. 13. 134
eius origo vnde? ib.
tribus viis absoluitur 135

qua-

quatenus illae viae admittendae 137
eius autor quis? ib.
cum Theurgia communem habet originem 140
quomodo cum illa conueniat ib.
quomodo ab ea differat ib.
eius finis quis ib. vid *mystica*.
Theologi gentiles malis daemonibus sacrificia statuunt VI. 2. 90
mysticorum sententia de spiritibus 15. 171. vid. *Theosophus*.
Theomantia quid? VI. 12. 132
Theosophi quotuplices? VI. 13. 149
non sunt magi daemoniaci ib.
quinam illi fuerint 142. ad 151
Theosophia. vid. *Theologia mystica*.
Therapautae quid? VII. 4. 289
Theresia fuit mystica VI. 13. 140
Thesauri detecti exemplum IV. 3. 53
quomodo inueniri possit VI. 13. 147
eius inuestigatio magicis artibus prohibita IX. 4. 495
Thesmophoria instituit Orpheus VI. 8. 107
vocantur Eleusinia 16. 175
Theurgia tres habet fontes VI. 5. 98
eius inventor apud Chaldaeos censetur Zoroaster 6. 100
ad Persas peruenit 7. ib.
& ad Aegyptios 8. 105
ab his eam acceperunt Graeci 9. 109
incrementa dedit Plato 113
quinam alii? 10. 116
modo fallacem modo vtilem credidit Porphyrius 118
quinam illi addicti? 119. ad 124
est palliata Goetia 11. 124
quando maxime floruerit 126
illi operam dederunt Arabes. 12. 129
eius alter fons est Cabballa ib.
& Theologia mystica 134
communem cum illa originem habet. 140
cum ea quomodo conueniat, & quomodo differat ib.
quid? VI. 14. 153. & 156
eius fontes & autores ib.
synonymia 155
Homonymia 156
causa & origo nominis 157. & 158. 159
differt a Themiurgia 161
eius finis 16. 172
eius ritus sunt Teletae 189. vid. Teletae.
qualis finis 17. 226
effectus 233
argumenta pro eius defensione 238
eorum refutatio 239. seqq.
cognitionis qualis vsus 246
qualis abusus ib.
vsus non cognitio legibus ciuilibus prohibita 248
publice docuit Academia Salmantica 249
eius operatio & exercitium in quo consistat ib.
qualis disciplina VII. 6. 315
Theurgi quomodo vocentur apud Aegyptios VI. 8. 103
quinam fuerint? 9. 112. ad 127
sibi cum bonis spiritibus commercium esse credunt. 11. 124. & 142. & 156
synonymia 14. 154
duplices sunt 156
sententia de Deo 15. 161. & 16. 221
de diuisione spirituum 164
de commercio inter Deos hominesque 166
de sacrificiis diis faciendis 16. 190
de animae partibus ib.
de animae origine 193

eius

eius descensu 193
eius ascensu 201
solutione 207
purgatione 208
de abstinentia 209
de tribus viis mysticis 13. 134. & 16. 214.
potius inquinant animam quam purgant 215
dupliciter operabantur 219
animae vnionem cum Deo statuunt. 17. 227
nonnulli impostores 238
cur genios euocare contendunt VII. 1. 250
dogmata de dignificatione 4. 287
de diuisione spirituum 5. 296. & 300
de eorum cultu spirituum 303
de efficacia nominum diuinorum. 7. 325
de characteribus 337
confitentur fines bonorum & malorum daemonum non facile discerni posse 5. 308
coniurationem periculosam esse ostendunt 11. 376
Theurgica virtute pollens quomodo vocetur VI. 13. 136
doctrina de genio VII. 2. 272
sacrificia. vid. *sacrificia.*
ritus vid. Teletae.
Thot vid. *Hermes Trismegistus.*
Thurificationes adhibentur in sacris magicis VII. 8. 353
Thymiamata Orphicorum VII. 8. 347
Tiberius poenam statuit in magos IX. 3. 484. & 485
Ad *Torturam* in crimine magiae quando veniri potest VIII. 9. 459
an ex foris Christianorum proscribenda ib.
an in criminibus exceptis ad eam veniendum 460
indicia qualia magiae propria 461
an grauior in criminibus exceptis decernenda 464
ab ea an quaedam personae immunes 465
Triptolemus an verum Deum agnouerit VI. 15. 161. vid. Hermes & Mercurius
Io. *Tritemius* quis fuerit? VI. 13. 144
fuit Theosophus ibid.
eius libri quid contineant 145
vnde librum suum confecerit VII. 5. 297
Tullus Hostilius in euocatione Deorum fulmine ictus 11. 379
Leonhard *Turneysser* Theurgiae fauet VI. 13. 141
Apol. *Tyanaeus* vid. Apollonius.
Typho principium Ægyptiorum mali VI. 2. 89

V.

Contra *Valdenses* iniustitia processus VIII. 3. 417
Valens Imp. sacra omnia permisit IX. 4. 492
malefica sacrificia prohibuit ibidem.
Valentinianus Senior quomodo Magos puniuerit IX. 4. 489--492
Valentinianus IuniorMagiam prohibuit IX. 4. 494
Valentiniani haeret. duo principia crediderunt VI. 2. 91
Vehmica Iudicia. vid. Iudicia.
Veneficium proprie non est, quod Iobo accidit IV. 3. 56
Verba certa sunt res superstitiosae IV. 3. 52

eorum pronunciatio mirificos habuisse effectus dicitur ib.
effectus nullus ib.
iis qualem in coniurationibus virtutem adscribant VII. 7. 321
hebraica maximam vim habere dicunt 323
vid. Nomina.
Vespasianus Imp. per miraculum curasse dicitur II. 8. 23
Vicarii Episcopi qualem potestatem exerceant VIII. 2. 405
per *Vincula* magica evocantur spiritus VII. 3. 274
quotuplicia 6. 310. 311
Chaldaeorum 311
origo qualis 312
Theurgica hodierna vnde desumta 313
iis spiritus aut inuitos cogi aut allici posse statuunt 16
cur nullam efficaciam habeant 314
primum vnde desumtum 7. 320
reiicitur 331
alterum vnde desumtum 8. 349
reiicitur 348
eius effectus an possit adscribi imaginationi 354
tertium vnde desumtum 9. 358. seqq.
reiicitur 362. seqq.
Virgilius interpretatus 17. 16. 198
Virgo vestalis miraculum in signum propriae pudicitiae fecisse dicitur II. 8. 23
Virtutes ex mente Platonis quotuplices VI. 13. 135
in iis quo modo procedendum 136
earum gradus respondent gradibus sacrorum 16. 183
quaternaria genera 205
philosophicis qualem tribuant effectum 17. 229
ad *Visiones* recipiendas homines quomodo fiant apti VII. 4. 289
earum effectum ad animae beatitatem spectare credunt VI. 17. 234
curiosae apud Augustinum quid? VII. 10. 366
Vitae fons & origo qualis VI. 16. 197
Hieroclis sententia 198
Vnio animae deifica vid. anima & deifica.
de ea cum deo Cabbalistarum & Mysticorum sententia VI. 17. 231. 232
Vnitiua via quid efficiat VI. 13. 137
per *Vrim* & Thummim in Ephod responsa dare dicebatur Deus II. 5. 14

VV.

VValckenriedensis coenobii Alumnus thesaurum reuelauit IV. 3. 53
VValdensibus Manichaeismum imputare voluerunt VI. 2. 93
Val. *VVeigelius* quis fuerit? VI. 13. 147
Theoph. Paracelsi sectator ib.
libros quos ediderit ib.
quid docuerit ib.
fuit Theosophus ib.
VVestphalica iudicia vid. iudicia.
VVisigothi quomodo puniuerint magos. IX. 5. 497. seqq.

Z.

Zabii vid. Sabaei.
Zarades cur Zoroaster dictus VI. 7. 100

primus Theurgiae institutor apud Persas ib.

Zaradschath quis VI. 12. 129

Zernebock Slauorum malus deus. VI. 2. 94

Zoroaster duo docuit naturae principia VI. 2. 89

inuentor omnium artium magicarum apud Chaldaeos 6. 98

an plures fuerint ib.

quando vixerit 99

eum quidam pro Mose vel Ezechiele agnoscunt ib.

Theurgiae autor censetur 100

quatenus Chald. doctrinarum autor. ib.

an a Magia daemoniaca sit absoluendus ib.

an verum deum agnouerit 15. 161

eius de duplici animae corpore sententia 16. 198

de eo fabula ad exemplum Mosis conficta VII. 1. 268

an commercium cum diis habuerit ib.

vincula vnde acceperit 6. 312

Persarum. vid. Zarades.

Zoroastrici vid. Chaldaei.

eorum de anima vehiculo sententia VI. 16. 197.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 2. lin. antepenult. poſt verba *admittant* add. *§. XIII. ſeqq.* exponit, illamque ſi ſano ſenſu accipiatur, ob ſimplicitatem facilitatemque *p. 3. l. 12.* pro *nunc* leg. *hunc*, *p. 5. l. 28.* pro *fermes* leg. *termes*, *p. 6. l. 20.* pro *daemonis* leg. *daemones*, *p. 7. l. 14.* pro 2. 3. leg. *23. p. 15. l.* 33. pro *eblies* leg. *établies*, *p. 25. l. 10.* pro *autore* leg. *ſcriptore*, & *l. 26.* poſt verb. *§. 12.* add. *alii malo*, *p. 26. l. 12.* pro *eorum* leg. *earum*, *p. 28. l. 22.* pro *conf. qui ea* leg. *Ea vero*, & *l. 29.* pro *Blanius* leg. *Blancus*, *p. 29. l. 21.* poſt verb. *§. IV. p.* add. *7. p. 30. l. 40.* pro *p. 34.* leg. *§.* 34. *p. 33. l. 1.* pro *perſcrutatureum* leg. *perſcrutaturum p.* 34. *l. 6.* pro *C. IX.* leg. *CIX. p. 35. l. 28.* pro *ex* leg. *in p. 37.* l. 4. pro *ſit* leg. *fit l. 11.* pro *II. V.* leg. *N. V.* l. 13. pro *hoetero* leg. *haetero p. 38. l.* 8. poſt verb. *§.* add. *7. n. 1 p. 17. p.* 40. *l.* 23. pro *inſpiratit* leg. *inſpiratis l. 29.* pro *forditatem* leg. *ſocietatem p. 41.* not. 1. a verb. *Valde ſpecioſa* vsque *ſocietatem* non ſunt Agrippae, ſed noſtra verba; idem dicendum de principio *not. 2. p.* 42. *l. 6.* pro *ſidem* leg. *fidem l. 26* pro *decem* leg. *deum p.* 45. *l.* 6. poſt verb. *C. V. §.* add. 1. *n.* 6. *p. 81.* & *33.* pro *2.* 933. leg. *2. p. 933. p.* 46. l. 19. poſt *C. II. §.* add. *§.* 7. *n.* 3. *p. 20. p.* 48. *l. 33.* pro *d' ce' auanture* leg. *l' auanture p.* 50. *l.* 23. pro *nec* leg. *in eo p. 51. l. 18.* pro *relata* leg. *reuelata p* 52. *l. 13.* pro *plurimamque* leg. *plurimaque p. 53. l. 5.* pro *ebſtrictorum* leg. *obſtrictorum l. 22.* pro *vi* leg. *virtuti p.* 57. *l. 12.* pro *data illarum* leg. *nata ab illarum p.* 58. *l.* 28. pro *friuolasque* leg. *friuolaeque p.* 59. *l.* 14. pro *ea leg. ex. p.* 64. *l. ult.* pro *inuito* leg. *in Vlto p. 77. l. 18.* pro *quidam* leg. *quidem p. 78. l. 7.* add. *coniungenda coniungendo l.* 29. pro *diuidit* leg. *diuidunt p.* 84. *l. 17.* pro *priore* leg. *priori l. 22.* pro *potiora* leg. *plura p. 87. l.* 5. pro *eius* leg. *eis p. 98.* lin. *antep.* pro *reliquas* leg. *reliquias p 143. l.* 20. pro *Cichus* leg. *Chicus p. 149. l.* 20. poſt *ſpiritus* add. & *Io. p. 169.* a verbo *Diotima* vsque *diotima* curſiv *p. 255. l. 20.* pro *vereres* leg. *veteres p. 348 l. 24.* pro *ſacrilegiis* leg. *ſortilegiis p. 349. l. 18.* pro *XXVII.* leg. *XXVI. p. 406. l. 20.* pro *vitam* leg. *ſtatum.*